Caz[illegible] lib. 8

[illegible]

de cella ordinis.

REGINA

CARMELI.  ET DECOR

AVREA ET SALVBERRIMA ORDINIS FRATRVM DEI PARE VIRGINIS

nis Mariæ de Mõte Carmelo ſtatuta in capitulo gen̄rali Venetijs celebrato, Sanctiſſimi. D. noſtri præcepto, et omnium eiuſdem generalis capituli conſilio, ad inſtaurationem eiuſdem ordinis, pie ſimul, et ſapienter ordinata, et Cõſtitutiones ordinatæ per. R. M. Ioannem Soreth. G. approbatæ, et publicatæ per diffinitores Cap. G. Bruxellẽſis celebrati Anno domini. 1466. Correctæ ac emendate per. R. M. Nicolaum Audet ordinis Priorẽ. G. et diffinitores Cap. G. celebrati Venetijs. Anno dn̄i. 1524. et nũc nouiter typis tradita mãdato. R. M. Auguſtini Suarez, Prouicialis prouinciæ Bethicæ. Tempore R. P. Ioannis Baptiſtæ a Rauennis totius Carmelitici inſtituti moderatoris.

HISPALI

Ex officina Ferdinandi Dias Typographi. Anno 1573.

Cum Licencia.

VI estas Constituciones dela hordē de nuestra Señora del Carmen, y en ellas no ay cosa de que se offenda nuestra sancta fee Catholica. Fecho a cinco de Henero de. M. D. L X X I I I.

El Doctor
Millan.

EL Licenciado Rodrigo Velazquez Teniente de Assistente en esta ciudad de Seuilla y su tierra por el muy Illustre señor Don Francisco çapata de Cisneros, Conde de Barajas, Mayordomo de la Reyna nuestra señora, Assistente en esta dicha ciudad de Seuilla y su tierra por su Magestad, hago saber a vos qualquier de los Impressores de libros desta ciudad de Seuilla, que ante mi parescio Frey Frācisco de Herrera en nombre y como Procurador del Monasterio de nuestra señora del Carmen desta ciudad de Seuilla y me presento la peticiō desta parte contenida, la qual por mi vista proueyendo en ella mande dar & di este mi mandamiento por el qual vos doy licencia para que estādo vistas y examinadas las dichas cōstituciones cōthenidas en la dicha peticion por el Señor Doctor Millan, Consultor del sancto officio de la Inquisiciō desta dicha Ciudad las podays imprimir & imprimays para la dicha orden & prouincia sin que por ello incurrays ē pena algūa. Fecho en Seuilla a veynte y ocho dias del mes de Henero de. M.D.lxxiij. años

El Licenciado
Velazquez.

Bartholome de Morales
Escriuano đ su Magestad

FRATER NICO LAVS AVDET.S,T. DOCTOR, AC

humilis Prior Generalis totius sacri ordinis
Frattum & Sororum gloriosissimæ Dei
genitricis semperq; virginis Mariæ
de Monte Carmelo.

DIlectis nobis in Christo Reuerendis Magistris Prioribus Prouincialibus,localibus:& quibuscunq; patribus & fratribus eiusdem ordinis,cuiuscunq; gradus,conditionis,preeminentiæ & dignitatis existant.Salutem in domino,&paternæ dilectionis affectum,ac per debitæ & salutaris obedientiæ meritum,& Dei suaue seruitutis iugum post huius vitæ tenebras,ad fœlicissimū peruenire regnū eternum.

AEdidimus Isagogicon anno superiore quum Romæ essemus,cōmunē fere in toto ordine, morum iacturam,& fratrum nostrorum calamitatem,quæ ex corrupto viuendi vsu prouveniens,ferme vniuersum ordinem inuasit,cōmiserātes, quod & ad plurimas religionis prouincias, ad quas per oportunitatem horum temporum, quibus bella vbiq; fere ingruunt,mittere potuimus,sine dilatione destinauimus,& debita executione curauimus demandandum. Mox vero cum in Capitulo generali proxime Venetijs celebrato, cum Reuerendis ipsius Capituli diffinitoribus essemus congregati, accœptis a Sanctissimo Domino nostro.D. diuina prouidentia Clemente papa. VII. literis & admoniti,vt ad totius ordinis reformationē procederemus,tam pijs clementissimi nostrum omniū patris & domini hortationibus accensi, & animis aucti, corrup-

corruptionē & sordes tollere ab ordine, & virtutes simul ac bonos mores instaurare omnino decreuimus. Siquidē ordinis ob deformitatē, non modo aliorum inferiores ordinum professoribus fere vbiq; abiecti iacent, sed proh dolor & pudor, in vrbe totius orbis principe, in qua religiones, quot quot sub Dhristo milirant, & firmitatis & solidita tis fundamenta iecerunt, fratres nostri vix dignoscuntur. Egimus nos (vt satis omnibus potuit cōstitisse) strenue ea in vrbe causam nostræ reipublicæ. Veruntamen quis tantas poterit breui temporis momēto tenebras effugare. Sūt sine dubio fere omnium offensæ aures: nec possunt multi facile de iis melius sperare, qui diu sibi pessime cōsulentes, nō alienas modo, sed & res proprias male gesserunt. Cum igitur sic domino placuit, vt iam debilibus humeris nostris onus subeamus. operam, studium, diligentiam, & industriam omnem nostram pro recuperādo religionis decore positutos pollicemur nec tanto ræi huius profectui nos aliquando promittimus de futuros. Cæterum quia immensi est res ipsa pene operis, vixq; multorum, nedū vnius opera perfici possit. Hortamur & vos, & obsecramus in domino, vos inquam, qui sub nostra obedientia ordinis huius totum diffusi per orbem habenis moderamini, vt rem ipsam adeo salutarem totis animis complectamini, nec solum vos eam sponte suscipienres, debita obseruatione prosequamini, sed & quotquot fuerint reprobæ & obstinatæ mentis, pœnarum, seu formidine, seu inflictione cogatis ad eam ipsam amplexandam & compellatis. Quod si feceritis non multo post fructus inde vberes, & vos recipietis, & vniuersa religio, sine

dubio, multos ad annos vestra opera non poterit non esse recœptura. Sic enim vobis coadiutoribus breui & sacer ordo noster ad pristinum restituetur suæ dignitatis splendorem, & ad longe splendidio rem (bene iuuante deo) statum prouehetur. Vt autem, quod cum bonis quam plurimis optamus, vobis satagentibus deniq; cōsequamur. Mittimus ad vos, non solum salutaria, superius expressi generalis Capituli proxime Venetijs celebrati, statuta: sed & Hagogicon ad totius ordinis reformationē æditū, & antiquas ipsius ordinis constitutiones in ipso Capitulo correctas, & emēdatas, quibus tāquā salutarib9 remedijs facile poteritis animos ægritudine laborātes, ad pristinā, & optatā restituere sanitatē.

Exemplum breuis missi a Sāctissimo

Domino nostro dn̄o Clemente diuina prouidētia papa. V I I. ad R. Priorem Generalem & diffinitores Capituli generalis Venetijs celebrati. Anno domini. M. D. X X IIII. de verbo ad verbum, & fideliter transumptum.

AT ergo.

Dilectis filijs Generali ac diffinitoribus ordinis carmelitarum proximi Capituli Generalis.

Ab intus vero in margine superiori. Clemēs Papa Septimus:

DIlecti filij Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum accepérimus Generale Capitulum ordinis Carmelitarum Venetijs proximo Festo Pē thecostes esse celebrādum. Nos cupientes, vt exinde optima cultura in eodem ordine oriatur (vt si forsan vepribus obumbrata) ad frugem vberrimæ fertilitatis spinis & vepribus resecatis reducatur.

Motu

Motu proprio & ex certa nostra scientia vobis in virtute Sanctæ obedientiæ iniungimus & mandamus,vt ad reformationem vniuersalem dictæ religionis,tam quo ad mores,quam quo ad reliqua di cti ordinis instituta procedere velitis & debeatis. Dantes vobis facultatem,& omnimodam potesta tem reformandi omnia & singula,quæ vobis ratio ne præuia in dicta religione indigere reformatione videbuntur.Quæ omnia ex nunc prout extunc, & econuerso auctoritate apostolica confirmamus & roboramus.Volumus autē ordinationes statutaq; per dilecti filium magistrum Nicolaum Audet Vi carium Generalem dicti ordinis, quo ad reformationem morum & instituta;ac statuta eiusdem re ligionis nuper ædita in viridi obseruantia permane re.Quorum tenorem pro sufficienter expressis haberi volumus, eaq; auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus & roboramus. Contradictores quoscunq; & rebelles per censuras ecclesiasticas,& alia iuris remedia,appellatione postpo sita,non solum compescendo,sed etiam sub pœna depositionis ab eorum officijs comprimendo.Nō obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis,ac statutis & consuetudinibus dicti ordi nis,etiam iuramento confirmatione apostolica roboratis, nec non quibusuis priuilegijs & indultis apostolicis dicto ordini concessis.Quorum omniū tenores pro sufficienter expressis habentes,illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisq; cōtra rijs quibuscunq;. Dat. Romæ apud sanctū Petrum sub Annulo piscatoris Die.II.Aprilis.M.D.XXIIII Pontificatus nostri.Anno primo.

Euangelista.

Caput vnicum continens modum reformationis, æditũ per R. Magistrũ Nicolaum Audet totius ordinis Carmelitarum Priorem Generalem, & per Reuerendos Patres diffinitores Capituli Generalis Venetijs celebrati. M. D. X X I I I I. octaua Die Mensis Maij.

Hortatio summi Põtificis ad reformationem.

CVM Sanctitas Domini nostri. D. diuina prouidẽtia Clemẽtis papæ vij. per literas suas in forma breuis, paterna quadã charitate permota, nos in hac christianissima Venetiarũ vrbe, ad celebrandum generale Capitulum congregatos hortata fuerit, vt radicitus euulsis sentibus, latissimũ sacræ religionis agrum, fructiferis cõseramus plãtis & vniuersalẽ reformationẽ in vniuersum ordinem inducamus. Vt satis patere potest, ex literis eiusdẽ Sanctissimi dñi nostri superius positis. Nos Frater Nicolaus Audet. S. T. doctor, ac totius ordinis Prior generalis, & diffinitores dicti generalis Capituli, oẽs & singuli, pijs & paternis hortationibus accensi, vnanimiter & cõcorditer eidẽ Sãctissimo dño nostro obtẽperare (prout debemus) pievolentes, & ordinẽ nostrũ, tẽporũ inuolutione, & hominũ in curia ex suo splẽdore, fere vndiq; collapsum, instaurare, & in pristinũ candorẽ restituere, ac fratrũ nostrorũ animos quasi deiectos erigere cupiẽtes, decreuimus, quot vita omnium nostri ordinis professorum, & nostra, in vniuerso ordine reformetur: & ad normam: & optimam bene viuẽdi formã ab antiquis patribus nostris per multa temporum

Decretũ Capituli generalis

curricula

curricula,quasi per manus posterioribus successiuetra ditam,a qua proh dolor, & pudor, posteriores nostri decidentes, non sine notabili omnium nostrum igno minia degenerasse deprehenduntur,reducatur. Vt bre ui antiquorum patrum nostrorum vestigia imitantes, & antiquos mores quasi é tenebris in lucem reducen tes,in sctã Dei Ecclesia,fructus vberes proferamus. Et non solum militantis,sed & triumphantis ecclesiæ, inter ciues electos Fratres nostri cõstitui valeant, ad honorem Dei & Deipatæ virginis,cui ex instituto nostræ sacræ professionis, toto orbe famulantes, in præsenti seculo militamus.

De modo diuinum officium celebrandi.

* IMPRIMIS autẽ,& ante omnia,Dei cultũ ptæ oculis habẽtes.Ordinamus,quod prima & præcipua ordinis reformatio cõsistat & consistere debeat,circa diuina,magna deuotione & maiestate tractanda,& præcipue circa diuinum officium celebrandum,grauius & seuerius,vt decet reformatos, & regularis obseruãtiæ fratres. Compellantur autem fratres,quibuscumq; modis,vt officium de cætero celebtent & celebrare debeant in toto ordine nostro,iuxta emendationẽ,& correctionem per nos factam. Et nullus cuiuscũq; gradus aut conditionis vel dignitatis extiterit, præsumat corrigere,seu corrigi facere, seu imprimere, seu imptimi curare breuiarium secundũ ordinẽ nostrum,siue missale, seu quoduis aliud simile spectans addiuinũ officiũ nisi petita prius,& obtenta faculrate à Priore gẽnrali, & hoc sub pœna excomunicationis latæ sententiæ, & depositionis ab officio,gradu,& dignitate, ipso facto.

Nihil pertinens ad diuinum officiũ imprimatur absq; licẽtia. P. G.

ITEM (quod non sine verecũdia fateri cogimur) quia fratres ordinis nostri, cerimonias diuinicultus obliuioni fere penitus,tradiderunt,&nõnnlli seu ob animi elationem,seu ob malã cõsuetudinem, etiã in oculis dei intra sancta sanctorũ, debitas prostrationes exe

B qui

qui dedignantur. Immo(quod peius est)relicto veteri gionis & patruũ ordinario suo pro libitu, ꝓprios sen sus sequentes, sæpe necessaria supprimunt,& sepius su perflua proferũt in diuinis. Ordinamus & præcipiẽdo districtæ mãdamus, Prioribus Localibus in toto ordine nostro,subpœna depositionis ab eorũ officiis,vt di ligẽter aduertant,& curẽt,quod fratres sub eorum cu ra cõstituti,sint cerimoniales,iuxta formã ordinarii,& obseruatores vniformitatis,nec aliquo modo appareat deformitas,seu discrepãtia fratruũ ĩ celebrãdis missis & dicendis officiis,seu ceremoniis peragẽdis,decernentes,quod priores prouinciales teneantur in visitationibus suis examinare singulos fratres circa ordinarium,& circa cerimonias missarum,atq; officiorum,& compellere eos ad vniformitatem.

Seruetur in cærimoniis forma ordinarii.

Prouinciales tenentur examinare fratres in visitatione & circa ordinarium.

§ ITEM cũ primis simul,& ante omnia ordinamus, quod omnes & singuli fratres nostri recipiãt & obseruẽt cõstitutiones nuper æditas per Reuerẽdissimũ tũc Vicariũ generalẽ Magistrũ Nicolaum Audet,approbatas a sanctitate dñi nostri & cõfirmatas,& similiter cõstitutiones antiquas ordinis,per quõdã piæ memoriæ Magistrũ generalem.Io.Soret cõpilatas,eo modo quo per nos apostolica nobis auctoritate cõcessa, fuerunt correctæ & emendatæ, atq; ad meliorem & approbatiorem formam redactæ.

Fratres seruẽt constitutiones nouas & veteres nuper emẽdatas.

§ QVIA vero ante omnia,clausura ĩ monasteriis reformatorũ & locis quorũcũq; religiosorũ,maxime necessaria est.In primis similiter ordinamus, quod claudãtur oẽs & singuli cõuẽtus ordinis nr̃i,ita & taliter, quodquo ad clausurã in nullo differãt magis reformati a minus reformatis,sed oẽs quo ad portas clausas videãtur eiusdẽ cõditionis atq; perfectionis.In hoc certe minime tollerari debẽt,qui infirmitate excusationẽ ꝓ ferũt Cũ nemo sit tã incõpositis moribus,q̃ claustralẽ

Claudantur oẽs conuẽtus more reformatorũ fratrum.

non

nō poſſit & nō debeat vitā ſeruare,cū multa inde cōmoda & nulla proueniant incommoda, & ſit certiſsimū,quod licet principio videatur minus aſſuetis valde difficilis, tamē breui tēporis momēto cum cœperint aſſueſcere, non modo videbitur omnibus facilis, ſed etiam delectabilis, & que digne ſuſcipienda ſit & merito ſeruanda.

POST HEC autem quum præcipuū,& ſolidiſsimū reformationis fundamētū,ſit vita communis,nec vllo modo regulariter & vere religioſe viuere iudicari poſsint,qui minus ablato proprietatis vſu,communiter viuere negligunt,volentes,& perfectos confirmare,& imperfectos ac regularis vitæ moribus minus aſſuetos, gradarim ad regulæ obſeruationem non ſine dexteritate reducere.Ordinamus imprimis &ante omnia,quod in qualibet prouincia noſtri ſacri ordinis cōſtituātur aliqui cōuentus qui ſint totaliter reformati, in quibus fratres bene reformati habeant omnia neceſſaria iuxta regulam, & nihil proprietatis, nulliuſq; prouentus vſufructum poſsideant,ſed in omnibus cōmuniter viuant,omnia tam promiſsis,qua pro confeſſionibus, & aliis,pie erogata, cōmunibus vſibus cōuētuum applicādo.Aliqui vero conuentus ſint reformādi & conſtituantur ac deputentur pro illis qui nunc primum inducuntur ad reformationem.In quibus quidem conuentibus de licentia Prioris generalis poterunt aliqui poſsidere vſufructum eorum, quæ virtute ſeu hæreditario iure ad ipſos peruenerunt, & quæ lectionum prædicationum & ſimilium ſtudiorum laboribus conquiruntur. Reliqua vero omnia, tam certa, quā incerta emolumenta, conuertantur ad vſus communes conuentuum.Nec amplius in aliquo conuētu noſtri ordinis ſit,aut eſſe debeat capſa cōmunis miſſarum, ſeu quoruncunq; aliorum emolumentorū excer-

Conuētus totaliter reformati.

Conuētu ad reformationē diſponendi.

Prohibetur capſa communis omnium miſſarū & aliorū emolumētorum.

to,vel incerto venientium prouentu. Sed omnia talia & singula quocumq; nomine censeantur, prout expressum est, cōuertātur ad vsus cōmunes. Ipsi vero cō uentus faciant expensas conuenientes fratribus secūdum facultates suas, omnes tamē æqualiter tractādo. Veruntamen quo ad vestitum, dent pro vestuario sacerdotibus secundum quod per prouinciale capitulū fuerit taxatum, iuxta facultatem conuentuum, si non fuerint confessores. Sin autem confessores extiterint, nihil eis exhibeatur pro vestuario, præcipue in vrbibus & oppidis solēnibus. Immo secundum quod ipsi confessores iudicati fuerint magis & minus solemnes per saniorem partem conuentus, teneātur partem clemosynarum quas habent, conuertere ad beneficium vniuersitatis cōmunis. Fratribus autem nondum ad sacerdotium prouectis teneatur semper conuentus de vestuariis prouidere.

Nihil ematur nisi per procuratores conuentuum.

ITEM ordinamus quod in conuentibus ad reformationē reducendis in quibus pater ordinis concesserit aliquibus vsufructū de acquisitis (vt iam expressum est) teneantur procuratores seruire omnibus & singulis fratribus in emendis spectantibus ad vestitum, & quandoq; si acciderit victum, ita quod nullo modo, quocunq; quæsito colore, liceat alicui exfratribus modo seu casu aliquo, emere aliquid de predictis, sub pœnis inferius exprimendis.

ET SI aliqui cuperēt præsentes intueri emptionē pro se faciendā, Priores, data opportunitate, dent eos, illa vice, in socios procuratoribus, quibus cum sic accedant, vt nullo modo deprehēdi valeat priuata emptio, sed posit semper publica reputari, prout, & re ipsa, publica est. Quia licet infirmis animis indulgeatur, & ad posidendum aliquid quo ad vsum concedatur, no tamen omnino priuatum iudicari debet, quod ad publi

cam,

cam,fine dubio,commoditatem conuertitur, quando quilibet in monasterio publico honori religionis inseruiat. Cauendum est autẽ in primis ne sæculares,qui de religiosorum actibus solent esse supra modum scrupulosi scandalizentur. Nihil est enim in primis magis curandum, qua vt mundus bene ædificetur, & discat semper honestatis exempla, atq; imitetur religiosorum vestigia.

Quod ad honestatẽ habitus nulla sit differẽtia inter reformatos & reformandos.

ITEM ordinamus quod in omnibus conuẽtibus nostri sacri ordinis cõstituatur forma vestimentorũ& habitus,iuxta mores fratrum nostrorum regularis obseruantiæ, & in hoc non differant totaliter reformati à non totaliter reformatis, sed omnes deferant honestissimun habitum & vniformem, & in nullo differentem,in omnibus similem fretribus regularis obseruantiæ, quo ad quantitatem & omnimodam similitudinem, non autem quo ad colorem, cum in quibusdam prouinciis vsus obtinuerit,quod frates griseis, in reliquas vero nigris induantur, hoc est portent tunicam vsq; ad talos,& nullomodo demissiorẽ, cum manicis non multum amplis, & sit capuciũ breue & angustũ, & patientia seu scapulare breuis tunica vno palmo,& similiter cappa alba sit breuior tunica, more,obseruãtium vno palmo. Cum primis autem statuimus & decernimus, quod tunicis cappis & habitibus redactis ad formam superius expressam in penitentiarũ possessis & habitis,& tandem consumptis,de cætero nõ portentur,nisi de panno mediocri,vel de raxia seu de staminea, quæ in Italia dicitur simplex sargia vulgo, ita quod in singulis prouinciis & conuentibus sit vniformitas,& quo ad precium,& quo ad colorem. Ita & taliter, quod fratres nostri videantur alii, & ex manifesta correctione & reformatione habitus, appareat & cognoscatur, etiam correctio, & emendatio vit

Vestes & habitus nõ sint nisi de panno mediocri

Declarātes,quod si post possessas,& modo habitas vestes,tādē cōsumptas,aliquis cuiuscunq; gradu,dignitatis,aut conditionis extiterit, ausus fuerit de pāno prætioso,seu de duplici sargiā,quæ ab Italis saya rasa dicitur , deformiter sibi vestes fieri curauerit , vltra quod volumus ei anathema esse,maledictionē omnipotētis Dei incursuro,eundē excomunicationis latæ sententiæ pœna plectendū iudicamus,& iudicatum presenti decreto nostro pronūciamus,& declaramus. Præcipientes omnibus & singulis nostræ professionis fratribus cuiuscunq; cōditionis,dignitatis,& gradus,vt amodo nullas omnino vestes fieri curent, nisi astāte & vidēte priore,vel substituto per priorem. Et nemo audeat de apothecis aliis,nisi per cōuentum deputatis, vocari facere magistros,ad faciendas & cōsuendas vestes. Statuentes insuper quod non solum tunicæ,Capucia,Scapularia,& capæ,fiant vt superius expressum est,subpœna etiam rebellionis cōmissæ in personā generalis & diffinitorum,sed etiam omnia indumenta quæ sub tunicis ad arcendū frigus deferuntur sint honesta,& eiusdem coloris cū tunica vel cappa,scilicet albi vel nigri vel grisei.Inhibentes omnibus nobis inferioribus cuiuscunq; gradus aut cōditionis extiterint , diploides, vel caligas,deferēdas sæculariū more,sed habeatur forma honesta ad necessitatē senū infirmorū,& debiliū in præmissis. Excipimus tū. R. religionis patrē qui ꝓpter officii sui excellentiā,ne dignitas ordinis vilescat apud R.S.matris ecclesiæ,presules,vti possit vestibus,quibus vtūtur alii .R. Generales religionū reformatarū,& cū simili grauitate se habeat,iuxta prudent ā & sapientiā suā. Et similiter deferāt calceos religiosos altitudinis vltra quatuor digitos per trāsuersum, extra domum . In domibusvero more reformatorum possint deferre solutaria honesta,seu sādalia.Decernentesquod nullus

Vestes fiant præsēte priore subpœna excomunicationis.

Forma calceorum.

ex fratribus cuiuſcunq; gradus aut conditionis exiſtat poſſit aut valeat ordinare ſibi fieri,ſeu veſtimenta,ſeu caligas,ſiue ſolutatia,niſi per procuratorem cōuentus & in apothecis per conuentum deputatis.

10 § I T E N ordinamus,quodamodo in omnibus cōuētibus,fratres noſtri non portent burſas, marſupia,ſeu crumenas vulgo ſcarſellas pendētes de zona,vel cingulo tunicæ & apparētes,nec cultros,nec aliquid minus pertinens ad vitā reformatam. Argēteos vero cultros, & zonas,argēteas fibras,habentes,& marſupia ſerica, & chyrothecas,exceptis equitātibus extra vrbem, quibus cōceduntur honeſtæ chyrothecæ,exceptis eſſet ſenibus quibus tēpore frigoris conceduntur de lana ad neceſſitatem. Omnibus aliis ſic inhibemus,vt ſi qui inuenti fuerint tranſgreſſores præmiſſorum, carceri mācipentur per menſem,in abſtinentia arbitrio priorum decernenda.

Non portātur burſæ apparentes.

11 § I T E M ordinamus,quod amodo tā equitātes quā quomodolibet aliter,nullomodo de cætero vtātur pallis nigris,ſeu pileis nigris,ſed amodo omnes per vniuerſum ordinem vtantur palliis & pileis albis.

Vtantur palliis & pileis albis in toto ordine.

12 § I T E M ordinamus, quod in omnibus cōuētibus ſint ordinatæ tonſtrinæ,& fratres nullo modo accedere poſſint ad tōſtrinas extra monaſteria,ſed in ipſis monaſteriis habeantur tonſtrinæ,in quibus fratres a tonſoribus per ipſos cōuentus deputatis, tonderi debeāt & poſſint. Aduertāt autē priores quod capillaturæ fratrū nō excedant duos digitos per tranſuerſum,nec tōdantur citra mediā aurē,ſed ſint omnes tā in coronis quā in aliis vniformes. Et quod nullus cōuerſus ſeu frater laycus poſſit portare coronam. Caſſantes & annullantes omnes abuſiones,per quoruncunq; ſuperiorū gratias introductas.

Nemo tōdatur extra monaſteriū

13 § I T E M ordinamus,quod nemo de cætero audeat

Nullus audeat nutrire barbam.

trite barbā,& eā hactenus deferētes siue dilatione deponāt,sub pœna rebellionis. Nisi forte aliquis haberet vulnera deformia ī facie,qui humiliter petierit de gřa speciali à superioribus, videlicet generali vel vicarriis eius. Decernētes vt ob nullan aliā causam possit,a qui busuisbarba nutriri. Excipitur R.M.ordinis,tū quia est expartibus orientalibus, & prelati orientales deferūt barbam propter amissionē terræ sanctæ, tū quia fuit sæpe Romæ eodem modo, & visus sic fuit pluries a S.domino nostro.

Ordinentur coadiutores prioris locales.

14 ITEM ordinamus,quod in quolibet cōuentu nostri sacri ordinis,quia plusv idēt oculi quā oculus quo ad effectū reformationis, ordināturcoadiutores priori. Et non solum,quo ad pertinentia ad has nostras cōstitutiones,sed etiam quo ad omnia & singula contēta, tam in constitutionibus nuper æditis per R. olim Vicarium generalem,quā in antiquis cōstitutionibus ordinis. Et tam priores,quā dicti coadiutores,seu magistri reformationum faciant, quod fratres assuescant tenere manus sub patientia siue scapulati, & discere, tam gestus quā mores,tam in monasteriis, quā extra monasteria, & tam sedendo quā insedendo, spectātes ad fratres regularis obseruantiæ,& reformatos.

Ordinentur nouitiatus & non recipiantur nouitij.

15 ITEM ordinamus, quod in qualiber prouincia ordinētur & instituātur nouitiatus in cōuentibus, in quibus cōmodius ordinari & institui poterunt. Et nullo modo suscipiantur nouitii de cætero, nisi secundum ordinationes R.magistri Nicolai Audet, tunc vicarii generalis.

Non recipiātur nouitij ante. xiiij. annum.

16 ITEM ordinamus,quod iuxta statutū eiusdē præfati R.olim Vicarii Generalis nuper æditum, amodo non recipiantur fratres in ordinē,nisi excesserint.xiiii. annum, & sic recepti detineantur inclausuris nouitiatuum. Sin autem non poterunt retineri in clausuris,

prou

prout est in conuentibus villarum, non recepiantur nisi compleuerint decimum & octauum annum.

17 ☞ IN PRIMIS autē ob multos respectus & rationabiles causas instituimus,&decernimus,quod vsq; ad triennium in Italia nullo modo recipiantur aut recipi possint fratres in ordinem, nisi data prius notitia R.Patri Generali,& obtenta ab eo facultate.

Per triēniū non recipiātur nouitij in Italia.

18 ☞ ITEM AD hoc vt religio decoretur & illustretur suis luminibus.Ordinamus,quod R.magister ordinis inuisitatione procuret, vt habeantur solemniores doctores qui scripserunt in sententias, & qui opera alia ædiderunt, & habito maturo consilio imprimi faciat meliora. Præcipue vero informari & in melius reduci procuret Ioannem Bachonis, & Michaelem Bononiensem cum eorum tabulis.

Imprimantur nostri doctores.

Studētes reuocētur nisi in triennio profecerint.

19 ☞ ITEM ORDINAMVS, quod reuocentur omnes studentes, qui vltra triennium manserunt in studijs inutiliter,& sine aliquo profectu,& remittātur ad conuentus suos, ne vlterius occupent locum aliorum. Et decætero nemo promoueatur ad studium, nisi prius per Capitulū prouinciale recognoscatur eius futurus profectus.

20 ☞ ITEM QVIA quidam R. religionis patres vsq; adeo relaxarunt habenas in concedendis gradibus,quod nonnulli sine aliquibus meritis,ne dum sine literis,existant in gradibus cōstituti,qui propter ignorantiam,quæ est errorum mater,proteruiūt supra modum,& confundunt religionem, immo dehonestant. Ordinamus,quod omnes & singuli graduati post capitulum Romanum vltimo celebratum, a quibuscunq; prælatis in gradibus constituti,nō gaudeant neq; gaudere possint emolumentis magistrorum, neq; cōmodis expressis in rubrica graduatorum,neq; sint æquales illis, qui diuturnis laboribus & vigilijs,& secundū

Graduati post capitulū Romanū nisi sint legitime prouecti ad gradus non gaudeāt emolumentis graduatorum.

C merita

merita ordinis,ac legitime ad gradus peruenerũt.Sint tamẽ de gratia religionis alias honorati in gradibus si bi concessis.Declarantes illos legitime intelligi proue ctos,ad gradus,qui aut legerint,aut publice disputaue rint,vel per tres quadragessimas in vrbibus prædicaue rint,vel etiam qui sunt,aut fuerunt magistri prouincia les in ordine, & hoc intelligatur de iam admissis. De cætero autem nemo promoueatur ad gradum magisterij,nisi debite secundum statuta ordinis promoueri possit, percursum. Et quia numerus magistrorum seu legitime ad gradum assumptuorum, vsq; adeo creuit, quod est iam fere vbiq; in maximo vilipendio, & magistri ipsi iam in ordine est vilibus & indignis ministerijs applicant ingenium,vsq; adeo, quod dignitas ipsa quotidie magis vilescit.Ordinamus,quod amodo magistri in theologia vltra regentias,lecturas,predicationes,prioratus tam locales, quã prouinciales, seu prouinciarum visitationes,& procurationem ordinis,aut societates R.D.Generalis, seu prouincialis,nõ possint habere alia officia in ordine, Neq; de cætero sub pœna priuationis dignitatis,&gradus ipso facto,suscipiãt pcuratias,expẽdarias, sacristias, vel huiusmodi officia ad simplices fratres inmediate attinentia. Nisi fortasse in aliquo conuẽtu ex dispensatione solius R.P. Generalis, expediret, ex magistris aliquem, de prædictis pro conuentus beneficio aliquid exercere. Quod non fiat nisi casu rarissimo.

Magistri in Theologia nõpossuntha bere officia nisi prouincialatus offi cium vel hu iusmodi.

21 ITEM, quoniam honestatis iam desideratæ de corẽ instaurare nitimur,Operæ preciũ fore duximus, si honeste Sãcteq; viuẽtibus,& diu perseuerãtibus,sua etiã premia proponamus. Nõ enim ad alliciẽdos fratrũ animos, vt virtutẽ cõplectãtur,& perseuerẽt,parũ cõducet propositũ debiti honoris premiũ. Cũ presertim in ordine sint multi patres,nõ solũ virtutibus pre diti,

diti,sed etiã moribꝰ venerabiles,&honestis,ac deuotis actionibus,religionibus magni benefactores,qui nõ va lẽtes gradus assequi legitime,eo quod nõ fuerũt in stu dijs,remanent abiecti, & a iunioribus vix mediocriter eruditis,pesundãtur. Vnde fit, quod solẽt non medio- cres esse querelæ,& quãq; cõtẽtiones,&ruinæ bonorũ morũ.Iccirco decreuimus,quod de cætero in sacro or dine nostro nõ solũ sint gradus eruditionis & decrepi tæ ætatis,sed etiã cõseruate diu ꝓbitatis &honestatis, qui cẽseatur p̃rnitatis gradus, & sit deinceps distictio inter patres & filios cõuẽtuũ.Quo quidẽ paternitatis gradu legitime decorati,præcedãt omnes simplices sa cerdotes, & habeãt semper locũ & vocem inmediate post bachalarios formatos legitime per cursum,in cõ uẽtibus,quorum patres fuerint deputati. Declarãtes, quod tales patres instituãtur a solo priore generali,nec possint plures quatuor cõstitui in aliquo cõuẽtu,qui tñ sint de melioribus,nõ solũ quo ad sufficiẽtiã,sed ẽt quo ad vitã & bonã famã,nec valeãt talẽ ad gradũ as- sumi,nisi excesserint quadragesimũ suæ ætatis annum, vbi nõ fuerint seniores. Volẽtes,quod de cætero neq; Iubilei,neq; lectores possint per prouinciales,seu pro uincias institui,sed omnes huiusmodi & singuli gradus sint inmediate a R.P.ordinis conferendi, personis nõ indignis, iuxta formam constitutionum antiquarum nostræ sacræ religionis.

Ordinatur nouus gradꝰ qui dicitur paternitatis gradus.

22 ☙ ITEM quia in ordine nr̃o per R.olim religionis p̃res,fuerũt multis cõcessæ gr̃æ magistrorũ,nullis eorũ præcedẽtibꝰ meritis,quod ꝓfecto indignũ facinus,nõ parũ refragatur, & repugnat inducẽdæ reformationi, oẽs prædictas gr̃as indebite cõcessas, cassamus & an- nullamus, Statuẽtes,quod R.religionis pater,dũ visi- tabit ordinem. si aliquotũ inuenerit euidentia, secun- dum suam prudentiam,recognoscat.Et rationabiliter

Gratiæ indi- gnius concessæ, cassãtur & annullãtur.

 ac

ac ſapienter omnia tractando, nulla perſonarum, ſed virtutum &honeſtarum actionum, habita ratione, red dat vnicuiq; ſecundum merita ſua.

Manutenea tur a quolibet cõuentu, ſaltẽ vnus frater ſtudẽs in artibus ſemper.

23 § ITEM ORDINAMVS, quod omnes & ſinguli conuentus ordinis noſtri qui poſſunt nutrire octo fratres teneãtur & debeant ſemper manu tenere vnũ ſtudentem in artibus, & ei ſubſidium dare, & hoc vt in ſacro ordine noſtro creſcant virtutes, quibus illuſtratur religio. In reliquis vero ad literarum ſtudia atti nentibus, fiat iuxta ordinationes R. M. Nicolai Audet, olim vicarij generalis.

Ieiunia nullo pacto omittantur.

24 § ITEM CVM (vt ſuperius expreſſum eſt) ordinauerimus, quod in ſingulis prouincijs ordinis, ſint ali qui conuentus totaliter reformati, qui debeant in om nibus viuere iuxta regulam. Declaramus, quod in pſis, ſicut & cætera omnia, ita etiã debeant ſeruari ieiunia, quæ nullo pacto poſſint relaxari, ne dum prætermitti. In conuentibus etiam ad reformationem reducẽdis, rigurose, per Eccleſiam in dicta ieiunia, omnino fiant. Nec omittantur & quæ ſecũdum ordinis regulam fie ri debent. Veruntamen in ipſis conuentibus nondum totaliter reformatis, diebus ieiuniorum ordinis, fiant in ipſo refectorio refeciunculæ in ſero, pro debilibus, & infirmis. Ita tamen quod non ſolum in quadrageſima & aduentu & omnibus per Eccleſiam indictis ieiu nijs, ſed etiam a die ſanctæ crucis vſq; ad paſcha nullo mõ fiant pia tantiæ in ſero, ſed prout iam dictum eſt, tantummodo ſimplices ordinentur refetiunculæ, ad hoc vt debiles & infirmi ſuſtententur. Permittimus ta men quod ante aduentum per dies octo, & ante quadrageſimam per dies .xv. tantummodo, fratres, recreandi animi gratia honeſte relaxentur.

Silentiũ ſeruetur indiſſe-

25 § ITEM ordinamus, quod in omnibus ordinis cõuẽtibus tã totaliter reformatis, quã nondum totaliter refor-

reformatis,& pulſetur ſilētium , & ſeruetur riguroſe poſt cōpletoriū(debito interpoſito ſpatio). Et āte primā,iuxta formā conſtitutionū. Volumus tamē quod habeatur ratio cōſuetudinis locorū quo ad cōpletoriū anticipandū,vel differendū,iuxta populi deuotionē. Et ſimiliter æſtatis & hiemis. Declarātes,quatenus quo ad ſilentiū & pulſandū & ſeruandū,nulla prorſus ſit differētia inter magis & minus reformatos, ſed in omnibus ordinis conuentibus,tēpore ſilentii, omnia quiete fiant,& cōpellātur fratres,atq; cogātur,vt niſi pro vrgēti neceſſitate exiuerint,perſiſtant, & perſeuerent in cameris ſibi peculiariter deſignatis. Volentes tamen quod in conuentibus ſtudiorum,& vniuerſitatum,ſtudentes habeant opportunum ,conferendi inuicem,& diſputandi temporis ſpatium .

rēter in omnibus cōuentibus ordinis

Tempore ſilētii fratres perſiſtāt in cameris & omnia quiete fiant.

26 ITEM ORDINAMVS, pro cōuētuum beneficio,quod procuratores nullo modo poſſint durare vltra vnum annū,& ſimiliter expenditores & ſacriſtæ & alii quicunq; minores officiales conuentuum in toto ordine noſtro.

Officia vltra prioratus officium durēt per annum dum taxat.

27 ITEM quia cōuentus Neapolitanus inter cæteros in Italia obtinet principatū ,& nō procul abeſt a romana curia,iuſtū eſt,& expediens,vt eius curā habeant ſpecialē religionis patres, ipſumq; ſemper teneāt reformatū. Ideo ordinamus,quod. R. magiſter ordinis aperiat ſemper oculos,& mentē intēdat, vt dictus cōuentus bene regatur,& rationabiliter gubernetur Et in eo deputētur capita immediate per ipſum , quæ ſint digna regimine tātæ domꝰ,& creſcat deuotionis celebritas,& augeatur in dies Chriſti fideliū cōcurſus Sitq; regimē dicti cōuentus ſemper in pectore ipſius. R. Prioris generalis Qui quoties ſibi videbitur expedire in ipſo conuentu ordinet ad libitū ſuum, & abſoluat officiales.

Conuentus Neapolitanus ſit immediatæ ſub R. P. generale.

Bona defunctorũ cui cõuentui pertineant.

¶ ITEM ORDINAMVS, quod si quis frater emiserit professionẽ in aliquo conuentu, non totaliter reformato, & deinde morã traxerit per decennium, vel vltra, quod in morte illius fratris, bonorũ sibi abvsum cõcessorum remanentium, duæ partes sint illius conuentus, vbi traxit longam moram, vt supra, & tertia pars illorum bonorum, sit conuentus vbi professionẽ emisit. Si vero talis frater non compleuerit in alio cõuentu decẽnium, sed per duos vel tres annos permanserit, & ibi mortuus fuerit, tunc duæ partes bonorum relictorum, erunt conuentus, cuius est filius, & tertia pars, erit illius cõuentus, vbi ille frater mortuus fuerit

ITEM quia solet esse contentio inter fratres ordinis de præsidentia. Declaramus, quod præsidentia incipiat a die emissæ professionis, nõ autem ab ingressu religionis, & susceptionis habitus. Et hoc inspiciẽdũ ẽ in simplicibus, non autem in patribus conuentus, declaratis per. R. patrem Generalem, et aliis graduatis, quorum illi præcedant, qui priores ad gradum fuerũt assumpti.

De præsidentia fratrum ad inuicem.

ITEM quia, ad hoc, huiusmodi constitutiones, ordinauimus, vt omnino executioni mãdentur, & obseruentur, adeo, vt &. S. Dominus noster, qui pro sua immensa benignitate, & clementia non est dedignatus tanquam hortator accẽdere, & honestissimis litteris suis animum nostrũ ad reformationẽ inducere, intelligat simul & cõmendet, non negligenter nos vocatos, ad vineam accessisse, operã daturos, vt nihil omittatur, quod optimæ culturæ conueniat. Et nostro fũgamur officio, quãdo in primis, nobis creditum teneamur purgare gregem, contagio vitiorum. Iccirco ordinamus precipimus atq; mandamus vobis omnibus & singulis. R. prioribus prouincialibus & localibus, vel eorum Vicariis, vt ipsas constitutiones, vnico capite

Hæ constitutiones cum constitutionibus. R. Vicarij generalis singu-

pite contentas: auctoritate sanctissimi domini nostri, & qua fungimur in hac parte, per nos ordinatas, lege re faciatis in singulis cõuentibus vestræ fidei creditis, semel saltem singula hebdomada, cum septem capitibus constitutionum. R. magistri. N. Audet, olim Vicarii generalis, & hoc vsq; ad trienniũ, deinde vero quoties expedierit, & ita legi ac declarari, vt ab omnibus & singulis fratribus intelligantur. Et ad maiorem eas intelligendi facilitatem. Volumus, quod declarentur & translatentur in sermonem vernaculum, iuxta idioma prouinciarum seu conuentuum. Eadem auctoritate vobis prædictis omnibus & singulis præcipientes & mandantes sub pœna rebellionis & depositionis ab officiis vestris ipso facto incurrenda, ac inhabilitationis ad officia ordinis per decennium, quod omnia & singula per nos superius decreta quatenus, iusta, sancta & rationi consentanea seruetis, & ab omnibus perpetuo seruari faciatis, nulla habitatione ratione personarum. Decernẽtes, quod si quis vestrum, R. Prouincialium negligens fuerit, vel ipsarum constitutionum cõtẽptor, ipso facto decidat ab officio prouincialatus absolutus, & primus prouinciæ diffinitor, loco eius, prouincialatus fungatur officio. Et si Primus, id exequi neglexerit. Secũdus exequatur, & sic successiue vsq; ad vltimũ fiat. Sin autem (quod absit) prouincia ipsa male conscia hæc eadem negligenter seruauerit, & minus seruare curauerit. Decernimus, quod priuetur vocibus eligẽtiũ. Cui. R. P. ordinis prouidere teneatur per se, seu per visitatores, de regimine ab alia prouincia misso, vsq; ad capitulum generale proxime futurũ. Similiter decernimus, quod si prior vocalis alicuius cõuẽt9 ipsas ordinatiões nostras nõ seruauerit, & eas seruari nõ fecerit, ipso facto ab officio prioratus decidẽs sit priuatus et absolut9; & loco eius prima vox in conuentu

la hebdomada per legãtur.

*

Prouinciales et prouinciæ nõ seruãtes et seruari facientes has cõstitutiones ipso facto, suo iure priuentur.

Priores & cõuentus cõsentiẽtes prioribus in nõ seruandis hu

iusmodi statutis, tam actiuis, quam passiuis vocibus priuetur.

uētu officio prioratus fūgatur, & si prima hoc efficere neglexerit, exequatur secūda, & sic successiue vsq; adul timā. Decernentes, quod si conuentus ipse male conscius, priori consenserit in non seruandis huiusmodi statutis, sit & pse conuentus priuatus tam actiuis quā passiuis vocibus, nec possit eligere socium, nec habere locum, aut vocem in capitulo prouinciali, eiusdem prouinciæ ex tunc proxime celebrando.

EXPLICIT Caput vnicum constitutionum in capitulo generali Venetijs celebrato. Anno Dñi M.D.XXIIII. per R.P. Generalem. Et R.P. Diffinitores ipsius generalis Capituli, auctoritate apostolica & ordinis ordinatarum, ad reformationem totius sacri ordinis nostri, & laudem omnipotentis Dei ac Dei paræ virginis gloriosæ, cuius titulo sacer ordo noster specialiter insignitur & decoratur.

Tabula vnici capitis Capituli generalis Venetijs celebrati. Anno Domini. M. D. XXIIII. Octaua die Maij.

Cōsti

Finis.

Istæ ſunt ordinationes factæ in capitulo generali Venetiis celebrato per. R.. P. generalem, &. R. Patres Diffinitores.. Anno Dñi. M.D. XXIIII. non contentæ vnico capite, ædito duntaxat ad effectum reformationis.

QVONIAM temporalia bona ad hoc maxime non negliguntur, quia ipſis quoquomodo mediantibus, fit iter facilius ad meliora, quæ ſunt ſpiritualia & æterna. Idcirco cōmunis, tēporalium, quibus in hac mūdi militia indigemus, bonorū adminiſtratio, non eſt pœnitus cōtemnenda. Immo pro conſeruanda ordinis vniuerſitate, & manutenēda religionis communitate, danda eſt opera, vt temporalia cōmunitatis bona, iuſte, ſancteq;, nedum ſollicite & prouide adminiſtrentur. Neq; vllo modo, amplius vſurpentur, & alios ad vſus conuertantur. Quod plerunq; fieri ſolet a nonnullis bona conuentuum male miniſtrantibus, & maxime ab his. Quibus vel ad longum tempus, vel (quod peius eſt) ad vitam conceſſa religionis loca. Non ſeruato interim Capituli generalis vltimo Romæ celebrati, Decreto, videlicet, quod nemini concedi debeat, aut poſſit locus aliquis ad vitam niſi locum ipſum quiſpiam vel de nouo conſtruxerit, vel quaſi a fundamētis inſtaurauerit, ſeu alias quoquo modo religiōi eū acquiſierit, virtutib9, exēplis, aliiſq; religioſævitæ ſpūalib9 donis. Tanq̃ a corpore cōmunitatis abſciſa ſic poſſidētur, vt ad vnius ſingula & priuatā potius, q̃; ad multorū & publicā cōmoditatē habeātur. Quando

Decretū capituli Romani de prioribus ad vitā.

Quando sic indigne siue ad longũ tempus, siue ad vitam, cũstituti priores, loca ipsa & domos religionis diu tenentes, & ad propria commoda, priuataq; eorum vota, cõuertentes, non solum locorum seu domorũ ampliationi studere negligãt, Sed & iustum, in eis fratruũ numerum, tenere cõtemnant. Vtq; in omnibus votis proprijs satisfaciant, & ne superiorum ordinis correctionis subiaceãt, breuia, & apostolicas bullas, pro maiori, facte sibi cõcessionis, firmitate, & robore procurant. Quibus hactenus satis improuide peractis, obuiã ire volentes, & Reip. ordinis, super his, prouidere statuẽtes. Ordinamus, præcipimus, & districtè mãdamus omnibus & singulis R. Prouincialibus, sub pœna depositionis ab eorum officijs ipso facto incurrenda, quod iuxta præfati capituli generalis Romæ vltimo celæbrati statuta, non permittant in prouincijs sibi creditis, quod priores locales in prioratus officio vltra biennium perseuerent, Si tamen ita se gesserint in ipso officio, quod post primi anni complemẽtum, censeãtur digni, vt & ad secundum annum ad idem officium deputentur, Nisi euidens aliqua & vrgẽs emergat necessitas, propter quam vltra biennium oporteat cum aliquo, vt in dicto officio prioratus perseueret dispẽsare. Volumus tamẽ, quod talis necessitatis euidẽtiam, cognoscat immediate prior generalis, qui & immediate super præmissis solus valeat dispensare. Priores vero per R. olim Patres Generales, vel eorũ subordinarios, siue ad vitam, indebite cõstitutos, suspẽdimus & suspẽsos declaramus, quo ad effectum perpetuitatis & durationis eorum ad vitam dũtaxat, Alias tamẽ volumus, quod officium exerceant, donec R. religionis pater ordinem visitauerit, vel alias eidem visum fuerit opportunum, & examinet atq; cognoscat, an iuxta prædicti capituli Romani statutum, eorum merita requirant, seu

Cõfirmatio decreti capituli Romeni

Non permittantur priores vltra bienniũ, nisi ex dispẽsatione R. P. G.

seu quod confirmentur,seu quod absoluantur, faciat q; quod & ordinis vniuersitas nō defraudetur,& siqui fuerint de eadem bene meriti,pro bonis eorum operibus,non dilapidentur. Si qui vero fuerint,qui apostolica munimina indirecte & indebite procurauerint,ip se postea.R.religionis parer cum. S. & clementissimo dño nostro,de iis agat,& prouideat in præmissis pro liberrare ordinis,vtiliter simul & sapienter.

¶ I T E M quia post Capitulū generale Senis celebratum,aliqui ex diffinitoribus, dicti capituli accesserunt Mantuam ad.R.& Illustris.D.Protectorempro tractādo negocio officii prouincialatus ad trienniū duntaxat terminati,per fe.re.Leonem.X. Et ibi seorsum,nō interueniente eodem.R.D.Protectore,neq; eius vices gerente,in conuentu Mantuæ,& ex prosectis, minor quidem pars, tractauit.& decreuit quædam impertinētia,tumultuario quodam consilio & satis inconsiderate. Quæ indebite fuisse decreta, tum multis rationibus euidentissimis,tum esset ex hoc manifeste cōstat, quod vel serenusquam,vel paucis admodum ī prouinciis,& irrationabiliter,& inutiliter fuere seruata. Idcirco ordinamus atq; decernimus,quod quæcunq; in dicto conuentu Mantuæ post capitulum Senis celebratum determinata fuere,tanquā minus considerare statuta & ordinata,sint irrita,cassa,& abolita, Quæ omnia & singula. Nos vnanimiter & cōcorditer. Omnes & singuli in hoc nostro diffinitorio constituti ordinis. & apostolica auctoritate nobis concessa,irritamus,cassamus,abolemus,& annullamus,& perinde ac nō facta,neq; decreta esse & forte declaramus. Præcipiētes omnibus & singulis cuiuscunq; gradus,condictionis, aut dignitatis existāt Prioribus Prouincialibus,& localibus,patribus & fratribus,in virtute sanctæ obedientiæ & sub excōicationis latæ sentētiæ pœna,ipso facto incurrēda

Quæcunq; in conuentu Mantua ordinatu post capitulū generale Senis celebratum sint irrita et cassa.

incurrenda,vt superius expressa statuta per nōnullos ex profectis Mantuam,in conuentu Mantuano seor-sum prolata & ordinata,perinde ac irrita,cassa, vana, & infecta habeant,& habere debeant.

IN PRIMIS autē volumus & ordinamus.quod R.pater ordinis,iuxta antiquas consuetudines,et con stitutiones nostræ sacræ religionis, confirmet,& cōfir mare debeat prouinciales electos,& omnes & singuli prouinciales electi & eligendi nullo modo debeant exercere officium prouincialarus , nisi obtenta prius cōfirmatione,ab eodē.R.Patre ordinis, iuxta antiqui ssima ordinis statuta,& hoc sub pœna priuationis ab officio ipso facto incurrenda,& inhabilitationis ad il-lud in perpetuum.Secus enim agere,nihil est aliud,nisi religionem destruere,& omne bonum in ea desolare Si enim religionls capitis principali,eo casu,nō defer retur,& debiti non prostarentur obsequii primæ par-tes.sine dubio,ab ordine obedientia tolleretur. Quæ apud quoscunq; ciuiliter viuent es, nedum apud reli-gionis cultores,& regularis vitæ professores , primo debet in locovirtutuum omnium collocari,quādo & victimæ merito præferenda est,& nullū sit arctius nu-llūq; insolubilius in nostra professionevinculum,quo vniuersa totius ordinis,perinde ac magni cuiusdā cor poris,mēbra connectantur,& vniantur, atq; ita cōue niant sub vno capite,vt vnionis & pacis tenorem per petuo contineant. Hæc propter cum sine dubio præ-cipua semper in ordine præstandæ capitibus obedien tiæ habenda sit ratio,danda est opera, vt eadem nun-quam subtrahatur a capite principali , cui semper im primis debetur.

Solus gene-ralis confir met prouin ciales.

ITEM ORDINAMVS atq; decernimus quod iuxta consuetudines multis iam sæculis approbatas. R. magister ordinis in solemni visitatione habeat, & ha

Generalis i solemni vi sitatione ha

beat taxam Prouinciali dari solitã.

& habere debeat totam taxam prouinciæ, quam visitabit, Prouinciali dari solitam, non obstante quocũq; in contrarium. Quia iustum est, & rationi cõsentaneũ, vt quod antiquiores nostri patres cognouerũt esse cõueniẽs, & necessarium, & lõgum inusum miserunt, nullo modo temere a posteris debeat prætermitti. Cum præsertim ad conseruãdum officij generalatus honorem, tum Romæ, tum vbiq;, ne aliorum ordinum officijs vilius appateat, multos & quãdoq; non æstimabiles sumptus fieri oporteat, Neq; vllo modo videatur expediens, de iuribus Prioris generalis quicquã subtrahere. Quando impium est, sua cuiquam & debita iura non dare.

Fratres congregationis: nullo modo recipiantur in conuentibus nõ tota liter reformatisnisi de licẽtia Prioris Generalis.

ITEM QVIA fratres cõgregationum, & nostrorum conuẽtuum reformatorum, aliquãdo faciunt trãsfugia, & permoti desiderio laxioris viæ, transseũt ad conuentus minus reformatos, cõsideratis mature omnibus & singulis, quæ merito considerari debent. Decreuimus, quod eiusmodi, fratres de cõgregationibus seu conuẽtibus reformatis, licet discesserint cum dimissorijs superiorum suorũ, videlicet Vicariorũ vel priorum, nullo modo tamẽ recipiantur incõuentibus nõ totaliter reformatis, ad quos trãsiuerint, neq; priores prouinciales possint tales fratres recipere, sine expressa licẽtia prioris generalis. Prior autem Generalis, sub cuius persona, omnes & singuli totius ordinis fratres, emitũt professionem, cum sit cõmunis omnium pater, & potest, & debet omnes ad se confugiẽtes susci pere, & inuisceribus sinceræ & patetnæ charitatis tractare, & omnibus salubriter prouidere. Quis enim oues errantes ad loca quietis reducet? nisi cõmunis totius gregis pastor, & idem verus & bonus pastor. Priori igitur generalis totius ordinis cõmunis omniũ nostræ professionis pater, Sicut filios omni ex parte mi-

i me

nime obsequentes,patienter tollerat. Donec resipiscentes,ad cor redeant,& religionis suauitate gustata, perfectionem attingant. Sic & illos in bono perseuerantes proposito,& patris voluntatem explentes,cōplectitur & fouet sinu paternæ charitatis. Qui & si quā doq;(quod humanæ fragilitatis est)de sublimi, paulo ad demissiora labantur,prouidus atq; sollicitus erigit & ad pristinum probitatis statum reducit. Erūt igitur regularis vitæ & reformati,prout & semper iure fuerunt,quo ad transfugia reformatis ad non reformata loca,immediate sub.R.Patre religionis, qui tanquam verus pater & bonus pastor,prout sibi videbitur expediens,omnibus tanquam veris filiis clementer simul & sapienter prouidebit,& consulet.

ITEM quia sæpe numero magis indulgetur malæ consuetudini & corruptæ,quā conscientiæ & æquitati,neq; in promouendis ad sacros ordines fratribus ordinis(quod fieri semper deberet)Deus habetur præ oculis,immo,vt palam est omnibus,nonnunquā adolescentes vix decimum & octaum annum agentes, ad sacerdotium,nedum ad ordines priores,fuere promoti.Nostra hac omnis corruptionis plena,tempestate. Ideo volentes,huius quoq; tam damnosæ consuetudinis licentiam tollere. Ordinamus,& præcipiendo districte mandamus,omnibus & singulis prouincialibus & eorum vicariis in toto ordine nostro,sub pœna depositionis ab eorum officiis, & priuationis cuiuscūq; dignitatis & gradus,necnon loci & vocis, vt amodo non promoueant neq; promouere præsumant,aliquē seu aliquos ad sacros ordines,nisi iuxta indultum. fe. re.Iulii secundi,obtentum a.R. olim magistro Petro terrasse priore generali; Videlicet,ad sacerdotium,trāsacto secundo & vigesimo, ad diaconatum,completo vigesimo,ad subdiaconatum,terminato & peracto de-

Non promoueantur fratres ad sacros ordines nisi in ætate hic determinata.

cimo & octauo ætatis anno, intellecta semper requisi ta & conueniente singulis gradibus, maturitate & sufficientia, quæ cum primis in huiusmodi promotioni bus & maxime consideranda est.

Qui im primi facere possunt constitutiones et ordinariũ

ITEM ORDINAMVS, quod commitatur per R. Patrem ordinis alicui vel aliquibus qui sint lire rati & fideles, vt imprimi faciant Constitutiones per nos ordinatas, & similiter Ordinationes. R. magistri Nicolai Audet olim Vicarii generalis, cum antiquis ordinis constitutionibus, diligentia nostra recognitis, correctis & emendatis, nec non Ordinarium diuinorum officiorum ad optimam formam redactum, & de inceps correctum breuiariũ, atq; missale. Quæ omnia seu eorũ aliqua, postea quã impressa fuerint, distribuantur omnibus conuentibus ordinis, & omnes, ac singu li conuentus teneantur, & mandato, R. P. ordinis co - gantur, vt suscipiant de nuper impressis. Quibus sic re cognitis emendatis, & correctis, atq; ad vniformitatẽ redactis, de cætero oẽs vtantur, ad hoc vt oẽs in toto ordine Carmelitæ dignoscantur, cũ ex aliorum conue niẽtia, tum præcipue ex diuini officii vniformitate.

Expliciunt constitutiones Capituli generalis proxime Venetiis celebrati, quæ non con tinentur in capite vnico ad introdu- cendam dumtaxat reforma- tionem ordinato.

Laus Deo.

Isagogicon. R. M. N. Audet olim Vicarii generalis nuper recognitum, correctum, & emẽdatum, necnõ auctoritate Apostolica approbatum, & confirmatum ad reformationẽ totius ordinis Carmelitarum fideliter æditum.

FRater Nicolaus Audet magister prouincialis terræ sanctæ, & humilis Vicarius Generalis, ac seruus totius sacri ordinis gloriosissimæ Dei genitricis, sempérq; virginis Mariæ de Mõte Carmeli. Vniuersis & singulis Reuerendis Magistris Prioribus Prouincialibus, & localibus, seu Vicariis, & cuiuscũq; dignitaris, gradus, aut conditionis Fratribus Salutem in domino nostro Iesu Christo, & spiritum obediẽtiæ infallibilis, & Consilii salutaris.

QVVM Deo sic disponente. Sanctitas Domini nostri, nobis id minime cogitantibus, onus imposuerit sacræ religionis nostræ, & nostra omnis intentio eo dirigatur & maxime in tẽta sit, vt sacræ ordinis, & patrũ institutiones, nõ modo é tenebris reuocẽtur in lucẽ, sed & obseruẽtur. Fratresq; prope modũ iam adulterini, & degeneris effecti, ad eã bene viuẽdi formam reducantur, quã patres nostri sacratissimi illius Carmeli Montis Accolæ, posteris tradiderunt. Quorum subcessores, verbo simul & exemplo bonorum operum, ab extremis orientis partibus, nostram familiam non modo ad has regiones occiduas trãstulerũt, sed etiam propegarunt per orbẽ ferevniuersum. Hoc potissimum tempore quoad fieri poterit, sentes

 resecare,

rescare,& frugiferas in ordine arbores plantare decreuimus. Hoc enim nobis diu iam inhæsit desiderium quod nisi tandem exequeremur,& conscientiæ stimulo præmeremur,& bonorum complurium rationabili & iustæ expectationi non satisfaceremus. Cogimur insuper ne propositum hoc nostrum differamus, quia adeo corrupti in ordine fere vniuerso mores existunt vsq; adeo sublata est probitas, & sacrorum reuerentia,& deniq; religio ipsa, quam in primis profitemur, vsq; adeo extincta est, vt sine lachrymis,& dolore incredibili, nequeamus intueri statum, vnde decidimus ad has sordes tantæ corruptionis, in quibus boni non sine rubore delitescunt. Insolentes vero maximo cum derisu, & obprobrio etiam sæcularium proteruiunt, & impune in malis operibus persistunt:& gloriantur. Est profecto dilatio huiusmodi Deo maxime odiosa, & animabus Fratrum nostrorum damnosa simul atq; pernitiosa, vt obprobria silentio prætereamus, & iacturas, quas fere incomparabiles Religionis vniuersitas patitur vbiq; gentium proprer scãdala,& derisus, quos parit tam inuerecunda deformitas, & insolentia fratrum nostrorum, simul & vt non exprimatur frigida charitas,& vbicunq; neglectus fere diuinorũ. Non desunt nobis bonorum exempla, quæ immittemur. Proponuntur & aliorum ordinum reformationes, quæ satis prospere præcesserunt,& fœliciter cum deo & hominibus resumpræ virtutis initia ad optatos fines perduxerunt. Sunt tandem & nostræ partes, licet idserius egerimus, vt ad cor reuertamur,& quales fuerint antiqui patres nostri, ad memoriam reducamus, neq; ab eorum virtute semper degeneremus. Et ne, quum cæteris in Ecclesia dei antiquiores diutius in agro christianæ fidei laborauerimus, in operis fine desides depreheñsi, cogamur locũ dare ijs, qui & posterio-

Deflet morũ iacturam

Hortatur ad meliora capescenda.

res

res exiſtunt nobis & noſtrorum meritis longe inferio res. Spectat autem ad nos qui tanto diu deſiderio du - cti ſumus luminis huius conſpiciendi claritatem, id & in primis, & ſine mora exequi. Nã & ex iniuncto nobis officio tenemur, ea vlterius non differre, quædilata nõ niſi periculum afferrent. Verum quia conſequi omnia difficillimum eſt, dabimus operam, vt ea proponãtur, quæ facilius & nos aſſequi ſperemus, & inferiores pro poſiti noſtri honeſtate permoti, percipiant non inuiti, & libenter exequantur. Et ſic hac reformationis incœ pta, & in vſum directa ſemita, R. religionis pater futu- rus facilius proſequatur iam cœpta. Idcirco præcipi- mus & mandamus vobis Reuerendis Magiſtris Priori bus, Prouincialibus & localibus ſeu vicarijs, vt non ſo lum Prouincias, ſed & ſingulos conuentus, ſeu domos veſtræ fidæi creditas atq; commiſſas, vt ad eam viuen di normam, & bonorum morum diſciplinam deduce- re poſsiris, animum vigilanter intendatis faciatiſq;, vt ſitis, & videamini non negligentes operarij in vinea domini, quin potius ex quinq; veſtræ fidei creditis a do mino talentis, ſuper lucremini, labore, & induſtria ve- ſtra, & offerre ſimul, ac reddere valeatis alia quinq;. Breui enim ſperamus futurum. Si vigilaueritis, quod fratres noſtri non modo aſſueſcent operibus, quæ pro feſsio noſtra ſeruanda proponit, Sed etiam vſq; adeo animabuntur, cognita veritate, & honeſtate guſtata, quod deniq; ad veram regulæ, & ſacrarum conſtitutio num obſeruationem, per opportunitatem, aliqua ſine difficultate, reduci poterunt. O certe fœlicem & vere beatam, noſtram noſtrorumq; conditionem ſi quãdo nobis tandem cõtigerit, vt vel antiquorum & ſanctiſ- ſimorum ordinis patrum veſtigia ſubſequamur, vel eorum ſaltem in ſe quiſq; imaginem effigiemus, expri mamus, & intueamur. Quod facile nobis & fœliciter


Præcipit.

Optime ſpe- rat.

D iij ſucce

succedet, si resipiscamus, si infimum, quem ob vitæ deformitatem, ignauiamq; nostram, non inter Ciues Ecclesiæ, & electos, vt olim nostri maiores, Sed plerunq; inter plebeios, & gregarios statum sortimur, tandem consideremus. Si deniq; e somno excitemur, & ea difficilia & ardua non reputemus, quæ Patres nostri, qui & ipsi homines fuerunt, facillima, non solum Verbo, Sed opere comprobarunt. Qualis mihi fuit ab ingressu Sacræ huius religionis, ad sepulchrum vsq; perseuerabit animus. Nec arduum quidquam prætermittam, vt studio, labore, industria, & exemplo Sacer ordo sublimetur virtutibus, mundus decoretur bonis operibus, & cœlum ditescat meritis Fratruum nostrorum.

Promittitur genue.



In no

In nomine domini nostri Iesu christi, qui est vera lux,& a quo omnis procedit. Salus & vita. Incipiunt ordinationes. R. Magistri Nicolai Audet Vicarii generalis, Introductoriæ ad reformationẽ totius sacri ordinis Carmelitarum, approbatæ & confirmatæ per. S. Dominum nostrum, diuina prouidentia Clementẽ papã. VII. Quæ diuiduntur in octo Capita principalia. Quorum primum continet quasdam introductiones,& reformationes in cõmuni. Secũdum est de obseruatione officiorum,& Cæremoniarũ in Choro, & Ecclesia. Tertium de pace in Monasterio non violanda, Quartum de honestate extra monasterium seruanda, Quintum de religiositate in Claustro,& dormitorio custodienda. Sextum de honestatis continentia in refectorio habẽda. Septimum de obseruatione quoad mores & habitum. Octauum de nouiciatu regẽdo.

De quibusdam introductionibus, & reformationibus in Commu. Capt. Primũ

CVVM professio sacrosantæ fidæi, nostræ, in qua sola cum deo viuimus,& deniq; saluamur, & quã dei filii profitentur omnes, post sacri fontis baptismatis sumptum insigne sacramentum, Sic vniuersos,& singulos ad obseruantiam dei præceptorum obliget, vt nemo sit, qui propter aliorum traditiones, possit, aut valeat de præceptis dei,& Sacro sanctæ matris Ecclesiæ aliquid præterire, & esse de eorum numero, qui vel arctissimam profitentur religionem ad diuinorum obseruantiam præceptorũ nostrorum fratruum animi ante alia omnia conuertendi sunt,& coarctãdi. Est.n. indeficiens totius bonitatis fons,& origo, lex

Professio fidei obligat omnes ad obseruantiam præceptorũ

præceptorum dei,a qua omnes quotquot religionum institutiones sunt, tanquam riuuli quidam emanant, & per cāpos quosdam amœnissimos christianæ fidei scaturiunt. Nam cum diuinorum præceptio, & ecclesiæ mandarorum sit solidissimum quoddam spiritualis ædificii construendi fundamentū et basis, nihil pro cùldubio construere valebis, nisi bene iacto prius huiusce ædificii fundamēto. Neq; n. ab iis eximimur propter religionis ingressum, ad quorum obseruantiā cōpelluntur hii etiam, qui in sœculo libere degunt. Quin potius suaui iugo diuinorum præceptorum a deo humeris nostris imposito, additas, et a sactis patribus nostris sarniculas cum religionem ingredimur, spōte subimus. Vnde fit, quot dei præcepta, eo facilius et ferventius seruare tenemur, quo et ipsis maiora onera et grauiora vltro suscepimus, et deo propinquius accessisse puramur, et sæcularibus ipsis longe meliores vel ex eo censemur, quot non modo nostra imitātur vestigia, sed et movitionibus consentiunt, et nutibus annuunt nostris quicunq; in sæculo persenerant. Verū enimuero soluimur in lachrymas, et in singultus prouocamur, cum nōnulli ex nostris non solum factis et salutaribus ordinis institutis fere abiectis, sed et sanctæ matris Ecclesiæ (quod est longe deterius) documētis, et præceptis dei obliuioni traditis, vsq; adeo ruunt in preceps, et in abyssum complurium malorum inextricabilem, vllo sine discrimine feruntur, et decidunt, vt nō modo indigni sint, qui religiosi nominentur, sed et vix christiano sint nomine digni. Hi quum appareant non obscure intuentibus, deteriores sæcularibus stipēdia facientibus aduersum cohortem bonarum virtutum omnium et morum, quantū sacri ordinis splendori subtrahant, bonorum omnium iuditio satis constat. Idcirco volentes huiusmodi labem, qua nulla est alia

Religiosi facilius & feruentius tenētur seruare deipræcepta

Dolendū est propter multorum irreuerentiā & deuotionem frigidissimā

alia deformior,ex nostrorum frontibus abstergere,et animarum saluti,ac publico religionis honori oppor- tune cōsulere,et salubriter prouidere. In primis et an te omnia vobis per assertis prioribus prouincialibus et localibus seu Vicariis.Præcipimus et mādamus, vt di ligenter attendatis, et omni sollicitudine inuigiletis, quod omnes fratres obed entiæ vestræ subditi ac sub- iecti,cuiusq; gradus,ac cōditionis existant, sic teneāt et tam deuote obseruent dei precepta, et mādata san ctæ matris Ecclesiæ quo ad cultum diuinum in Missis, officiis et cæremoniis deo præstandum,et quo ad ieiu nia,secundumCanones omnibus indita,et deniq; quo ad alia quæcunq; ad nomen pariter et rem Christianā pertinentia. Et studium vestrū in obseruādis præmissis et obseruari faciendis tale sit,et tantum, vt dignosca- tur et vestra erga gregem vobis cōmissum pietatis so llicitudo,et in fratribus nostris sacrosāctæ fidei obser- uātia, et nostræ professionis excessus.Hincq; discant, et confiteantur sæculares fratres nostros veros Chri- stianæ fidei cultores,& obseruatores esse. Et non nihil immo non parum supra id ad quod suaue christi iugū obligat,& onus leue,ex religionis nostræ professione seruare. Volumus autem quod omnes & singulos or- dinis nostri fratres,sic ad precepta dei, & mandata ec clesiæ,& tam rigide,compellatis, vt omni pœnitus di ssimulatione postposita,si quem eorundem præcepto rum dei,& Ecclesiæ mandatorum contemptorem re pereritis,seu deprehēderitis,iuxta ordinis nostri statu- ta irremissibiliter puniatis,& adeo plectetis,vt sint eo rum pœna in aliorum exemplum.

Cogēdi sunt religiosi ad seruāda dei præcepta & mandata. S. M. E.

§ ITEM QVIA, vt superius expressum est, non solum omnium communibus tenemur dei præceptis inuiolabiliter obseruandis, sed & salutaribus sacræ professionis,

professionis nostræ,in statutis,quæ sponte seruanda suscepimus. Ideo post præceptorum dei & Ecclesiæ mandatorum obseruantiam inuiolabilem,laborandū est, et pro viribus nitendum,vt & sacri ordinis nostri salutaria instituta a Fratribus seruentur,qui (ad imperfectos.n.& deformatos hic sermo dirigitur dequibus an sit se quisq; itertoget)quoniamvsq; adeo desueti sunt in seruandis dictis institutis,vt omnino videantur immemores antiquarum constitutionum,& ordinationū,ac regulæ,cui ab ingressu religionis se quisq; addixerunt.Hac propter volētes quot pedetentium assuescant,et suauiter disponātur ad amplexādam regularē vitam.Ordinamus,et præ cipiendo mādamus,sub pœna amissionis loci et vocis,et excomunicationis latæ sententiæ omnibus et singulis nostræ profssionis fratribus,vt immediate postea quā has nostras ordinationes recœperint,legerint siue audiuerint, infra spatiū trium dierū offerant,quisq; priori eorū locali,& præsentent inscriptis,omnia bona,quæ hactenus ex dispē satione cum eis facta per R.Priorem generalē de speciali ordinis gratia possederunt,& possident, tam mobilia quā immobilia,et simul calculum ex vsu fructuū de integro reddant. Nihilq; pœnitus de iis, quæ ipsis ad vsum cōceduntur mobilibus vendant,siue muttēt, seu quoquomodo alienēt,aut ad manussæculariū,vel extra Monasterium,quoquo modo deponant,absq; licentia Prioris,cuius potestati subduntur, expresse, & rationabiliter petita,& obtēta.De immobilibus vero et stabilibus nullo modo disponant,quumeorum proprietas nulli concedatur,sed immediate sitvniuersitatis er ordinis neq; prouintialis,neq; quacumq; fungatur auctoritate alius de immobilibus et stabilibusquo modolibet disponendis poterit cum aliquo dispēsare Volētes quod chyrographa ꝓpriismanibus fratruum

Laborādum est vt ab omnibus seruē tur ordinis instituta.

Omnes offerre debent annis singulis chirographa bonorū ordinis ad vsū possessorum priori cuius potestatisubduntur.

script

ſcripta,in quibus ipſorum tam mobilia quā immobilia bona fuerunt annota,reponantur in arca cōmuni trium clauiū, quæ chytographa anno ſingulopoſt feſtum reſurrectionis dñi noſtri,vel immediate poſt celebrationem Capitulorum Prouincialū reſcribi debe ant,et innouati.Et inſuper volētes quod numeratam pecuniam,quā quiſq; poſſidet anno ſingulo, ſeorſum & remotis arbitris notet,& propria manu ſua ſcribat in chyrographo,quod a ſemetipſo clauſum,& proprio ſigillo obſignatum,reponat in Capſa communi trium clauium conuentus,nec aperiri, aut moueri poſſit ab aliquo,viuente eo fratre . Cuius dictum fuerit chyrographum anno ſingulo immediate poſt Reſurrectionem,ſeu prouinciale Capitulum,vt dictum eſt, reficiē dum.In primis autem inſtituendi ſunt fratres noſtri, & inſtruendi vt eorum,quæ poſſident nihil exiſtiment vel reputent proprium aut ſuum,ſed ſciant, & fatean tur ſibi conceſſum de ſpeciali gratia ſuperiorum ordi nis ad ipſorum vſum & commodum.Doceanturq; et pœnis compellantur,vt omnino dediſcāt dicere meū & tuum,quin dicere aſſueſcant veræ religionis more noſtrum & veſtrum,& amodo bona a ſingulis poſſeſſa non dicantur iſtius fratris vel illius bona, ſed dicantur bona ordinis,prout & veræ ſūt ordinis bona, quia fratres noſtræ profeſſionis proprie aliquid poſſidere non poſſunt,et quidquid acquirit frater non ſibi, ſed monaſterio acquirit & ordini , vnde ſit,quot in rantū aliquis frater,ad vſum & commodum & non ad proprietatem poſſidet aliqua bona,inquantum. R. Prior generalis cum eo diſpenſat , & ei concedit eo modo poſſidenda.Vnde eſt, quod ſi ille talis diſpenſatus eo modo poſſidens propter enormem aliquam culpam priuaretur bonis poſſeſſis, non diceretur priuatus bonis ſuis , ſed iure dici debet, priuatus bonis religio-nis

Inſtruēdi ſūt fratres vt eorum quæ poſſident nihil exiſtimet proprium.

nis,quia sicut concessio est bonorum ordinis, sic & priuatio non est nisi bonorū religionis. Hac enim re anno singulo in confesso posita, & constituta, facile euitabitur crimen,& omnis suspitio proprietariorum Præcipientes omnibus,& singulis sub rebellionis pœna irremissibiliter infligenda, quantus infra spatiū dierum XV. post harum ordinationum declarationē,bona omnia, siqua in manibus sæcularium deposita sunt reportent ad Monasterium,& hoc ideo,vt fratres,qui regularem vitam nunquam complexi fuerūt,& in commune,prout debuere,sua non retulerunt,nec cōmuniter vixerunt(vt decet claustrales)discāt assuescere paulatim ad regulam ordinis,& ad recteviuendi normam in dies magis ac magis animentur. Et auxiliante domino,a quo omnis procedit salutaris profectus,proficiāt simul,& procedant,in hac mortali vita suauitate religionis,& spiritualis disciplinæ,gustata de virtute in virtutem,donec ex hoc quo claudimur, emissi carcere, post huius vitæ tenebras,ad fœlicissimum progrediamur regnum æternum.

Regimen religionis non credatur repugnātibus reformatiōi

§. ITEM ORDINAMVS,precipimus,& mandamus omnibus Prioribus, Prouincialibus,vt in conuentibus suarum prouinciarum non permittant priores locales,qui sint infames,& quorum vita,& mores sint contrarii huic introductioni,ac reformationi,Ne cesse est.n.vt tales sint familiæ,quales earum existunt rectores,quum orbis componatur regis ad exemplum Im primis autem nitentur ipsi prouinciales, vt morigeratos,graues & circunspectos,& cum hoc, si possibile fuerit, eruditos priores locales constituant, & presertim conuentibus solemnibus præficiant. Minoribus autem & locis:seu custodiis,saltem longo rerum vsu circunspectos,& bonos,nec alia officia negligenda sunt,quæ omnia, nisi bonis committantur, confusio

confuſio in ordine cauſetur,oportet. Sēper enim mali in oppoſitum nituntur bonorum, qui ſi viribus aucti ſint,ſine dubio,vt bonis præualeant,&ſint impedimẽto,nunquam ceſſabunt. Ideo non ſolum ad prioratus (vt præmiſſum eſt) ſed ad quæcunq; conuentuum officia,ſic aperire oculos debēt prouinciales,vt nullus aliquo crimine conuictus,ſeu nodatus permittatur.

4 § ITEM vt ignorantia quæ eſt errorum omnium mater,a clauſtris arceatur fratrum noſtrorũ, diſtricte Præcipimus,& mandamus, quod in ſingulis Conuentibus oppidorum,& vrbium inſtituantur & ordinentur Magiſtri grammaticæs,ſiue fratres,ſeu ſæculares modeſti & bene famati,qui doceant nouitios,& alios iuuenes prima rudimenta. Præcipientes Prioribus, prouincialibus & localibus, ſub pœna rebellionis, & depoſitionis ab eorum officijs,vt per ſpacium vnius mẽſis poſtquam audiuerint,ſeu legerint has noſtras ordinationes, vt in omnibus & ſingulis Conuentibus oppidorum,ſeu vrbium eligant, & deputent iuuenes ad diſcendum idoneos,& magiſtros conſtituant,qui legere teneantur,tres aut quattuor lectiones & themata dare,& alia facere, quæ ſpectant ad iuuentutem bene & celeriter erudiendam. Præcipientes ſub eiſdem cenſuris,& pœnis, vt amodo aliquo pacto de iuuenibus, ſeu de fratribus ordinis noſtri nullus promoueatur ad ſacros ordines,aut aliquo prætextu,vel quæſito colore promoueri poſſit, niſi prius didicerit,& ſciuerit cõpetenter loqui latine.

In ſingulis cõuẽtibus ordinandi ſunt magiſtri grãmaticæ.

5 § ITEM ordinamus,quod in omnibus,& ſingulis noſtri ordinis conuentibus,in quibus degunt & degere poſſunt octo ſacerdotes,ordinentur lectores,qui legere teneãtur quotidie aliquam lectionem de ſcriptura ſancta,hora cõpetenti & cõueniẽti,puta de caſibus cõſciẽtiæ,ſeu de pſalmis vel hmõi. Cui lectioni omnes poſſint,

Ordinentur lectores.

possint,& debeāt immo & pœnis cogantur interesse, quam dicti lectores sic enucleēt,& declarēt,quod etiā (si opus fuerit) vtantur & vernaculo sermone, adhoc vt instruantur fratres nostri in scripturis, & sit lectio huiusmodi non sine profectu.

Constituantur regentes publici.

¶ ITEM ordinamus,& præcipimus, atq; districte mādamus omnibus prouincialibus,seuvicariis subpœna rebellionis,& depositionis ab eorū officiis, quod infra spatiū duorū mensiū,a præsentatione istarū ordinationū in Cōuētibus,in quibus degūt seu degere possunt duodecim sacerdotes,ordinēt,deputēt,ac constituāt Magistros Regētes,qui nō solū sint sufficiētes ad legēdas artes & Theologiā,quādo opus est, sed etiam ad cōparādū pro honore religionis,quoties oporteat & ad defendendū ordinē nostrū. Teneantur autē ipsi regētes,egere,quotidie,hora opportuna,& cōpetēte, vnā lectionē in sacrascriptura,ad quā cōpellantur omnes,cuiuscūq; cōditionis existāt,accedere,exceptis magistris de curia,vel quiper multas quadragesimas invrbibus habuerūt contiones. Si quis autē dictæ lectioni interesse neglexerit, nisi forte fuerit aliqua legitima causa impeditus,priuetur audiēdis cōfessionibus per annū integrū,si fuerit cōfessor.Sin autē simplex sacerdos,aut alias in sacris constitutus,& non studēs,acriter puniatur. Ita tamē eiusmodi lectionem declarent ipsi magistri regētes,vt nō modo spiritualiter prosint sed etiam delectent, & vbi eis ita videbitur expedire, vtantur vernaculo sermone,& reddant tam clara omnia,quæ legent,& tam aperta, quod ab omnibus intelligi valeant,& memoriæ thesauro commendari.

In conuentibus vero solenuioribus, et in illis qui sunt invniuersitatibus,non solum deputētur apprime docti & resoluti magistri regētes,seu alii doctores sæculares,qui legant quotidie artes & Theologiam solēniter,

niter,& disputationibus quotidianis præsint,sed etiam deputetur conueniens numerus studentium,qui semper cõtinuetur et perseueret.Sint autem deputati studentes dociles,idonei,& habiles, ad artium & Theologiæ studia,ita vt eorum non sit dubius futurus profectus. Et quotidie per horam fiant circuli,exceptis tẽporibus vacationum, atq; ab ipsis studentibus per vices sustententur aliquæ conclusiones in artibus,vel in Theologia,secundum sufficientiam illorum . Et si ex studentibus aliquis negligens extiterit,in proponẽdis & sustentandis cõclusionibus,die sibi competẽte, per tres vices,acerrime puniatur.Postea si denuo delique rit,a studio expellatur. Volumus autem quod exceptis temporibus ad audiendas lectiones deputatis ; ipsi studentes seruiant,immo & debeant,et si opus est,cogantur seruire choro & ecclesiæ. Sit autem hoc prioris officium in quolibet Conuentu(vt præmissum est) animaduertere,quodregens deputatus quotidie legat & disputationes circulares fiant, atq; omnia ad rem literariam & profectum studentium attinentia frequẽtentur, & nihil obmittatur.Decernentes,quod etiam in ipsis solennioribus monasteriis, & in locis vniuersitatum,quotidie legatur vna lectio de scriptura, hora cõmoda,& opportuna vt ab omnibus fratribus audiatur,quæ si lægi non valeat a magistro regẽte,omnino legatur ab aliquo per ipsum substituto.Sint autẽ . R . priores prouinciales & locales in toto ordine nostro præmissorũ adeo solliciti,vt nihil eorũ menti magis inhæreat,nihilq; magis præ oculis habeat, quã vt studia floreant & bonæ literæ reuirescant. Est.n. tanta inter fratres nostros,a multis iam annis disciplinarum fere omnium ignorãtia,vt pudeat plura dicere,& dedecus ac ignominiã detegere fratrum nostrorũ.Quibus nisi opportune occurratur,metuendũ est,ne ob inscitiam

contingat,

contingat,quod &alijs contigisse accœpimus,qui vsq; adeo periere,vt fere redacti sint ad intermitionem. Et quia in prouincijs vltramontanis,studia videntur omnino aliquanto maiori in pretio habita,In Italia vero, hac præsertim tempestate, nescio quam ob causam,ia cere videntur depressa, Volentes quod in ipsa etiam Italia bonæ literæ reuigeant & quodammodo reuiuiscant.Præcipimus,&mandamus vobis Reuerendis magistris prouincialibus Siciliæ, Lumbardiæ, Tusciæ, & Venentiarum, vt in vniuersitatibus, quæ sunt in Prouincijs vestris,sine dilatione aliqua, & temporis inter missione,procuretis,vt studia vigeant cum regētibus, & conuenienti numero studentium. Nec cōmittatis, quod perueniat ad aures nostras,vos aut neglexisse decretum hoc nostrum,aut quoquo modo distulisse,nisi vestro sedet animo,vt intelligaris quantū nobis displicitura sit in præmissis cōmissa negligentia, seu dilatio vestra. Cæterum vobis Venerandis Priori, & discretis et patribus tam præsentibus quam futuris, nostri conuētus Neapolitani,Qui cōuentus inter cæteros Italiæ fere primarius existit,sic præcipimus & mandamus,vt nisi infra spacium vnius mensis a præsentatione istarū constitutionum, in dicto conuentu Neapolitano deputaueritis Magistrum regentem,qui actualiter legat quotidie artes,seu Theologiam, &.locum præparaueritis,& disposueritis,qui sit capax saltem duodecim studentium in artibus per priorem seu vicarium generalem,immediate deputandorum,intelligamini,& reputemini omnino, & ipso facto ab officijs vestris absoluti,cum inhabilitate ad eadem officia, vsq; ad septennium, Et postquam magister ipse regens cum expresso studentium numero fuerit deputatus,si vllo vnquā tempore intermittetur, & cœptum in illo conuentu studium negligentia,seu quacunq; alia causa vestra,interrum-

terrumpetur,easdem pœnas semper incurratis,& incursuri sitis. Nihil est enim minus tollerabile, quã cũ fine difficultate ægregium, & decorum possitis opus patrare,consulto intermittatis.Nec quicquã est quod magis accedere possit ad eximiam sacro sanctæ illius deuotionis maiestatem,& celebritatem, quam virtutuum, & bonarũ artium studium,quo & humani ani mi etiam in magna licentia,ob opulentiam (quod di fficillimum est)adeo delectantur,vt sese vltro nõ modo purgent vitijs,sed & abdicentvoluptatibus quibuscunq;.Nec possunt inter opes vitijs homines vacare, nisi litterarum studiosi sint, & se præbeant exercitio virtutuũ. Cum ocium in vtile pariat fomenta malo rum omnium,quorum & ipsa mater est ignorantia literarum.

7 §• I T E M præcipimus,& præcipiendo districte mã damus,omnibus & singulis prioribus tam prouincia libus quam localibus, vt iuxta ordinis institutiones, & statuta attendant, & inuigilent, vt corrigant atq; puniant quoscunq; insolentes, scandalosos, proter uos,apostatas, ebriosos,conuitiosos, conspiratores, cæterosq; maleficos,cuiuscunq; gradus, & conditionis existant,per censuras ordinis eos compellendo. Et si qui incorrigibiles,& rebelles extiterint, carceri mancipentur,et detineantur vsq; ad capitulum pro uinciale,siue ad aduentum Vicarij, seu prioris genera lis.Diffamantes vero,et famæ ordinis seu cuiuscunq; fratris nomini insolenter refragantes,cuiuscunq; præ eminentiæ,dignitatis,gradus,aut conditionis existãt, nullo respectu habito personarum,acriter puniantur Cum eiusmodi diffamationibus,& conuicijs inconsiderate,seu malitiose habitis, tollatur pœnitus decor nostræ sacræ religionis.Et propterea talium impunitas,non nisi permissio est, & via,alijs protensa, ad deteriora

Puniantur scãdalosi & miles.

teriora committẽda. Neq; profectò in reprobos vlla est permissa pietas, q̃ nõ crudelis sit impietas. Malorũ enim elatio immediate est depressio bonorum. Sicut & vitiorum indulgẽtia destructio est virtutuum.

Reuocentur cõmorantes extra religionem.

8 ITEM ORDINAMVS, quod de cætero nõ fiant potestates, seu nõ cõcedantur facultates aliquibus fratribus manendi extra ordinẽ, & omnes extra religionẽ cõmorantes, ad ordinis obedientiã reuocẽtur. Et si quis pertinatiæ, aut temeritatis spiritu neglexerit, vestris, immo his nostris parere mãdatis, infra vnius mensis spaciũ, post harũ intimationẽ ei facta, ipsum tanquã rebellem, & exulẽ declarabitis, & in libro cõuentus cuius est filius, deinceps in libro Prouinciæ annotabitis, qui nec recipi possit amplius in locũ suæ professionis, nec post talẽ cõtumaciã gaudere officiis, prærogatiuis, & priuilegiis nostræ sacræ religionis.

Non recipiãtur exules & malefici.

9 ITEM ORDINAMVS, vobis Reuerendis Prouincialibus, quod præcipiatis, & districtæ mãdetis omnibus Prioribus localibus sub pœna priuationis ab eorũ officiis & rebellionis, vt a modo nõ recipiãt aliquos sæculares exules, qui ab eijsdẽ vrbibus, oppidis seu locis, publico decreto exulauerint, seu aliquo modo suspectos cũ cedat in perniciem boni nominis, exceptis his, qui casu aliquo cõmitterent homicidium, & cõfugerẽt ad sacra loca nostrorũ cõuentuũ. Tunc enim per diẽ, donec tales arripere possint effugiũ, permittendi sunt, ne violentur imunitates Ecclesiarum.

Obseruetur regula mitigatis.

10 ITEM præcipimus, & mandamus vt obseruetis & firmiter obseruari curetis regulam per quondã fe. re. Eugenium mitigatam, ipsamq; singula Ebdomada feria sexta legetis, seu legi faciatis, & interpretemini seu interpretari iubeatis, sermone vernaculo, in refectorio. Ita vt ab omnibus intelligi & percipi possit, pro cuius regulæ obseruantia, fratres in primis coar-

ctandi

ctandi sunt, vt studeant ad illam se coaptare. Et quia maior est numerus rudium quam eruditorum, & iustum est quod omnes & singuli, ad quam obligantur, regulam apertissime intelligant, præcipimus quod in omnibus conuētibus ordinis sit ipsa regula, iuxta linguarum & idiomatum varietates, in vernaculum sermonem traducta, ad hoc vt ab omnibus intelligi possit, nec quisquam se de ignorantia valeat excusare.

Seruentur cōstitutiones particulares

11 ITEM ORDINAMVS, & præcipiendo districte mandamus Prioribus, tam Prouincialibus quā localibus, vt obseruari faciant quascumq; ordinationes, seu constitutiones per. Reuerend. aliquē Priorē, Vicarium, seu visitatorem generalem in quibuscunq; Conuentibus, seu domibus nostræ sacræ religionis ꝑ earundem domo morum reformatione, peculiariter ordinatas. Ita tamen quod in nullo repugnent, communibus his nostris statutis.

Seruenturcōstituciones vniuersales & capitulorū generaliū

ITEM ORDINAMVS, quod in omnibus Conuentibus & locis ordinis nostri sint, & esse debeant statuta, seu constitutiones per Reueren. bonæ me. Magistrum generalem Ioannem Soter invnum redactæ, & aliæ generalium Capitulorum, atq; hæ nostræ, cum indultis, & priuilegiis contentis in opere quod Mare magnum nuncupatur. Volentes & præcipiētes quod in Conuentibus solemniori bus deputētur per Conuentum & constituantur duo de peritioribus, & senioribus, qui vna cum priore studere debeant, ipsis superius expressis constitutionibus & Apostolicis priuilegiis, & indultis a Romanis Pontificibus religioni concessis. Ita vt ipsi deputati cum Priore presto sint, & ad constitutiones pro tempore & necessitate in medium adducendas, & ad defendendam ordinis libertatem & immunitatem, prætextu priuilegiorum et indultorum, seu Bullarum ordini concessarum. In

Studeantur cōstituciones ordinis.

 con

conuentibus vero minoribus,& locis, in quibus non est magnus fratrũ numerus. Sub Prior conuentus cum priore ſemper inuigilet, vt dictas conſtitutiones cum priuilegijs,& indultis præ manibus habeat et reſpõdere, ac reddere rationem ſciat, ad interrogationem quãlibet ſibi factam in præmiſſis.

Teneantur tot fratres quot cõuentus poteſt nutrire & nõ plures.

12 ITEM præcipimus & mandamus, omnibus & ſingulis Prioribus Prouincialibus ſeu vicarijs, vt compellant Priores, ſeu cuſtodes locorum, quod teneãt tot fratres, quot Conuentus, ſeu loca eorum fidei redita, tenere, ſeu alere poſſunt. Et hoc quia multi ad longum tempus, ſeu ad vitam cõſtituti priores, ſeu cuſtodes per Reuerend. olim religionis patrẽ negligunt ea, quæ in primis attinent ad profeſſionem noſtram, et duobus ſeu tribus contenti fratribus, bona locorum ſuo pro libitu exponũt, nulla honeſtatis, et æquitatis habita ratione, ex quo fit, quod ex fratribus multi vagantur extra ſepta Monaſteriorum, cum domus religionis, in quibus recipiantur, atq; reſideant, facile inuenire non poſſint.

13 ITEM quia ſacra religio noſtra a primis eius inſtitutoribus ad hæc vſq; tempora, ſtuduit habere in Eccleſia Dei fruges proferre, quæ et ex laudabilibus bonorũ fratruum operibus, et exemplis proueniũt, et maxime ex publicis, eruditorum Concionibus, qui bus (vt ſatis ſuperq; clarum eſt) fere vniuerſus regitur populus Chriſtianus, ne in poſterum talis tantuſq; deficiat profectus. Ordinamus, quod in omnibus, & ſingulis ordinis noſtri Conuentibus maioribus, ſeu ſolẽnibus, ſingulis diebus dominicis, & feſtis infra annũ, & præcipue a feſto ſanctæ Crucis vſq; ad quadrageſimam, qua quotidie & ſolemniter declamationes haberi ſolent, habeantur publicè Conciones, quas ſi ſtudentes adfuerint, habeant per vices. Si vero ſtuden-

Dominicis & feſtis prædicætur per vices.

tes

tes nulli fuerint, deputetur aliquis per Conuentum, qui(vt superius dictum est) singulis Dominicis diebus, & festis per annum habeat prædicare, excœpta quadragesima, qua, vt præmissum est, prædicatur quotidie, a viro solenni, & specialiter deputato Cauendum est autem ne aliqui indocti, & nullius intelligentiæ per mittantur ascendere pulpita, & publicas habere conciones. Quum præsumptio talium, seu temeritas cædat, non solum in detrimentum literatorum sed etiã inderisum ordinis. Erit autem Prouincialium hoc of ficiũ prouidere, vt nemo publicæ prædicare præsumat de cætero, nisi prius examinatus fuerit priuatim multoties, & deniq; approbatus.

15 ☞ ITEM vt malorũ omniũ, quæ a multis annis cõmissa sunt in ordine nostro, quæ ve in causa fuerunt depressionis nostræ, & tantæ corruptionis, deniq; tollatur occasio. Ordinamus, & precipiendo districte mã damus omnibus & singulis Reuerendis Prioribus Pro uincialibus & eorum sub ordinarijs, sub pœna depositionis ab eorum officijs ipso facto incurrenda, vt ca ueant, ne aliquo modo in distribuẽdis, & committen dis officijs precio corrumpantur. Et deniq; caueant, ne aliquid exigant, aut suscipiant, preter taxationes or dinarias, sibi iure competentes, & preter id quod laudabiles, & approbatæ antiquorum consuetudines pa lam exigere, & recipere permittunt. Certum est enim (nisi ordinis officia, precio corrupti superiores male distribuant, & in dignis ea committant) quod religio breui, & facile in sui honoris restituetur splendorem. Et loca plurima ex malo regimine diruta, & pene solo æquata reparabuntur, Et studentes non amplius inepti, & minime profecturi, frustra in studijs deputabun tur, Et deniq; de fratribus multi non errabunt, nec passim vagabuntur, Sed omnia & singula ita fient, vt

Nullus, pre cio corrũpa tur.

 fieri

fieri a bonis diu iam desiderantur.

S De obseruatione officiorum,& Cerimoniarum in Choro & Ecclesia. Cap. secũdum.

I

EXPLICATIS, quæ ad reformationem generaliter spectare videantur, proximus exquirit locus, vt ad ea primũ sermo dirigatur, quæ dei cultum præcipue circuncernunt. Quum enim omnia quæ merito appetenda sunt, quæue animabus salubriter cõducunt, atq; corporibus, a deo Opt. Max. rerum omnium conditore, procedant. Cui cultus ille et honor debetur, qui latria dicitur, et in vero consistit cultu sacrorum. Maxime attendere debẽt, qui cũ deo religari sunt, vt cultui diuinorum omni tempore satisfiat. Et quia corruptione temporum, et hominũ in curia effectum est, quod quæ præ oculis sunt temporalia et caduca, æternis præferuntur. Et homines non solum sæculo alligati, sed et qui mundo renũciauerũt, dei timore posthabito, et amore neglecto, obliti cælestium, conuertunt oculos, vt terrena videãt simul, et vanitates, æquum est, vt e somno excitentur, & ab his, in quibus diu constiterunt tenebris, ad lucẽ et veritatem conuertantur. Idcirco vt latrius ille honor, in nostra professione ab antiquis ordinis auctoribus immortali deo exacte impẽsus, nostra hac tempestate reuigeat. Et sicut nostris olim maioribus, sic et nobis candor diuini splendoris illucescat. In primis ordinamus, atq; præcipimus, quod in quolibet conuentu excedente, vel habente sex fratres in sacris cõstitutos, celebretur, et celebrari debeat diuinum offi

cium

cium in choro,tam diurnum, quam nocturnum , ita vt nocte singula dierum ferialium,cum sub priore,et professis omnibus,surgere debeat tercia pars simplicium sacerdotum,quæ dicat matutinas,et cantet Te deum laudamus,Duæ vero reliquæ partes , dicere debeant,et teneantur simul congregatæ in sacrystia,seu in capitulo,quotidie matutinas tēpore hyemis post Complectorium immediate,tempore vero æstatis immediate post cœnam. Et hoc vt exonererur conscientia superiorum,et constet,quod fratres ordinis celebrent diuinum officium . Diebus autē Dominicis et festis duplicibus,surgat eadem tertia pars,cum omnibus superius expressis,et celebret matutinas,& cātet vltimam lectionem cum Responsorio, Te deum laudamus.et Benedictus. Diebus vero totū duplicibus. Surgant secundum quod disposuerit prudentia Prioris conuentus,et saltent cantent tres vltimas lectiones cum suis Responsorijs,Te deum laudamus,laudibus & bēdictus,sub pœna grauis culpæ pertres dies Declaranres,quod si in aliquibus ordinis nostri conuentibus reformatis,introductæ iam essentconsuetudines meliores , & consueuerint ad nocturnum officium celebrandum,aut omnes surgere, aut omnium medietas,quod præsentes ordinationes nostræ in huiusmodi conuentibus nihil debeant relaxare . Non enim minuere quicquam intendimus, sed potius augere,quod ad diuinum culrum pertineat. In conuentibus autem, seu in locis non habentibus sex fratres in sacris constitutos , celebretur & celebrari debeat officium,& diurnum,& nocturuum his horis,& temporibus debitis,quæ videbuntur Prioribus, Vicarijs, seu custodibus expedire.Ita tamen vt omnino in Ecclesia integrum celebretur officium , nec in aliquo etiam tenui , & exiguo ordinis loco , commitatur ,

De cælebratione diuini officii diurni & nocturni.

quod in Ecclesia diuinũ ipsum, officium integre non persoluatur.

Fratres redeant ad cellas finitis matutinis.

2 ¶ ITEM ordinamus, quod post matutinas redeant fratres ad cellas suas cum silentio, & sine aliquo strepitu sub pœna vnius disciplinæ cum psalmo miserere mei deus &c.

Congregentur fratres in capitulo quã do eundũ est ad ecclesiam simul.

3 ¶ ITEM ordinamus, quod diebus ferialibus ad primum signum omnium officiorum diuinorum cõgregentur & congregari debeant in Capitulo cũ suo Magistro omnes nouitij, & professi, ac simplices sacerdotes. Ad signum vero primæ cum Missa maiori, & vesperarum, conueniant & graduati non actu legentes, & inde procedant ad Chorum ordine conuenienti. Diebus autem Sabbatis ad Completorium pro deuote cantando Salue regina ante altare Beatæ virginis, & Diebus dominicis ac festis conueniant omnes sacerdotes, & graduati etiam actu legentes cum Cappis albis, & eodem ordine chorum ingrediantur sub pœna grauioris culpæ per octo dies, & rebellionis contra facere volentibus infligenda.

4 ¶ ITEM ordinamus, quod vltimum signum officiorum continuetur, donec fratres ad chorum fuerint congregati.

Ingredientes chorũ non se inclinent versus superiorẽ

5 ¶ ITEM ordinamus, quod tam intrantes, quam exeuntes chorum faciant in medio debitam reuerentiam sine fastu, & vlla ceruicis elatione, sed humiliter, & vt decet timentes deum, sub pœna vnius disciplinæ Psalmi De profundis clamaui &c. Nec opus est quoties ministri ingrediuntur chorum, seu egrediuntur, quod inclinentur versus superiorem, nisi quando venia appetenda est, & ex necessitate aliquo accedendũ.

De modo stãdi & sedendi in choro.

6 ¶ ITEM ordinamus, quod nemo fratrũ, seu dextri, seu sinistri cornu sit ausus sedere anteq̃ Prior, vel qui præcedit ea ex parte, qua Prioris statuta est sedes Ex

alia

alia vero parte dignior,vel qui p̃cedit,ſederit,exceptis iubyleis & patribus ſenioribus,ſeu valitudinarijs.

7 § I T E M ordinamus,quod oẽs cuiuſcunq; gradus, et cõditionis exiſtãt, in primis attẽdant,vt proſtrationes & inclinationes,aliaſq;,quaſcũq;cærimonias,iuxta ãtiquorũ patrũ cõſuetudines, & traditiones ſic ob ſeruẽt,vt nullatenus prætermittãtur, ſub pœna ſecũ dum quod Priores prudentiæ videbitur infligenda.

Omnino ſernẽtur conſuetæ cæremoniæ.

8 § I T E M precipimus,vt in genufle&tendo,& ſurgẽdo omnes attendant ad Priorem,ſeu preſidentẽ, ſub pœna leuis culpæ inaduertenter peccantibus, obſtinatis autem,ſub pœna grauis infligẽda per diẽ, & grauioris,iuxta deli&tum ſeu repugnantiã,quamprior cõſideret,& iudicet pro arbitrio,et iudicio ſuo.

In cæremõijs omnes ſequãtur priorem.

9 § E T Q V I A ſtrepitus in choro abſoni ſunt,et ex fratribus quidam indiſcreti exiſtunt. Præcipimus omnibus vt in eleuandis ſeu demittendis ſedilibus cauti ſint,et aduertant ne ſtrepitus emittatur ex vehemẽti tabularum colliſione.

Qualiter ſedilia ſint eleuanda & demittenda

10 § I T E M O R D I N A M V S,quod diuinũ officiũ quãdo legendo pronũciatur & quãdo cantatur,nunquam alta voce,ſed ſemper ſubmiſſo tenore & graui celebretur cũ pauſa cõuenienti in medio verſu,& in fine nulla pauſa,ſeu vocis protra&tione ſeruata, quæ præ ſe ferat tedium mentis.

Officium cœlebretur cũ pauſa in medio & ſine cauda in fine

11 § I T E M ordinamus, quot fratres ante le&torile ſtent dire&to ordine,et nõ obliquo,ita quot ſtẽt bini, terni,vel quaterni, vel ſeni,et vniformes ante ipſũ le&torile,ſub pœna leuis culpæ,p̃qualibet trãſgreſſiõe.

Fratres ante le&torile ſtẽt re&to ordine.

12 § I T E M ordinamus,quod nõ ſit in poteſtate cuius libet incipere reſponſoria, & quæ cãtantur in choro ad maiorẽ miſſam,ſeu ad quæcũq; alia officia,ſed ſint deputati,qui incipiãt,quos poſtquam inceperint ipſi & debite progreſſi fuerint, reliqui opportune ſubſequãtur

Intonẽt intonanda ordinati per tabulã & non alij.

quantur, sub pœna panis & aquæ provice qualibet cu iuslibet commissæ negligentiæ.

Quando nemo debet sedere in choro exceptis valetudinarijs.

13 § ITEM ORDINAMVS, quod dum cãtatur Kyrieleyson, Gloria in excelsis deo, nemo audeat sedere preter valetudinarios, sed si pulsãtur organa stẽt nouitij, & professi cum Cantoribus, & sub priore ante lectorile, reliquis omnibus in sedilibus stantibus, sin autem non pulsantur organa omnes conueniant, & stent ante ipsum lectorile.

Antiphonæ respõsoria et reliqua incipiantur graui tenore.

14 § ITEM ORDINAMVS, quod Antiphonæ, Responsoria, & reliqua incipiantur submisso, & graui tenore, & cantentur cum debitis pausis, & signatis, nõ autem sicut apud deformatos & indeuotos, ac rusticos cantari solet, inepta, & altiori voce, nec seruatis aliquibus signis honestatis, & grauitatis in Cantu. Et cum omnia voce depressa & seueriore sint pronũciãda, curandum est vt hebdomadarij incipientes officia voces semper deprimant, et similiter, cantantes missam conuentualem; non solum sacerdotes sed etiam diaconi et subdiaconi omnia pronũtient voce admodum depressa et graui. Cauendum est autem, næ sæculares cantilenæ figuratu cãtu, seu ad organa, post hac proferãtur. Verũtamẽ moneãtur pulsanres organa, vt religiose, pulsent, & incipiãt semper demisse, grauiter & seuere, ad hoc vt chorus possit organis cõformari.

Dum pulsantur organa antiphonæ & reliqua dicãtur a duobus.

15 § ITEM ordinamus, quod Antiphonæ, aut respõsoria, dũ pulsantur organa, dicãtur a duobus solis voce aliquãto altiori, vt omnes qui in choro sunt, percipiant, cæteri vero non recedant ex locis suis. Et hoc quidem ob euitandam vocum cõfusionem, qua Hebræi in synagogis vtũtur, sub pœna leuis culpæ provi ce qualibet, qua quis fuerit transgressus.

De feria bis in mense saltẽ celebretur

16 § ITEM ordinamus, quod in choro saltẽbis in mẽse dicarur officiũ de feria, sub pœna priuationis loci, & vo-

& vocis, & suspēsionis ab officio subpriori infligēda

17 § ITEM ordinamus, quod singula die sabbati, ordinetur tabula cantorū, & ministrorū in choro, & similiter officiorū, quæ per Hebdomadā sunt celebranda, secundū ordinem feriarum & sanctorum.

Die sabbati fiat tabula communis.

18 § ITEM ordinamus in primis, & ante omnia quod nemo sit loquax in ipso choro, nec perturbet alios diuinū officiū celebrātes, sub pœna vnius disciplinæ simplicibus infligēda, graduatis autē sub pœna priuationis panis & vini, ac piatantiæ pro qualibet vice.

Nemo sit loquax ī choro

19 § ITEM ordinamus, quod in terminatione vnius horæ, quādo immediate sit alia incipiēda, cōpleta Salue regina, fratres surgant immediate, & cū inclinatione dicāt Pater noster. Terminatis autē officijs, quando ad alia non est procedendū dicto fideliū persistant fratres genibus flexis, donec Prior, vel præsidens faciat signum, sub pœna vnius disciplinæ pro qualibet vice simplicibus infligenda, graduatis autem sub pœna priuationis piatantiæ per illum diem.

Fratres surgāt ad signū Prioris.

20 § ITEM ordinamus, quod quādo officiū de Domina in choro nō celebratur, celebrent illud & celebrare debeant in capitulo Nouitij, eorū Magistro assistēte, cū memorijs cōsuetis, & præcipue Patris nostri Alberti. Quando vero dictū officiū celebratur in choro, ipsi nouitij dicāt solas Matutinas in capitulo, & officium mortuorum. Videlicet trium lectionum quotidie semel autē in Hebdomada idem officium cū nouem lectionibus exacte cōpleatur. Videlicet, singulo quoq; veneris die, sub pœna magistro morum grauioris culpæ infligenda per tres dies.

Officiū de domina et mortuorum quādo et quomodo celebretur a nouitijs.

21 § ITEM ordinamus quod nemo audeat portare ad chorum libros, puta sermones, seu id genus aliud, quod ad officiū non pertineat, sub pœna grauis culpæ per diem infligenda.

Nemo portet libros in choro.

ITEM

Priores loca lesteneantur legere ordinarium

22 ITEM ordinamus, quod teneãtur priores loca les quotidie legere, vel legi facere ab altero ex magistris Cæremoniarum vnã lectionẽ de ordinario, congregaris fratribus et presentibus immediate post primã, vel alia hora cõpetente, in mane tamẽ semper et ante prãdiũ, sub pœna priuationis ab eorũ officiis ipso facto incurrẽda, si negligẽtes fuerint deprehensi.

Magistri cæremoniarũ ordinentur.

23 ITEM ORDINAMVS, quod in maioribus cõuentibus eligantur per conuentũ duo fratres, senio & experientia Venerabiles, post presentium declarationem, et deinceps singulo anno, qui dicantur Magistri Cæremoniarum, et qui Hebdomadatim per vices studeanr ordinario, et presint ordinationibus patrum executioni demandandis, ac sint coadiutores Priori, ac subpriori quo ad cæremonias, et officia pro tempore obseruanda. In conuentibus vero minoribus eligatur saltẽ vnus, qui quotidie id officii exerceat.

Anniuersariorum habeatur ratio a sacrista.

24 ITEM ORDINAMVS, quod a Sacrista singulis Hebdomadis, & diebus habeatur ratio anniuersatiorum, & missarum, iuxta obligationem, de qua expresse fit mentio in tabella benefactorum, & diebus singulis ab eodem subpriori, ad memoriã reducatur, nec ipse subprior sit negligens, tam in missis maioribus, quam in suffragiis, & aliis officiis celebrandis, & celebrari faciendis. Et quiaquandoq; emolumenti cupiditas est in causa, quod tam maiores missæ pro aniuersariis, seu feriis ex debito celebrãdæ omitrũtur, præcipitur districte Prioribus quod quibuscunq; causis posthabitis, animum aduertant & vigilãter præcipiant, vt quæcunq;, seu ad benefactores, seu ad chori tenorem officia spectare deprehẽderint, nullatenus omittantur.

ITEM ordinamus, quod sic sacrista debeat dispo

ponere Ecclesiam,vt deuotione animos sæcularium accendat,studeat autem,vt ecclesia bis in Hebdomada mundetur, et altaria habeant tria mantilia iuxta formam canonis.

§ ITEM ordinamus,quod non accōmodētur apparamēta aurea,aut serica.Et insuper nec calices,nec vascula vlla argentea,seu aurea personis quibuscunq; quæ nostræ professionis non fuerint, sub pœna depositionis ab officio & rebellionis tam priori quam sacristæ ipso facto incurrenda,exceptis his,qui soliti essent accōmodare & sua fratribus nostris, & exceptis ordinis nostri benefactoribus,quibus etiam concedi nequeant,sine licentia totius Monasterij.

26 Nō accomodentur paramenta.

§ ITEM ORDINAMVS,quod singula Hebdomada deputentur duo iuuenes in sacris cōstituti, qui diebus singulis, primo mane teneantur esse sacristæ coadiutores in excutiendis mantilibus altarium quæ quotidie sic deuote excutiant,& dirigant,vt appareāt æqualiter directa,& inde studiū deprehēdatur, quod religio circa diuina impendi.Et licet hoc officiū precipue pertineat ad sacristā,& eius ministrum, tamen quia in maioribus,& solemnioribus conuentibus,posset ex multiplici occupatione,ita esse impeditꝰ quod nullo modo impenderet debitam curam circa prædicta.Duximus expedire,quod ei coadiutorium detur. In minoribus vero conuentibus sit prædictorum quotidiana cura sacristæ.

27 Coadiutores sacristæ erūt duo.

§ ITEM ORDINAMVS,& decernimus,quod in sacristia seruetur silentium,& præcipue ab his, qui aparantur,sub pœna vnius disciplinæ & carceris per diem & noctem,nec fratres habeāt cum sæcularibus in ipsa sacristia ociosa colloquia.

28 In sacristia seruetur silētium.

§ ITEM ORDINAMVS,quod Prior semel saltem in mense die incerta,ad hoc vt exploret, clā surgat

29 Prior surgat clā die incerta ad matutinas quolibet mense.

gat ad matutinas,& lateat in Ecclesia,donec finiatur matutina. Postmodum procedat ad chorum, & quæ digna correctione animaduerterit,corrigat,&fratres admoneat, sub pœna pro arbitro diffinitorum capituli prouincialis ei infligenda. Præcipientes subpriori, & omnibus qui inter fuerint,vt pro vice qualibet testimonium reddant ipsi Priori sub scriptionum suarū in papyro, quam prior teneatur socio ad capitulum ituro præsentare. Et hoc,quia impossibile est,vt negligente priore sint fratres quoquomodo solliciti.

Ceremoniæ sint vniformes in omnibus officijs.

30 ITEM ORDINAMVS, quod omnes tam in missis celebrandis,quam in reliquis sint cærimoniarū obseruatores vniformes; vt neq; addere quidquam, neq; demere presumant, sed in omnibus sequi debeant ordinariū vt sintvniformes,sub pœna priuationis loci & vocis,constitutis in sacerdotio,seu aliaquauis dignitate,postquam ter fuerint admoniti irremisibiliter infligenda. Studeant autem de cætero sacerdotio decorati,vt proferant,& pronunciēt missas voce suppressa & de missa,& nil minus sonora & graui, ita vt nullo modo altius voce tollant insipide,& inepte, & tamen a circunstantibus intelligi valeant.

Missas nō esse pronunciādas voce altiori et insipida.

Finis exeūdi a choro.

31 ITEM ORDINAMVS,quod completisquibuscunq; officiis,exeuntes fratres de choro,habeant seruare hunc ordinē.Videlicet,quod Nouitij sint primi exeuntes bini cum debita,& deuota prostratione in medio facta.Sequentes sint professi & deinceps reliqui per ordinem,ita vt Prior cum seniore, seu Prouincialis cum priore sint vltimi,& omnes procedant vsq; ad Capitulum bini,seruato semper ordine,& ibi dicta oratione prætende Domine famulis tuis. &c. Inde honeste recedant, & hoc sub pœna rebellionis.

32 ITEM ORDINAMVS,quod tā Prior,quā fratres in conuentu seniores, attendant, quod non solū diui

diuinum officium celebretur in choro(vt præmissum est)sed etiam quod nullus sacerdos, seu cõstitutus in sacris sustineatur in Conuentu,qui diuinum officium non celebret, Ita vt non possit esse etiam de eo suspitio,nec aliquis se excusare valeat,quod illud celebret intra cubiculum , quum Saluatoris nostri documentum sit intelligendum,de gratuita oratione,& voluntaria,non autem de officio,ad quod omnes præ aster ti de iure tenentur,sub pœna grauissima,quæ continetur in Canone.Quod si quis fuerit deprehensus,& cõstiterit,siue ipsum nõ habere breuiarium, siue officiũ neglecto dei timore,non celebrare, si de eo non fuerit violenta suspitio,admoneatur in capitulo,seu in refectorio,quod amodo non velit esse causa scãdali in conuentu,sin autem de eo fuerit violenta suspitio,cuiuscunq; gradus,aut conditionis existat,conuictus puniatur. Videlicet,carceri mãcipetur per mensem si fuerit sacerdos. Et si post talem correctionem fuerit obstinatæ mentis & reprobæ ac in malo proposito perseuerauerit,suspendatur per annum integrum a celebratione missæ,& audiendis confessionibus,nec non loco et voce priuatus,cogatur ad ministeria conuersorum,quotidie tamen coram patribus in refectorio officium celebraturus,neccum eo mitius agatur,nisi post annum ad cor rediisse manifeste fuerit cõprehensus. Sin vero Diaconus,seu subdiaconus,post octo dierum carceris pœnitẽtiam,priuetur actibus legitimis nec promoueatur ad alios ordines, donec cũ eo per prouinciale Capitulum misericorditer fuerit dispensatum.

Celebretur ab omnibus diuinum offi ciũ sub magna pœna hic notata.

33 ITEM ORDINAMUS, quod nullus frater cuiuscũq; gradus , aut cõditionis existat, vocatus ad celebrãdum recuset,nisi forte legitima causa impeditus. Sacrista tamẽ vnũquẽq; vocatũ interroget, si primam

Nullus recu set celebrare nisi legitime impeditus.

mã diei horã exfoluetit. Non enim licet cuipiam, nisi prius prima ipsa peracta, ad celebrãdum accedere. Et hoc sub pœna grauis culpæ per diem ei infligenda.

Nullus deã-bulet per ecclesiam officij tempore.

3 4 ITEM ORDINAMVS, quod nullus frater cuiuscunq; gradus, aut conditionis exiſtat, audeat, seu præsumat deambulare per Ecclesiam tempore officiorum, sub pœna rebellionis. Tempore vero, quo non celebrantur officia, præcipitur iunioribus, id est natis, a quinq; & triginta annis, quod nullo modo incedãt per Ecclesiam. Magistris vero & senioribus eo tempore sic conceditur, vt sint auctores honestatis & boni exempli. Nulli tamen permittitur, quod aliquo tempore possit astare ad ipsas ecclesiæ portas.

Nemo loquatur cũ muliere in ecclesia.

3 5 ITEM ORDINAMVS, quod a primo mane, vsq; ad completum officium cum missa maiori, nemo audeat, aut præsumat ad Ecclesiam accedere ad loquendum cum quauis muliere. Quia sub prætextu bonorum operum, multa sæpe eueniũt scandala, nisi forte necesse fuerit, quod aliquis de senioribus, đ quo nulla sit suspitio, audiat confessiones, seu visitet personam grauem aliquam, & Conuentus benefactricẽ, & talis sit vocatus per Sacristã, sub pœna grauioris culpæ per sex dies ei infligenda.

Seruientes missis semper habeãt cappas nitidas.

3 6 ITEM ORDINAMVS. quod nouitij seu alij quicunq; fratres, maxime in vrbibus & oppidis seruiẽtes missis semper habeant cappas albas. Erit autem curæ Priori, quod capæ albæ mundæ sint, & nullis sordidæ maculis, cum ex earũ puritate virgineus cãdor repræsentetur.

Nullus audiat confessiones post altaria

3 7 ITEM ORDINAMVS, quod nemo audiat confessiones mulierum, seu adolescentum post altaria, aut in angulis ipsius Ecclesiæ, seu in locis non patentibus, sub pœna depositionis ab officio, & suspensionis a gradu, seu dignitate, ac ipso sacerdotio.

ITEM

38 § ITEM ORDINAMVS, quod tempore quadragesimæ ordinentur idonei cõfessores, qui sint ætate, conscientia, & intelligentia sufficiẽtes, & habeant deputari a Priore, & saniore parte conuentus, præter quos sic deputatos, aliorum nemo audeat confessiones audire, sub pœna suspẽsionis a sacerdotio p annũ

Qui sint deputandi cõfessores.

39 § ITEM ORDINAMVS, quod nemo audeat confessiones audire infra annum, nisi transcegerit quintum & trigesimum annum, licet per quadragesimam confessiones audiuerit, & per Rener. ordinariũ fuerit approbatus, nisi petita licentia, et obtenta a priore, quam, ob rationabilem aliquam causam, ciporterit concedere. Nec sedeat quisquam in aliqua parte ipsius Ecclesiæ, & loquatur cum muliere aliqua, nisi cum sola matre, quæ sit vera mater secundũ carnem sub pœna suspensionis a celebratione missæ per tres menses, & carceris per octo dies.

Quorum an nũ debet habere audiẽs cõfessiones infra annum.

40 § ITEM ORDINAMVS, quod sacrista diligenter attendat, vt ante christi corporis salutiferum sacramentum, diu noctuq; lumen, & iugiter ardeat, nec aliquando extinguatur Ipsum vero sacramẽtum singulis quindecim diebus innouetur, & clausum sub custodia reponatur, ita vt nulli sit integrum, locũ sacramenti aperire, excepto solo sacrista, cui sacra com missa sunt.

Ante Christi corpus aduertat sacrista ne vnquã lumen deficiat

41 § ITEM quia, inter cætera eximiæ sanctitatis ordinis nostri exẽpla, sanctissimi patris nostri Alberti, vbiq; gentium celeberrima est gratia apud deum, & homines christianos, cuius miraculis nõ modo sacra religio nostra exuberat, sed & orbis fere vniuersus inuatur, nec vllæ sunt per vniuersum Christianæ nationes, quæ sanctissimum Patrem nostrum Albertũ protectorem non receperint, & propitiũ atq; assiduum apud deum intercessorem experti non fuerint. Ne celeberrima

Sancti Alberti vbiq; altare erigatur spãle.

lebertima fidelium deuotio,ob negligentiam nostrã remittatur.Quod impium foret,& in decorum.Ordinamus,& præcipiendo mandamus,quod in omnibus ordinis nostri conuentibus & locis,Post erectum altare gloriosissimæ Dei genitricis,cuius titulo specialiter insignimur& in cuius honore primi,& ante alios omnes,antiqui patres nostri,in Carmeli vertice templum erexere,& hyperdulium cultum,honoremq; debitum eidem exhibuere,erigatur,& deuote teneatur Altare,in honorem eiusdem sanctissimi Patris nostri Alberti,cui sit peculiariter dicatum,& consecratum. Et hoc sub pœna rebellionis Prioribus tam Prouincialibus,quam localibus,seu vicarijs,si cõtra fieri permiserint,infligenda,Sit autem præ cæteris ad eiusdẽ sanctissimi patris nostri deuotionẽ spectantibus,hoc in vsum,& obseruantiam missum,quod mense singulo,debita benedictionis forma,aqua conficiatur,quæ pro curandis febribus dari solet,& in vase honesto fictili,lapideo,marmoreo,seu vitreo, per mensem conseruetur,ac semper(vt præmissum est)mense singulo, innouetur,& reficiatur.Reponatur autẽ vas eiusmodi honesto in loco,& quoties aquam dari petentibus opus fuerit,reuerenter tractetur,vt ex eo etiam, deuotio excitetur. Et quia deuotionem excitare,diuino cultui augendo attente,incessanter,& curiose omnẽ curam,die noctuq; impendere, pro decoro ecclesiæ assidue vigilare,sacristæ officium est.Non sunt deputandi ad officium sacristiæ,nisi viri graues,solliciti,& timentes deum. Quid enim committi cuiquam dignius.Quid potest pretiosius designari.Sinedubio,post generalem prioris curam,sacristæ studium, vel intensum tollit desidera, vel remissum deprimit in tartara religionis honorem.

Aqua sancti Alberti mense singulo reficiatur,

§ Quo ad pacem in Monasterijs conseruãdam Caput Tertium.

QVONIAM pax munus dei est, & dominus noster omnibus ipsam bonis alijs preposuit. Idcircovt inter patres, & fratres conseruetur, non solum Prior tam Prouincialis, quam localis cum primis studere debent, sed & quicunq; esse & haberi volunt optimi, & filij, & patris sacri nostri ordinis, pro ea conseruanda tenentur multum vigilare & semper laborare. Et quia non potest diu pax esse, vbi sunt discordiarum auctores. Ideo in primis Ordinamus, quod Prior prouincialis in prouincia sua inquirat, & exploret. Et Prior localis in conuentu suo quotidie, an aliqui sint in prouincia, siue in conuentu conspiratores seu qui coniurauerint, pro aliqua re, seu opinione obtinenda, vel siqui fecerint conuenticulum, siue talem cõspirationem, propter quã pax & concordia scindatur, & perturbetur. Quos omnes cuiuscunq; gradus, seu conditionis existant) grauissime puniant, implorato (si etiam opus fuerit auxilio brachij secularis. Caute tamen ne fiat scandalum. Et super hoc aduertendum est, quod quidam quum sint cauillosi, & zizaniani, & deniq; malæ, & nocenris conscientiæ, sub pretextu defendendæ reipublicæ, & bonorum comunium cõuentus, quando q; componunt pernitiosam coniurationem, qua nituntur opprimere bonos, & omnia pro arbitrio suo peruertere, quibus omnibus non importune occurrendum est. Ideo in primis ordinamus, quod quãdo plures duobus obstinate sese inuicẽ sectãtur, & vt alios quoq; suæ sectæ admoueãt, pro viribus nitũtur,

In primis studendum esse paci.

Cõspiratores & perturbatores acerrime puniẽdas

Plures duobus sese inuicem sectãtes habeãtur tã quam cõspiratores.

 haberi

haberi debeant, tanquam conspiratores; & priuẽtur omnibus bonis, eis advsum concessis, ac suspendãtur a quocumq; gradu, & dignitate, vltra pœnas alias, in ordinis statutis expressas.

Prandentes & cœnantes extra refectorium nõ assumãt vltra duos ad mensam.

2 ITEM ORDINAMVS, quod si in aliquo cõuentu contigerit, ob aliquam rationabilem causam, seu necessitatem vrgentem, aliquos de fratribus conuentus comedere extra refectoriũ, nullus cuiuscunq; gradus, aut conditionis existat, etiam si facta ei esset facultas a superioribus ordinis in camera comedere posse, possit aut valeat ac mittere aliquos aliosfratres nisi rationabili aliqua causa, prior rogatus, concedat vnum vel duos, et non plures, & hoc quam rarissime sub pœna grauioris culpæ per tres dies infligenda. Et hoc vt euitetur omnis suspitio conspirationum, & sectarum occasio, quæ facile inter epulas dari solet.

Sæculares nõ admittãtur ad prãdium vel cœnã nisi sint bonæ famæ et tantũ duo.

3 ITEM ORDINAMVS, quod nullo modo admitti possint sæculares ad prandium, seu cœnam, nisi manifestum sit, quod sint veri fratrum necessarij, & bonæ famæ, vel cõuentus benefactores, nec plures duobus admitti possint, & non nisi dato casu aliquo rarissime, sub pœna grauioris culpæ, per sex dies cuilibet transgressori infligenda. Nisi forte aliquis ex longinquis partibus de religione benemeritus, seu quispiam nobilis, a quo expectaretur aliquod beneficiũ reipublicæ conferendum, adueniret, & esset alicui fratrum beniuolentia copulatus. Tunc enim licebit de Prioris licentia ei hospitium nõ negare. Hoc autem relinquimus Iudicio Prioris prouincialis, seu localis dignoscendum, & decernendum, prout eis videbitur expedire.

Arma portare nullus

4 ITEM ORDINAMVS quum instrumenta pacis sint virtutes, mores, & patrum exempla, quod nullus frater cuiuscunq; gradus, aut conditionis existat,

ſtat,audeat,ſeu præſumat tenere arma in conuentu aut quomodolibet habere ſub pœna carceris p tres menſes,& priuationis loci & vocis per decennium, ac omnium bonorũ ordinis,quæ poſſidet, & expulſionis a Conuentu vſq; ad capitulum generale ex tunc proxime futurum.Poterunt tamen prælati iter quandoq; minus tutum,ſeu periculoſum facientes, caſu dato,dum viſitant, ſiue pro religione aliquo ſe transferunt, accipere aliquos ſecum ſeruitores honeſta arma habentes,ſolum in itinere (vt dictũ eſt) pro defenſione perſonarũ ſuarũ.Quod omnino iuſtiſſimũ eſt,ob multos reſpectus a ratione nõ alienos.

audeat exceptis prælatis in cauſa neceſſitatis et in itinere.

5 ☙ITEM ORDINAMVS,quoniã pœnitus corrupti ſunt mores,quod Prior & Patres ſeniores, cu iuſcunq; Conuentus in ordine arrigant aures, & explorent,ne quis de iuuenibus conuẽtus audeat, aut præſumat arma tractare gladiatoria,ſeu bellica,aut quid ſimile agere,quod eſt pœnitus cõtra religionis honorẽ,& pacis conſeruationem.Et hoc ſub pœna depoſitionis ab officio ipſi Priori,ſi cõpertis nõpro uiderit , reliquis autem patribus,niſi Priorẽ admonuerint,ſub pœna excomunionis incurrenda Si quis autẽ(quod abſit) conuictus fuerit , ſeu deprehenſus quod arma tractauerit, omnibus bonis ordinis priuetur,& carceri mancipetur, vſq; ad capitulum prouinciale proxime fururum,& inde extra prouinciam in exilium perpetuum mittatur.

Nemo audeat arma tractare ſub pœna exilij.

6 ☙ITEM ordinamus,atq; præcipimus,quod ſi quis frater cuiuſcũq; gradus,dignitatis, aut cõditionis exiſtat,auſus,fuerit minatoria verba proferre in quẽ uis aliũ fratrẽ,cui cõminatus fuerit de læſione interrẽda,carceri mãcipetur per dies octo in abſtinentia panis,& aquæ, & vſq; ad capitulũ prouinciale loco, & voce ptiuetur,ſi in ſacris fuerit,ſin laycus, æquiua

Alteri minans carceri mancipetur

 lens,

Minantes superioribus expellantur a prouincia præmissa punitione.

les alia ei pœnitētia iniungatur. Si vero quispiam de fratribus vsq; adeo temerarius esset, quod in priorē localē insurgere & proterue, seu minatorie loqui au deret, carceri mancipetur per mensem, & cū abstinē tia in cōpedibus detineatur, & insuper vsq; ad prouinciale capitulū ad aliū locū mittatur p Prouincialē si ad fuerit, sin minus frater ipse reusmittatur ad prædictū Prouincialē, qui nullo modo possit cū eo dispēsare, sub pœna grauissimæ culpæ ipsi prouinciali infligēda si cōtra fecerit. Verū si quis dyabolico spiritu attentatus, fratrē aliquē quoquo modo percusserit, statim omnibus bonis ordinis ei advsum cōcessis sub custodia triū clauariorū positis, ipse carceri mācipetur per tres mēses, in cōpedibus, & abstinentia, postea exul a prouincia declaretur, & ad vicariū, seu Priorem generalem mittatur, & dirigatur. Intellecto tamen, quod ad supradicta inuiolabiliter seruetur, & statutum deminanribus & percutiētibus. Habeatur & ratio personarum, præcipue prelatorum, aut verbis, aut factis læsi fuerint, prout exprimitur in statuto superius expresso.

Percutiētes in carcerem trudantur, &c.

Inobedičtes suffragia secularių querentes habeātur pro excomunicatis

7 §— ITEM ordinamus, quod si aliquis frater ob quascunq; rationabiles causas mouentes animum sui superioris, remoueretur ab aliquo cōuentu, & ad aliū mitteretur, & ipse repugnaret, seu fauores sæculariū ad hoc, vt remaneat, procuraret, siue quæuis nobiliū vel præsulum suffragia imploraret, habeatur tanquā excomunicatus, & secundū ordinis statuta puniatur Caueant autē superiores ne irrationabiliter, & iniuste circa hoc cū fratribus se habeant. Si quis autē ex fratribus locū querellæ habuerit, non ad sæculares, sed ad Priorem seu vicariū generalē scribat, vel cōfugiat, iustitiam recepturus.

De

§ De honestate extra monasteriũ seruãda. Cap. iiij.

Exeũtes monasteriũ eãt bini & cum caputio sub pœna. &c. petita prius licentia.

1 QVIA Certum est, quod sicut vera & feruens Charitas inconspectu dei est, sic religionis honor, & decus in intuitu sæcularium & spectantium consistit aspectu. Idcirco ordinamus, quod fratres exeuntes Monasterium cuiuscunq; gradus, & cõditionis existant, non exeant, nisi petita venia a Priore & obtenta. Et sic incedant, quod sint bini, & æqualiter ambulantes, ea cum honestate, & modestia quod populus ex incessu eorum, exemplo, & colloquio bene ædificetur, & quod omnes portent caputium extra conuentum, & nullus sit qui audeat portare birretum, sub pœna priuationis loci, & vocis, locum & vocem habentibus, reliquis autem, sub pœna vnius disciplinæ.

2 § ITEM, quia nihil est religionis honestati magis oppositum, & magis contrarium reformationi, quam quod fratres in vrbibus, & oppidis quotidie per plateas, & loca publica vagentur, & alias suo pro libitu discurrant quocunq; voluerint, quæ dãnosa nimis licentia est, & inter alia, quæ plurima, ab ipsa proueniũt mala, certe incomparabile causatur habitus vilipendium. Ideo ordinamus, precipimus, & mãdamus, quod nullus frater possit aliquo modo exire monasterium, preterquam bis in hebdomada & hoc fiat cum interpollatione dierum, & semper cum socio sibi a Priore designato, nisi forte vrgens aliqua exeundi necessitas alicui interuenerit, quam tamen Priori commitimus dignoscendam, quo casu rarissimo, prior poterit dispensare, ita tamen quod exeat cum socio taliter dispẽsatus. Aduertant autem priores vt sic accomodent socios, quod ipsi etiam socij pluris non exeant, Exeũtes autem fratres petant benedictionẽ, & reuersi præsentẽt

Fratres non egrediantur a monasterio nisi bis in

Hebdomada & cũ inter pollatione di erũ. Diebus autem festis nullo modo exeant.

tent se priori iterum benedictionẽ habituri. Diebus autem dominicis & festis maioribus, nullo pacto volumus, quod etiã a priore quispiã possit veniã exeũdi obtinere. Nõ enim licet, vt diebus deo sãctisq; dicatis, quibus ipsi etiã sæculares desistũt ab opere, religiosi nõ assidue ecclesiæ seruiãt, & dent operam sacris. Ferialibus vero diebus excipiuntur Prior, & procurator cõuentus, similiter & Magistri actu legẽtes cũ studẽtibus artiũ, in locis vniuersitatũ, quibus non solis, sed cũ socijs, & honeste permittitur, quod tẽpore debito quotidie possint accedere ad lectiones. Et deniq; excipiũtur cõfessores solẽnes, qui cũ vocẽtur ad audiendas cõfessiones extra monasteriũ, poterũt accedere, quia hoc cædit in honorẽ cõuentus. Reliqui autẽ cuiuscunq; gradus, cõditionis, & dignitatis existãt vltra duas vices per quãlibet hebdomadã nullo modo poterũt exire. nec Prior sine vrgenti necessitate, poterit cũ aliquo in præmissis dispensare, nisi forte cõtingat, quod accedant ad celebrãdas missas extra Ecclesiã nostrã, quo casu per Priorẽ deputatis cõceditur, quoties acciderit posse exire, maxime pro honore cõuentus. Nunquã tamen sine socio cuiquã aliquo casu exire licebit. Aduertendũ est autẽ, quod quando aliquis esset missus ad celebrãdam missam, vel ob aliam causam extra monasterium bis in vna hebdomada, nullo modo permittatur eadẽ hebdomada pro alia sua causa exire. Satis enim & conuentui, & sibi simul satisfacere potuit.

Fratres non eant extra monasteriũ sine capis albis.

3 ITEM ORDINAMVS, quod nulli fratres audeant, aut presumant per oppida, vel vrbes ire extra monasteriũ sine cappis albis, & absq; licentia sui superioris sub pœna rebellionis, & accedentes cum cappis albis, & capuria in capite vt permissũ est) oculos etiã sic regãt, vt honestas eorũ ædificet. Quæstuarii

arij tamē accedētes extra ciuitates, & oppida poterūt cū pileis albis, & sine cappis albis ad quæstuandū per villas accedere. Similiter fratres commorantes in locis quæ sunt extra mœnia in remotis.

4 §ITEM ORDINAMVS, quod nullus sacerdos, seu alius cuiuscūq; cōditionis fuerit, possit exire extra monasteriū, & habere in sociū aliquē nouitium, quacunq; causa se posita, nec Prior localis, nec etiā ipse prouincialis possit super hoc dispēsare, cum aliquo, aut alicui facultatē dare; nisi fuerit aliquis pater senio confectus, & probatæ vitæ, ac bonæ famæ, qui vocaretur ad audiendam cōfessionem, & foret accessurus aliquo, vbi expediret cum eo esse potius iuniorem & simplicem aliquem, qua natu maiorem Tunc enim & eo casu tā Prouincialis, quam localis Prior poterit tali seniori veniā dare, quod exeat cū aliquo nouitio propter confessionēs audiendas dūtaxat, & hoc nō fiat nisi dato casu & rarissime.

Sacerdotes non exeant monasteriū cū nouitijs, nisi sint senio confecti & extra omnem suspitionem.

5 §ITEM ORDINAMVS, quod nullus cuiuscunq; cōditionis existat, audeat adire monasteria Monialiū cuiuscūq; ordinis fuerint, aut cū monialibus quibuscunq; cōmercium, seu familiaritatē habere, nisi aliquis pater senior esset depuratus confessor alicuius monasterij regularis obseruatiæ ab Ordinario, possunt tamen soli Priores prouinciales & locales, visitare moniales ordinis nostri. Si quis alius fuerit deprehēsus, quod cōmerciū habuerit, cū eis, carcerimā ciperur, & acriter puniatur, atq; a cōuentu omnino expellatur.

Monasteria monialiū nullus audeat ingredi, nisi sit earū confessorordinatus per prælatum earū.

6 §ITEM ordinamus, quod nullus frater audeat habere familiaritatē, seu cōmerciū cū aliquibus personis inhonestis. Similiter neq; cū habitantibus domos monasterijs nostris circumiacētes, nisi fuerint de nobilibus, & primatibus ciuitatis. Et hoc quia cō

Non conuersetur cum inhonestis personis nec cū habentibus

uersatio

domum circa monasterium, nisi sint nobiles vel magnates.

ſatio in domibus viciniæ,in quibus ſunt mulieresde plebe,non poteſt eſſe ſine ſcandalo,& deriſu rotius monaſterij,& deniq;ſine diſpendio publici honoris, & famæ,vt nulla fiat mētio de Elemoſynarum iactu ra,ſub pœna priuationis loci,& vocis, & ſuſpenſionis a quocunq; gradu,& dignitate, non habentibus autē locū,& vocē, ſub pœna carceris per octo dies irremiſſibiliter infligenda,& expulſionis a cōuentu.

Domus non locentur perſonis inhoneſtis.

7 ☞ITEM ORDINAMVS, quod domus quo runcunq; cōuentuum ordinis quæ locari ſolent,lo centur,& locari debeant perſonis honeſtis, quas ſi quæinhoneſtæ perſonæmodo inhabitēt,quā incitius fieri licebit,expellātur, etiam cum aliquo redditus, qui ex locatione eiuſmodi habetur detrimento,ſub pœna culpæ grauioris, Priori,& patribus Clauarijs in Prouinciale capitulo infligenda,ſi ſecus fecerint, conſtituto,quod in prædictis domibus ſint, aut fuerint perſonæ aliquæ infames,& inhoneſtæ. Et hoc ad euitandam infamiam,& ne fratribus cauſa ſit habē di commertium cum infamibus.

Nullus aſtet ante tonſtrinas aut ante officinas vicinas monaſterio.

8 ☞ITEM ORDINAMVS, quod nullus frater cuiuſcunq; gradus aut cōditionis exiſtat,audeat aſta re ante tonſtrinas,ſeu alias mercatorū vel artificum Apotecas,ſiue officinas monaſterio circuniacētes ſiue vicinas ſed etiā remotas. Quia indecēs eſt,& in decorum quod tranſeuntes inſpiciāt fratres ſpectan tes luſores,& audientes facecias,atq; ſcurtilia,q̄ ibi cōmittūtur,quæ omnia cædūt in cōtemptū habitus & profeſſionis, & remanet habitus apud ſæculares abiectus,apud quos ſeruāda ſemper eſt grauitas, & honeſtas elauſtralis,ſub pœna graduatis culpæ grauioris.Simplicibus autē, & aliis, ſub pœna carceris ad libitum,& diſcretionem Prioris infligenda.

9 ☞ITEM ordinamus,quod nemo audeat habere

cum

cũ fecularibus tantũ cõmertij,quod extra conuerfa tione ipfi fæculares percipiãt,vel nutibus,q̃ intra fep ta monafterij fiãt.Si quis autẽ cõuictus fuerit,quod de fecretis,vel de geftis in cõuentu,vel quid minimi cuiquã fæculariũ reuelauerit, vltra quod eft carceri mancipandus,& fecundũ ftatuta ordinis grauiffima pœna plectẽdus. Anathema ei fit omnipotẽtis Dei maledictionem toto vitæ tempore incurfuro.

Secreta monafterij nullus reuelet fæcularibus

De honeftate in clauftro & dormitorio. Cap. v.

QVONIAM religionis maieftas, & decor in clauftri confiftit penetralibus,nec poteft fatis debita exiberi clauftralibus reuerentia.Idcirco dãda eft opera, vt nil fubtrahatur decori religionis , qui in folo clauftro (ficut eft)ita & effe eftimatur.In primis autem curãdum eft,vt fratres honeftatis, & religionis decorum fic feruent,& manuteneant claufi,perinde ac fi non in clauftro,fed eo effent in loco, vbi ab omnibus facile confpici poffent. Et quia huiufce perfectionis , quam pauciffimi funt.Ideo attendendum eft,vtquo ad fieri poterit,caueatur,ne fit nimia in clauftro,immo fi poffibile eft,nulla fit conuerfatio laycorum. Sic enim facile, & fæculares fibi perfuadere poterũt non nihil effe maioris in clauftro probiratis & fratres verecundius,feruata innocentia,poterunt prodire in publicum.Ideo cum primis ordinamus,quod Prima conuentus ianua, quæ primum præbet ingreffum ad monafterium,claufa femper cuftodiatur, & fint omnibus fratribus communes claues , quibus aperire valeant,& ingredi,feu egredi,quando , & licet,& permiffum eft . Neq; vllo vnquam tempore , liceat

Prima conuentus ianua femper fit claufa & nullus fit ante eam dum eft aperta ex caufa rationabili.

liceat cuiquam cuiuscunq; gradus, aut conditionis existat, ante huiusmodi portā apertam stare, sub poena rebellionis. Constituatur autem custos, & deputetur exterioris huiusmodi communis ianuæ, cui idem semper assideat, & tam ingredientibus, quam egredientibus aperire, & secularibus perfenestrulam respōdere, & Priori quæ necesse fuerit nunciare valeat. Post vero pulsatum signū Aue maria immediate ipse custos teneatur designare eiusdem portæ claues Priori, qui personaliter per noctē si casus acciderit portam adire, & si opus fuerit aperire debeat. Nulla est enim via melior, nulla breuior, aut honestior ratio ad reformationem conuentus clausura, & sæcularium sequestratione. Non enim possūt homines veneratione dignum non putare, quod raro adeunt & rarius intuentur.

Mulieres nō permittātur monasteria ingredi nisi essent nobiles, & vere affines.

2 §ITEM ordinamus, & districte præcipiendo mā damus, quod nullus frater cuiuscunq; gradus, aut cō ditionis existat, introducere audeat mulieres intra septa monasterij nisi aliquæ nobiles vel primates vellent videre monasterium, quibus non posset negari ingressus sine damno & scandalo, tūc enim & eo casu solo, astante ipso priore, vel per eum substituto, poterunt introduci, & horis honestis, ac congruis, sub pœna priuationis omnium bonorum ordinis & expulsionis a conuentu.

Instrumēta musica inhonesta nullus fraterteneat in cōuentus.

3 §ITEM ordinamus, quod nullus audeat in dormitorio, siue cōuentu habere instrumēta musica nō decentia religiosos, prout est Barbytom, Lyra, Adiutum, neq; cantare inhonestas cātilenas, & alia huiusmodi, quæ perturbent quietē ipsius dormitorij, sub pena priuationis loci, & vocis, & carceris ad libitum Prioris transgressoribus infligenda.

4 §ITEM ordinamus, quod omnes in dormitorio

torio existentes modeste se habeat, neq; strepitũ,aut vocem sic tollant,quod sint impedimento studentibus,aut dormientibus, sub pœna leuis culpæ vsq; ad trinam monitionem. Deinde sub pœna leuis culpæ grauis quibuscunq; infligenda. Temporibus vero debitis & congruis seruetur silentium iuxta formã constitutionum,non solum in dormitorio, sed etiã in reliquis locis conuentus. Et sic seruetur ad vnguem,vt eius interruptores acerrime puniantur. Quod & horis cõgruis,vbiq; signo pulsatæ cãpanellæ,significetur

In dormitorio elatã vocem aut strepitum nullus sit alteri impedimento.

5 § ITEM ORDINAMVS,quod Prior localis cuiuscumq; conuentus debeat in dormitorio habitare,& a modo qui fuerit Prior, tempore,quo est prior dormitorium non audeat destituere,sub pœna depositionis ab eodem officio.

Prior habitet in dormitorio & non alibi.

6 § ITEM ORDINAMVS,quod prima & maxima cura in ordine sit circa pubem sine vitiorũ contagine educandam.Si enim iuuenes vitia cõtraxerint & nullo statim supputãte., pestifera inter eos serpat cõtagio vitiorum,heu heu quot scelera, quot impia inferis esset non placitura timeri debebunt facinora quot vniuersitati imminebũt ruinæ quot obprobria patribus. Non enim aliqua illis in senibus probitas esse extimari poterit,quorum alumni iuniores extiterint vitiosi. Neq; conuentus diu bonam poterit famã retinere,in quo iuuenum corruptiões fuerint,& morum deprauationes. Erit igitur hæc omnibus ordinis prælatis cura præcipua,vt iuuenes,emissa professione nouitiatum egressi,donec ad sacerdotium promoueantur semper maneãt sub custodia & clausura,ita vt in conuentibus maioribus deputetur magister professorum aliquis pater,qui sit integer vitæ scelerisq; purus. In minoribus vero conuentibus,eorum regimen habeat sub prior. Et vbi sunt dormitotia deputata p professis,

Professi semper habeant particularẽ custodẽ et loca deputata eisdem.

profeſſis, cuſtodiantur iuxta regulam , in cellulis ſe- parati, vbi vero nō ſunt dormitoria, maneant plures ſimul, qui ſint ætate pares, & moribus, ac ſtudijs cō munibus conuenientiam habentes in vna camera, in qua poſſiut multa cubilia diſponi, vel diuidantur in duabus contiguis, ſi inter eos eſſet magna diſpatitas in ætate & moribus. Proponant autem ſibi quatuor Priores locales diligenter obſeruanda, pro bene for mandis, & diligenter tegendis iuuenibus religionis. Primum quod iuuenes ipſi profeſſi cogantur & cō- pellantur, quibuſcunq; modis fieri poterit, vt nullū commertium familiaritatem, aut conuerſationē ha beāt, niſi cum paribus & æqualibus ſuis. Neq; quo- cunq; caſu conuerſentur cum ſacerdotibus, ſiue cō- uerſis, ſeu laycis. Et ad dormitorium ſacerdotū, ſeu ad aliorum quotuncunq; cametas accedete nullo modo poſſint. Niſi aliqui patres ætate, & bonis mo ribus venerabiles, ex conſenſu vocalium conuētus, aliquos de ipſis profeſſis ſuſceperint in alūnos. Tūc enim profeſſi ſic accepti poterunt horis competen- tibus & opportunis, talibus tanquam eorum patri- bus honeſte ſeruire, & ad eorum cameras directe ac cedere, atq; cum ipſis perinde, ac cum veris patribus conuerſari, ſic vt quam primum ad eiſdem veniā ha- bent, directe accedere debeant ad dormitorium pro feſſorum, ſi fuerit, Sin minus, ad cameram ſibi pecu- liariter deputatam. Secundum circa profeſſos obſer uandum ſit, quod inſtruantur quotidie, & inſtituan- tur vt ſint morigerati deuoti, timentes deum, & hu- miles, & ſi eſſent natura protetui, & ſuperbi, quoti- dianis correctionibus, & diſciplinis mortificentur, vſq; adeo vt euadant non ſolum reuerētes, ſed etiā amatores virtutum & morum. Tettium erit, quod nullo modo ſint in libertate dimittendi ſed ſemper mane

Profeſſi nō cōuerſentur cum ſacerdotibus, niſi ſorte cum eorū probatis magiſtris.

Inſtituta profeſſorum.

Profeſſi ſemper ſint ſub cuſtodia.

maneāt ſub cuſtodia magiſtri, ſeu ſubptioris, qui eos ſemper cuſtodiat, nec permittat diſcurrere per monaſterium, ſed cogat vt in cameris permaneant, & ſtudeant non ſolum litteris, ſed etiam moribus, & ſint ſpirituales, & quādo recreationis gratia permit tuntur ludere, ludant inter ſe honeſte. Quartū & vltimum erit, quod confiteantur ſingula hebdomada die veneris confeſſori per Priorem deputato. Et ſimul omnes poſt confeſſionem petant veniam negligentiarum, & delictorum in refectorio, & ſuſcipiant humiliter Prioris, & patrum admonitiones, Inter cætera doceri debent ipſi iuuenes, vt ſemper teneant manus ſub patientia, & habeant oculos demiſſos in terram, neq; ſint arrogantes inceſſu, vel intuitu, qui in conuentibus, in quibus ita fieri oportet, quando fuerint ordinati ad miniſteria & ſeruitia peragenda, ſic ſe habeant, vt non ſolum ſine crimine, ſed & ſine ſuſpitione vniuerſa fiant. Præcipue vero vbi nō ſunt conuerſi, & talis eſt antiqua conſuetudo, cum miſſi fuerint ad quæſtuationes, ſic ſe gerāt, vt & cōuentus non patiatur diſpendium, & ipſi ob vitæ honeſtatē, & virtutis adeptionem promoueri poſſint ad ſacerdotium. Et quia non pauca circahuiuſmodi negotiū dicēda eſſent, cōmittimus ipſis Prioribus, vt quæſub ticemus, ipſi prudētia, & circūſpectione ſua, ſuppleāt

Profeſſi confiteantur ſemel in mēſe

7 §☛ I T E M O R D I N A M V S, quod nullus ex patribus ſeu magiſtris habeat, aut habere valeat, niſi vnū tantū modo de profeſſis in alūnum, & hoc ſub pœna priuationis etiam eiuſdem vnius. Poteſt enim religioſus quilibet ſatis ſuperq; contentus eſſe vnico ſeruitore, pro dignitate ſeruāda, ſeu potius pro ſub ſtentanda ſenectute. Alia enim de cauſa nemini con cedendi ſunt ſeruitores.

Nullus habeat niſi vnū profeſſum in ſeruitorēſub pœna expreſſa hic.

8 §☛ I T E M O R D I N A M V S, præcipimus & mādamus

Nullus con-uerseturcum professis sub pœna expulsionis a conuentu.

damus omnibus & singulis Prioribus nostri ordinis, quod si qui fuerint in eorũ cõuẽtibus fratres, seu sen sit, seu appetitu aliquid dicere seu agere volentes minus honestum & præcipue in conuersando cũ professis, qui (vt supra dictum est) nullo modo debent habere, nisi cum æqualibus cõmertium & familiaritatem nulla habita personarum ratione a conuentibus expellantur. Similiter siqui ex iuuenibus essent inhonesti seu vitiosi, & incorregibiles remoueantur a societate aliorum, & a conuentu expellãtur. Ne morbida facta pecus totum corrumpat ouile.

Lusores omnes et lusoria instrumenta tenentes puniantur.

9 ITEM ORDINAMVS, quod nemo audeat ludere aliquo ludi genere claustralibus prohibitovel depositis pecuniis, vel non, si quis autẽ, quod luserit, sit deprehensus, vel constiterit ipsum (quod absit) habere cartas, siue taxillos, seu alia lusoria instrumenta illicita & inhonesta puniatur pœna grauioris culpæ per dies quatuor. Et si in sacris fuerit constitutus priuetur loco, & voce.

Prior visitet cameras professorum.

10 ITEMORDINAMVS, quod Prior post cœnam, seu ante, & deniq; quando videbitur ei tẽpus magis opportunum, adire teneatur singula nocte cameras professorum, & sacerdotum iuuenũ, siqui sunt de quibus sit suspirio, quo noctu extra cameras sibi designatas vagẽtur, sub pœna grauioris culpæ ipsi priori tẽpote capituli Prouincialis infligẽda p tres dies.

Egredientes de nocte sine licentia expellantur a cõuentu

11 ITEm ORDINAMVS, quod si quis frater inuentus fuerit exiuisse tempore nocturno septa monasterij sine licẽtia sui superioris, carceri mancipetur per dies octo, & postea a cõuentu expellatur, nec possit redire vsq; ad capitulum prouinciale ex tunc proxime futurum.

Pueri recreationis cã lu-

1 ITEm ORDINAMVS, quod si quando hora conuenienti, iuuenes a Priore permissi, ludere voluerint

luerint pila,seu quouis alio ludi genere honesto &cõ cessu,non deponant habitum,neq; sæculares admittant simul ludentes,seu spectantes, sub pœna vnius disciplinæ & carceris per diem.

dentes nõ dimittãt habitum.

13 ¶ ITEM ORDINAMVS, quod nullus frater audeat introducere pueros sæculares in camerã suam sine licentia Prioris,qui tamen non possit concedere,nisi pro euidẽtissimæ honestatis causa,&hoc nõ pluries,sub pæna culpæ grauissimæ, per dies quatuor incurrenda.

Pueros sæculares nullus ducat in camerã absq; prioris licentia,

14 ¶ ITEM ORDINAMVS, quod singula hebdomada deputentur seruitores in quolibet conuentu ad seruiendum infirmis, qui seruiant humiliter,& patiẽter,sub pœna depositionis ab officio præsidentibus,si contrafecerint.Ipsis autem ministris,si iussa facere neglexerint,sub pœna rebellionis infligẽda.Et si aliquando fuerit maxima necessitas,quæ cõtinuo indigeret ministerio,& seruitute maximæ importantiæ,tunc &eo casu,si idonei seruitores defuerint, ne quid sinistri contingat infirmo, cõceditur, quod possit,pro aliquo,tam grauiter infirmante introduci aliqua mulier bonæ vitæ,& famæ,quæ ætate sit venerabilis & matura. Hoc autem nunquam fiat nisi vbi,vt omnino fiat,esset vrgentissima & manifestissima necessitas,propter inexperientiam,aut defectum seruitorum.Decernẽtes, quod conuentus ipsi omnibus æqualiter subministrare debent de necessarijs in infirmitate. Verũtamen si in aliquo cõuẽtu essent aliqui ex dispẽsatione prioris generalis possidẽtes vsufructũ bonorũ acquisitorũ,& nõ indigẽtes,& similiter aliqui ope,& auxilio indigẽtes cõuẽtus sub uenire teneãtur indigẽtibus,prout iustum est,& rõni consonum, quum, & sacræ religionis nostræ professio nullatenus esse debeat expers pietatis.

Infirmis sem per prouideatur de seruitore & vrgẽti necessitate de aliqua honesta muliere etantiqua

De obseruatione in refectorio habenda. Caput Sextum.

1 CERTVM EST, quod dum corpus reficitur, Animusquoq; a sapiētibus recreatur. Et quia in huius mundi delitijs, seu locis, nulla vera est animi recreatio, sed mētis potiꝰ obscuritas, & hebetudo, hac propter, & patres sacræ religionis nostræ inter salutaria ordinis instituta, in ipso refectorio silentiū indixerūt, & lectionē diuinorū & salutariū præceptorū inter epulas legendā proposuerunt, Quorū mores, qui imitātur, sine dubio sibi fœlicitatē comparāt, & adipiscūtur vitā æternam. Quos, & si nō imitari, effingere saltē vt qui in hac temporū corruptione sunt, valeāt. Ordinamus atq; præcipimus, vt in ipso refectorio lectiones nunquā intermittātur & quoad fieri poterit, sanctum seruetur silentium.

In refectorio nunquam intermittātur lectiones.

ITEM ordinamus, præcipimus, & mādamus, quibuscūq; Prioribus, seu vicarijs nostri ordinis, in virtute sactæ obediētiæ & sub rebellionis pœna, ac depositionis ab eorū officijs, quod ad hoc vt fratres assuescāt vsq; ad trienniū quotidie in refectorio, in principio prādij legatur vnū caput harū constitutionū. Ita, vt singula hebdomada septē capita, incipiēdo à capite secūdo, quod est de obseruatione officiorū & cætimoniarū in choro, capita hæc legātur, & postea semper reiterētur, ita vt ab omnibus & singulis intelligātur, & cōtinuetur lectio, donec fratres existāt in refectorio. Et post harū cōstitutionū vnius capituli lectionē, quotidie in fine prādij, si vacauerit, legātur aliqua de homelijs, seu de alijs, quæ magis videbūtur expedire. Semel autē in mēse legatur primū caput đ reformationibus ī cōmuni. Post vero trienniū quādo

Cōstitutionū 2 præsentiū legatur quotidie vnum caput in refectorio sub pœna depositionis ab officio prioratus.

quando fratres fuerint assueti,legātur quoties opus fuerit,ad hoc,vt de introducta honestate,&reforma tione,nihil remittatur, aut obliuioni tradatur.

❧ ITEM ordinamus,quod Prior ante prandiū,& cœnam quotidie interroget,an sint aliqui,qui leues culpas cōmisserint in choro,siue in dormitorio, seu quocūq; alio in loco,Etsiqui humiliter in mediū pro cesserint,& culpas dixerint,leui iniūcta pœnitētia di mittātur.Sin autē nemo respōderit,interroget magi stros,& patres,siquid habent recordatione dignum, quodreducāt ei ad memoriā. Et sic habita quotidie breui collatione in exhortādis iuuenibus,aut in cō-mendandis senibus,& benefactoribus,aut deniq; in extollendis virtutibus, & vitijs deprimendis prādiū, seu cœnam ineat,facto signo lectionem legenti.

Prior scrutetur de culpis fratrū ante prādium & cœnam.

3 ❧ ITEM ordinamus, quod Prior quotidie faciat correctiones , & ab eius regulari correctione nemo audeat appellare,nec quacunq; causa aliquis sit ausus corrigendum aliquē fratrem,defensare,vel Priori repugnare,sub pœna expulsionis a conuentu.

Priori fratres corrigēti nemo audeat cōtradicere.

❧ ITEM ordinamus , quod quilibet teneat locū professionis suæ & dignitatis in mēsa , & sint priori coadiutores in corrigendis discolis,precipue autem magistri , & patres seniores tales sint in refectorio, vt alij in eos conijciant oculos , & eorum,modestiā immitentur.

Locū suæ professionis & dignitatis quilibet teneat in mensa.

4 ❧ ITEM ORDINAMVS , quod ad euitandam suspitionem,nemo,qui interfuerit mensæ , aliqua occasione differat prandium , siue cœnam , & portet,seu portari faciat panem,& vinum ad cameram,nisi forte ob aliquam rationabilem causam, & euidentem omnibus, & hoc de licentia Prioris fecerit semel , & non pluries, sub pœna culpæ grauioris ad libitum prioris transgressoribus infligenda.

Nemo portet aut mittat panē & vinū ad cameram si interfuit mensæ.

Surgatur cito a mensa finita comestione.

7 § ITEM ORDINAMVS, quod a mensa fratres cito surgant, & non stent in iocis & compotationibus, sed vbi omnes aut comederint, aut comedere potuerint, facto a priore signo, surgant. Sunt enim statuta loca, in quibus honesta fieri possint colloquia. Nec decens est vt in refectorio regnet garrulitas, sub poena culpæ leuis vsq; ad trinam monitionem, deinde vero grauis, & grauioris, prout priori videbitur incorrigibilibus infligenda.

Finita comestione oẽs exeant a refectorio præter seruitores.

8 § ITEM ORDINAMVS, quod immediate post prãdium, & cœnam, seu refetiunculam, omnes recedant de refectorio, & non remaneant aliqui, nisi seruitores, qui opportune se expediãt, & celeriter recedant, sub poena vnius disciplinæ pro vice qualibet transgressori cuilibet infligenda

Ieiuniorũ tẽpore agãtur refitiunculæ in refectorio nisi in vigilijs ab ecclesia præceptis

9 § ITEM ORDINAMVS, quod etiam tempore ieiuniorum ordinis agantur refeciunculæ in refectorio, Exceptis vigilijs, & ieiunijs per Ecclesiam indictis, quibus aliquid comestibile cuiquam dari a conuẽtu nec in refectorio, nec extra ordinamus. Exceptis valitudinarijs, & ad ieiunium non obligatis ex imbecillitate, seu tenera ætate, quibus honesta aliqua portio dari poterit panis, & vini, secundũ discretionem Prioris conuentus, vel præsidentis.

In nullo cõuẽtu comedantur carnes in die mercurij

10 § ITEM ORDINAMVS, quod in nullo cõuentu nostri sacri ordinis comedantur carnes in die mercurij, & in nullo etiam non reformato conuentu, possit fieri dispensatio cum aliquibus, vt in ipsa mercurij die carnes comedant, nisi forte valitudinarij forent, & ex consilio medicorum ad instaurãdam valitudinem carnes comedere cogerentur. Quod reliquimus priori cognoscendũ expresse. Vniuersaliter autem ordinamus, quod non fiat pietantia de carnibus nisi ter in hebdomada, iuxta regulam mitigatã, nisi

nisi pro valitudinarijs,& infirmis, aut debilibus. Et nisi forte ꝑpter corruptionẽ aæris seu insalubritatẽ aut huiusmodi aliam causam vrgentem.R. Pater or dinis dispensaret iuxta indultum pij, cũ aliquibus cõ uentibus,pro feria secunda.Tẽpore vero aduentus, & ieiuniorũ ordinis,nullo modo fiat pietãtia de car nibus,in quibusuis cõuentibus nŕæ sacræ religionis.

Ter tãtum modo in hebdomada,comedãtur carnes.

13 ❧ ITEMORDINAMVS,quod omnes & sin guli(vt superius permissum est)cogantur ad cõmune refectorium cõuenire,nec cum aliquo pluries Prior cõuentus possit aut valeat dispensare.Non enim temere id precipitur, quod pro bono pacis ab omnibus obseruari iubetur. Neq; omnes explicandi sunt mentis conceptus. Neq; quibus moueantur superio res,pro bo no cõmuni,sunt facile ab omnibus intelligendi respectus. Intererit igitur prioris iubere,alio rum vero iussis parere, sub pœna grauis culpæ præmissorum transgressoribus infligenda per diem pro qualibet vice transgressionis. Volumus tamen quod quod prior possit dispensare aliquando cũ senio con fectis,quo ad refeciũculam tempore intensi frigoris brumalis,quibum cum,sic dispensare valeat,vt eorũ seruitores refici debeant in refectorio. Valitudinarij vero semper intelligũtur excepti,& similiter prælati puta Prouinciales,vel visitatores. Et deniq; regẽtes conuentus dum actu legunt.

Omnes cogantur ire ad refectorium,excep tis paucis de quibus fit mentio.

14 ❧ ITEMORDINAMVS, quod nullus frater audeat, seu præsumat mittere panem extra conuen tum,aut vinum,seu quid aliud simile, vel quomodo cumq; aliter dare,sub pœna excommunionis, & pri uationis omnium bonorum religionis,quæ possidet & rebellionis.

Panem aut vinũ nemo mittat extra conuentũ sub pœna amissionis omniũ bonorũ. &c

❧ De obseruatione quo ad mores,& habitum Cap.vij.

CVM veræ animi virtutes, quæ ipſa ratione proficiſci deprehenduntur inmoribus conſiſtant. Nec aliqua philoſophiæ pars bonũ efficiat hominem,niſi ea quæ æthice,ideſt Moralis nuncupatur, Studere in primis debent,qui vitam in monaſterio agunt vt morigerati præ cæteris videantur atq; modeſti. Nihil enim boni,nihil ſancti cuiquam ineſſe poteſt, qui ſine moribus, & vitæ norma regularis eſſe dignoſcitur. Neq; religio quenquam decorat, cuius animũ corrupti mores dehoneſtant. Habitus quoq; honeſtus non nihil preſefert grauitatis, immo & euidens oſtentat argumentum ſanctitatis. Qua propter & honeſtatem ipſam in ſæculo,& religionis habitum in monaſterio etiam hi venerantur qui nec bonum,nec verum intuentur,rerum pondere preſſi terreſtrium,& atræ caliginis obſcuritatepœnitus obumbrati. Vt igitur quo lucis ſplendore illuminentur religionis alũni,vbiq; non obſcure conſtet. Ordinamus,quod pater Prior ſit diligens vt vbiq; tã nocturno,quã diurno tempore ſeruetur honeſtas, & quod acriter reprehendantur omnes,& ſinguli, qui dicto, ſeu facto aliquid turpitudinis commiſerint, quod pariat ſcandalum,ſiue malum exemplum & puniantur irremiſibiliter pro cõmiſſis.

Mali exẽpli auctores acriter puniãtur.

28. ITEM ORDINAMVS quod omnes ſibi inuicem tribuant titulos religionis honeſtos,& cõdecentes,& ſe inuicem honorent,iuxta formam conſtitutionum. Nec quiſpiam audeat,aliquem fratrem cõ uocare,niſi iuſto ei titulo, & conuenienti expreſſo. Sacerdotes autem patres licebit appellare, nec cuiquã ſeu ex pfeſſis, ſeu laicis permiſſum ſit ſecus agere, ſub pœna vnius diſciplinæ Pſalmi De pfundis &c.

Honorẽ ſibi inuicem tribuãt omnes & quiſque vocetur titulo ſibi cõdecenti.

ITEM

3 §• ITEM ORDINAMVS, quod nullus sit, qui irreuerenter nominare audeat sanctissimi Dei nomē vel sanctorum, siue falso iurare, sub pœna suspensionis a gradu, & dignitate per sex menses vltra pœnas in coustitutionibus ordinis contentas, si fuerint Magistri, & seniores, sin autē simplices, seu iuniores, sub pœna carcetis per tres menses, & priuationis loci, & vocis per annum. Si quis autem diabolico spiritu ductus, deum aut sanctos blasphemauerit carceri mancipetur ad annum integrum, & omnibus bonis religionis perpetuo priuetur.

Nemo audeat deierare.

4 §• ITEM ORDINAMVS, quod nullus audeat ioco, aut serio conuiciari cuiquam seu ei crimen aliquod obiicere, Cuius, eundem iuxta formam constitutionum non valeat, reum probare, ac substentare. Neq; quisquā, audebit alicui fratri imponere nomē, quod cædat ei inderisum, & obprobrium sub pœna culpæ grauioris per dies quatuor irremissibiliter infligenda. Poterit tamen vnusquisq;, siquem alicuius criminis suspectum habuerit, priori notum facere, & eidem suspitionis causam nunciare, qui prior nō sit negligens in officio suo.

Conuiciari cuiquā nemi nilic eat, etiā ioco, nec nomē aliquod imponere in derisum.

5 §• ITEM quia vsum lini secundum antiquorū patrum consuetudines, & optima instituta, nullo modo admittere possumus, ipsum lini vsum, quantum possumus, prohibemus. Quia tamen his temporibus sacer ordo est in longe maiori amplitudine, vt pote qui, totum diffundatur per orbem, et in quibusdam prouincijs non possunt haberi laneæ. In quibusdam ob inopiam & ægestatem, non possunt, pro tāto fratrum numero, comparari, vsum stupæ & cannabi ad conficiendas camiseas & linteamina, & si non cōcedimus, ineuitabili tamen necessitate coacti, tolleramus. Si quis autem fratrum malo spiritu tentatus, au

Omnia indumenta sint eiusdē coloris cū habitu etiā manicarum suffulcimenta.

 sus

ſus fuerit camiſeas criſpatas, aut indumenta liſtrata more ſæcularium portare,accerime,puniatur,& bonis religionis,ac actibus legitimus perpetuo priuetur

6 §. ITEM ORDINAMVS,quod amodo omnes portent birreta,calligas,Dyploydes,& omnia indumenta,ſeu veſtimenta eiuſdem coloris, cuius eſt habitus. Ita vt ne ſuffulcimenta quidem manicarum ſint alterius coloris, Et habitus ſit honeſtus,iuxta cõſtitutiones ordinis,ſub pœna priuationis loci,& vocis,per annum,& rebellionis.

Calcei ſeu ſotularia ſint vniformia.

7 §. ITEM ORDINAMVS,quod calcei, ſeu ſotularia,ſeu crepidæ,& alia quecunq; indumẽta ſint vniformia,& ſecundum formam religionis conuenientem,ſub pœna ammiſſionis prædictorum toties, quoties fuerint aliter accepta,aut portata,& ſub pœna vnius diſciplinæ pro vice qualibet trãſgreſſoribus infligenda.

Capitulũ cõuentuale celebretur ſemel in hebdomada.

8 §. ITEM ORDINAMVS, quod capitulum conuentuale celebretur ſemel in hebdomada,id eſt, die veneris cuiuslibet hebdomadæ in quibuſcunq; Conuentibus,& locis ordinis, ſub pœna rebellionis Priori ipſo facto incurrenda,ſeu præſidenti. Semel autem in menſe, id eſt, prima die veneris cuiuslibet menſis,peracto capitulo, & toto conuentu aſtante, Prior vel præſideus ſtola inductus, maledicat in illo conuentu commorantibus,qui ſecreta religionis,& obprobria fratrum vel culpas,ſæcularibus reuelauerint,aut aliquo modo recurſum habuerint ad ipſos ſæculares,& eiuſmodi omnis excommunicet.

Subornare voces audeat nemo ſub magna pœna hic expreſſa.

9 §. ITEM ORDINAMVS,quod nemo audeat ſubornare voces in Conuentu,& ſi quis fuerint conuictus,quod voluerit precibus,ſeu pretio,aut quouis alio quæſito colore, aliquem ad ſuam conſpirationem allicere & ſubornare, ſi fuerit Magiſter, illico

ſit

ſit ſuſpenſus,& intelligatur ſuſpēſus a magiſterio per annum, & deinceps donec,& quouſq; cum eo aliter fuerit diſpenſatum,ſin autem fuerit ſimplex carceri mancipetur per menſem,& a conuentu expulſus,ſit ſuſpenſus a celebratione miſſæ per tres mēſes, quas pœnas volumus tam agentes , quam conſentientes incurrere,& tam his,quam illis infligi debere.

10§ ITEM ORDINAMVS,quod ſi Prouinciales,ſeu viſitatores deprehenderint aliquem expenditorem,ſeu procuratorem,aut Priorem alicuius conuentus,vſurpaſſe,vel defraudaſſe aliqua de bonis monaſterij,aut introitum integre non annotaſſe,aut expenſam indebite,& falſo multiplicaſſe,priuent eum omnibus bonis,ſibi conceſſis,& inhabilitent ab omnibus officijs ordinis in perpetuum.Sed ante omnia cogant,vt reſtituat quæ vſurpauit.

Vſurpantes ſeu fraudantes, reſtituāt & puniātur

13§ ITEM ORDINAMVS,quod pecuniæ exactæ reponātur in capſa communi,ſcilicet,introitus conuentus,& hoc fiat ſtatim,neq; in manu cuiuſpiā miniſtrorum,ſeu exactorum retineantur, ſed exibeatur expenditori, quantum neceſſe fuerit pro expenſis conuentus peragendis,ſub pœna excommunionis & rebellionis.

Nullus penes ſe teneat pecunias cōuētus:ſed ī capſa communi

12§ ITEM ORDINAMVS, quod non ſolum ſingulis ſabbatis fiant rationes, ſeu computationes per clauarios,& priorem ac patres conuentuum intereſſe volentes,vt moris eſt ſed etiam quater in anno,id eſt,ſingulis tribus menſibus vltma die ſabbati poſtremi menſis fiant rationes introitum,& expenſarum,ad quas audiendas vocentur omnes locum & vocem habentes in conuentu,& venire cogantur. Et antequam calculationes approbentur a Præſidēte,interrogentur omnes & ſinguli an velint aliquid dicere , ſeu in aliquo contradicere pro bono communi

Rationes reddātur ſingulis ſabbatis. Et etiam quater in anno.

muni conuentus,quibus auditis,si quid dubij remanserit,quod non potuerit deduci,& terminari a maiore, & saniore parte cum clauarijs, & præsidente, reseruetur cum debita nota,donec superior iudiciũ proferat.

Discreti eligãtur in omni cõuẽtu & prior nõ sit procurator neque expẽditor vbi sũt quatuor vocales.

13 ITEM ORDINAMVS, quod in quolibet conuentu continente numerum quinq; sacerdotum,eligantur,& deputentur clauarij,seu discreti sub pœna rebellionis ipsi Priori infligenda,& depositionis ab eius officio,nisi infra spatium trium dierum post lectas litteras prioratus ad electionem & deputationem discretorum per fratres conuentus faciendam deuenerit. Qui discreti habeant singulis sabbatis iuxta formam constitutionumvidere tam introitus, quam exitus conuentus, & si aliquid admiserint ad complacentiam, iniustum & irrationabile,contra conuentum,inhabilitentur ad officia ordinis, vsq; ad quinquennium. Erit autem expressum de cætero,quod soli discreti cum priore, nihil pœnitus possunt deliberare,seu determinare,de rebus,officijs,& a lijs conuentus pertinentijs,Cum ad huiusmodi sint admittendi, & consulendi alij etiam patres conuentus. Sed ipsorum discretorum officium consistit in computis,singula die sabbati peragendis.Decernentes, quod in nullo conuentu excedente quinq; voces. Prior localis possit, aut valeat facere officium procuratoris, seu expenditoris sub pœnis superius expressis, nisi interuenitet expressa necessitas. Eligatur autem, & deputetur in conuentu quolibet,per conuentum ipsum procurator & expenditor,qui sit instructus,& sufficiens ad procurandum,& cum primis non sit discolus,seu scandalosus sed vir maturus & bonæ famæ. Ne dum bonis & tẽporalibus prouidetur, quicquam depereat de bono nomi

Prior nõ potest esse procuratorneq; expenditor.

nomine, & honore Monasterij, qui longe est preciosior & incomparabiliter, quibuscunq; cōmodis, & temporalibus bonis. Poterit autē prior in arduis, immo & debebit, coadiutorem se præstare deputato procuratori, & expenditori, prout ei videbitur expedire.

13 ITEM ORDINAMVS, quod non solum anno singulo prior localis ī ingressu officij sui faciat inuentarium omnium rerum mobilium, & scrutiniū rerum immobilium, sed etiam in medio anni repetat, ac reficiat post natalitia festa, immediate sub pœna rebellionis.

Prior faciat inuētarium et reuideat antiquū, & etiam suum elapso simestri.

14 ITEM ORDINAMVS, quod in quolibet conuentu deputetur singulis annis vnus de patribus qui habeat curam examinandi originalia instrumentorum, manibus notariorum, seu alias, confecta, & reducendi omnes & singulas scripturas ad conuentum pertinentes, ad formā conuenientem, quæ reponantur in scrinio seu scriptorio, sub bona custodia, ita disposite & ordinate, quod facile inueniri possit. Nec sit in potestate cuiuspiam de eiusmodi scripturis, seu instrumentis sine expressa licētia, & ipsius custodis cautela ab eiusmodi scriptorio, siue scrinio quicquam amouere.

Instrumenta conuentus examinentur per constitutum patrem

De Nouitiatu. Caput. viij.

1 INTER cæteros viuentium status innocentia præualet vsq; adeo, vt reliqui omnes, quicunq; sint lōgo subsequantur interuallo. Et ideo laborandum est, vt status ille conseruetur qui vt ex verbis saluatoris nostri satis superq; patet, In simplicio

plicioribus & iunioribus maxime reperitur,& ob id ipse saluator admonet, quod si quis scandalizauerit vnum ex his,expedit ei,quod mola asinaria in collo eius suspendatur,& ipse scandali auctor demergatur in profundum maris. Neq; thesaurus, innocentiæ, qui comparari queat,facile inueniri potest.Hæc igitur cum in adultis ad errores facile prolabentibus, pœnitus amittatur,in adolescentulis his,qui in religionem recipiuntur,quoad fieri poterit, conseruanda est. Et ideo ordinamus,quod nouitij nullo modo exeant nouitiatum,nisi ituri ad chorum,& ad lectionem audiendam,ob aliquam causam etiam vrgentissimam,nec ascendant,seu ascēdere possint ad dormitorium,& ire ad cameram cuiuslibet, licet sit idē in dignitate constitutus,sub pœna excommunicationis latæ sententiæ,& rebellionis ipso facto incurrenda,a qua nemo possit absoluere aliquem de trangressoribus,nisi solus ipse vicarius,seu Prior generalis.

Nouitij nullo modo exeant nouitiatum nisi ex causa hic assignata.

[2] *Nullus ingrediatur nouitiatū exceptis priore & eorum magistro.*

ITEM ORDINAMVS, quod nullus audeat ingredi nouitiatum cuiuscunq; gradus, ætatis, aut conditionis existat, solis morum & grammatices magistris, & similiter priore exceptis,sub pœna excommunionis,& culpæ grauissime, per decē dies infligenda.

[3] *Nulli detur habitus nisi expleuerit xiiij. annum & sciat legere.*

ITEM ORDINAMVS, quod de cætero, nullus puer iuduatur habitum religionis, nisi expleuerit quartum & decimum annum, & in sæculo saltem legere didicerit, Cum primis autem aduertendum est, & cauendum, ne quis spurius, aut infamibus ortus progenitoribus,siue aliquo corporis, seu animi vitio deformatus suscipiatur, & hoc sub pœna depositionis ab officio,& suspēsionis a dignitate & gradu.

ITEM

4 §❧ ITEM ordinamus, quod in quolibet conuentu, in quo sunt quatuor saltem nouitij, quotidie cantetur missa primo mane per ipsos nouitios, in honorem beatæ virginis, cum aliqua deuota, & breui laude in fine missæ; eorum semper magistro assistente. Similiter dicti nouitij post completorium accedant ante beatæ virginis altare, & cantēt aliquas deuotas laudes. Instruantur autem ipsi nouitij vt forment à principio vocem depressam & grauem, ita vt crescētes non faciant vocem effeminatam, sed virilem & religiosis conuenientem.

Missa de domina quotidie cantetur per nouitios.

5 §❧ ITEM ordinamus, quod nouitij deputentur ad ea studia, quibus eorum ingenia magis apta, saniori parti conuentus videbuntur. Non enim solum sacræ religionis nostræ familia, solis doctoribus indiget, & concionatoribus, sed & cantoribus, & alijs, varijs, atq; diuersis virtutibus, insignitis. Igitur (vt prædictum est) per saniorem partem Conuentus fiat huiusmodi electio, & discretio nouitiorum. Omnes tamen, qui ad sactos ordines iudicabuntur peruenire posse, grammaticæ applicandi sunt, quum non liceat sine grammatica quemquam ad sacerdotium peruenire. Nouitij igitur ipsi accedentes ad lectionē nullum habeant commertium cum professis, sed seorsum, & separatim astent, seu assistant debita honestate seruata, sub pœna grauioris culpæ transgressoribus etiam professis, & quibuscunq; si nouitijs impedimento fuerint, infligenda per tres dies.

Nouitij deputentur ad studia quibus videbuntur magis idonei.

Qui nouitij sint deputandi studio litterarum.

6 §❧ ITEM ordinamus, quod quum nouitij dimittuntur recreationis gratia, vt ludāt, nullo modo professi cum ipsis interueniant, sed soli inter se iocētur, & ludant, sub pœna vnius disciplinæ contrafacientibus infligenda.

Nouitij cū recreationis ludentes, nō admitāt professos.

§❧ ITEM ordinamus, quod nouitij singula hebdomada,

Nouitij singula hebdomada confiteātur.

domada, id est die veneris semper debeant cōfiteri.

Nouitij singula hebdomada confiteantur.

8 ✠ ITEM ordinamus, quod in quolibet conuētu, in quo habetur nouitiatus, deputetur introitus pecularis, & sufficiens pro manutenendis nouitijs, ex quo dictis nouitijs prouideatur de omnibus necessarijs, & præcipue de vestimentis, Nec sordidas, & lacceratas deferant vestes, quum maxime in ipsis apparere debeat mundicia, & in habitu beatæ virginis candor, & puritas. Sic autem ipsis nouitijs, prouideatur de publico, quod nō sit opus eorum aliquem, pro suffragio priuatis alicuius cōmodis inseruire, quod nullo modo tollerari debet, nec fieri decet. Nullus autem cuiuscunq; gradus, conditionis, & dignitatis existat, possit, aut valeat quocunq; tempore, & casu introitum ad nouitiorum necessitatem semel deputatum, ad alios vsus conuertere, sub pœna priuationis ab officio, gradu, & dignitate contrafacientibus infligenda.

Nouitiis prouideatur de omnibus necessariis & nō deferant laceratas vestes neq; immūdas, neq; cuiquam seruiant.

9 ✠ ITEM ordinamus, quod in conuentibus, seu locis, in quibus non sunt nouitiatus clausi, & a commertio fratrum pœnitus sequestrati, non possint recipi fratres in ordine, nisi expleuerint decimum & octauum annum & siqui sunt in prædictis locis nouitij iuniores, statim, aut professi fiant, aut si non fuerint debitæ ætatis reducantur ad conuentus, in quibus sunt nouitiatus & claudantur, donec emittant professionem, & illi conuentus, quorum sunt filij teneantur satisfacere pro vestuarijs, & prouisionibus eorum.

Vbi non est nouitiatus nulli detur habitus nisi expleuerit ā num. xviij. Qui suntpro fessandi & qui mittēdi ad nouitiatū sumptibus conuēt\<us\> cuius sunt filii.

10 ✠ ITEM ordinamus, quod priores locales diligēter attendant, vt fratres suæ potestati subiecti habeāt cappas consutas a parte anteriori, per vnum palmū, & tunicas a zona vsq; ad limbum, & inquantum est possibile habeant camiseas sargias, quæ non medio-

Cappæ et tunicæ sint consutæ.

ctem

erem oſtentant honeſtatem, Magiſtri vero Prouinciales in viſitationibus ſuper præmiſſis diligentius, & non ſolum tranſgreſſores puniant, ſed etiam priores, ſi negligentes inuenerint.

Fratres defe rāt camiſas ſargias.

11 POSTREMVM ſit omnibus notum, quod hæ noſtræ ordinationes (vt ſuperius expreſſum eſt) ad hoc formatæ vt fratres ſine lege, & ordine viuentes, ad vitam veræ religionis ſuauiter diſpoſiti, pedetentim reducantur, non derogant, neq; intentio noſtra eſt, quod in aliquo derogent, aut derogare debeant ſtatutis ſacri ordinis noſtri arctioribus, & conſuetudinibus, ſiquæ alicubi introductæ ſunt, melioribus, Quia per has conſtitutiones noſtras, pro reducendis exlegibus, ad legalem viuendi formam, ordinatas, non intendimus relaxare probatam & laudabilem eorum viuendi normam, qui iam reformati ſunt. Quicunq; igitur conuentus, regulam & conſtitutiones ordinis approbatas, ad vnguem, vel lineam ſeruare ſoliti ſunt, perſeuerent, & omnia, prout hactenus contulerunt ad communes vſus, conferant. Et deniq; propter traditiones has noſtras, nihil prætermittant, quod ſecundum ordinis regulam, & melioris vitæ ſanctimoniam, hactenus feceruut, & facere conſueuerunt. Siquidem vt ad talem vitæ perfectionem, omnes, propoſitis medijs, paulatim reducamus, & cupimus, & nitimur.

Fratres vitæ regularis ſeruent etiā veteres cōſtitutiones ad vnguē quia iſtæ diſponūt ad regularē vitā amplexandam.

EPILOGVS DICTORVM.

12 ET HAEC pauca, pro ſumpto rei ſuſceptæ negocio, ſic minus concine minus ve accurate dicta, ſufficiant, Non enim reformandi ordinis, ſed ad reformationem potius diſponendi onus accepimus. Nunc ſupereſt, vt hortemur vos omnes ſacræ profeſſionis noſtræ conſortes, vt eo charitatis zelo, & publicæ honeſtatis deſiderio ſuſcipiatis, & ſeruetis propoſita

Intētio reformantis.

Cur hæ cōstitutiones sint editæ.

posita instituta, quò nos diu accēsi, & hoc potissimū tempore incredibiliter inflammati, non pro aliquo cuiuspiam priuato, sed pro cōmuni, & publico omnium honore, & commodo, & pro vniuersali totius religionis beneficio ea statuimus, atq; decreuimus, tot & tam efficacibus coacti rationibus, q̄ non solū hæc nunc non pertermittere, sed & ne in aliud quidē tempus differre, vllo pacto, merito nos cogere potuerunt. Induxit autem inter cætera & mouit animū nostrum non mediocriter, quod cum pro gerendis nuper sacri ordinis nostri negocijs plurimos sanctæ matris Ecclesiæ presules, & non nullo xpiani nominis Principes conuenissemus, ex frequenti eorum cō lloquio deprehendimus, quibus inuoluantur sordibus, non pauci ex fratribus nostris, & quantum pro malo eorum exemplo bonis immineat periculum, nisi opportune omnes simul resipiscamus, & reformemur, nec simus amplius ob deformitatem etiam apud vulgus obprobrio, & scandalo sacro sanctæ re ligioni, & fidei xpianæ. Additæ nobis fuerunt & minæ, nisi citissime plurimis, in ordine nostro, perperā & iniq; commissis obuiam eamus, & sine mora pro uideamus. Quas vel ex eo plurimi fecimus, quia exploratum nobis est, irrita esse, & ab re prolata, presu lum & principum verba nec debere nec solere. Vt igitur, & q̄ facile nobis contingere possent, mala cui temus, & ex harum ordinationum obseruatione, q̄ sine dubio omnibus, euenire possūt, bona quā plurima non amittamus, non solum sponte suscipere, atq; complecti, sed & totis viribus initi debemus, vt re ipsa seruemus q̄ ex vero charitatis fonte emanarūt, & pro omnium simul honore, & vtilitate decre ta fuerunt statuta. Quæ vel ex eo ad sui obseruantiā omnes inuitāt, Quia nihil eis pœnitus impossibilitatis,

tis,immo,& ne difficultatis quidem aliquid ineſt, adeo omni ex parte ſui plana ſunt atq; facilia. Nec quicquam redolent,quod a priſcis illis ſacri ordinis noſtri auctoribus non inoleuerit.Siquidem, & nos non procul a limpidiſſimo ſacratiſſimi Carmeli noſtri fluente in terra illa,cui merito ſanctitatis nomē eſt indutum,quicquid eructamus, lōgo tempore imbibimus.Nemo eſt autem mentis tam incompoſitæ vel intemperantis naturæ,qui ſuis,& genuinis ſubiici ac gubernari inſtitutis recuſabit,aut deterrebitur Quum nulla inampliſſimo terrarum orbe tam fera, tanquam indomita gens ſit,que & peregrinarum legum ſe moderamine regi aliquando paſſa nō fuerit. Sed & ex hoc non mediocriter commoueri debemus,vt oblatas recipiamus admonitiones, eaſq; in memoriæ theſauro, & cordis penetralibus reconda mus,ſi quanta exhuiuſmodi reformatione prouentura ſit vtilitas,conſidermus,Satis namq;, & diu nobis potuit conſtitiſſe ex deformitate fratrum noſtrorum,quot quantæq;preuenerint deſolationes,ruinæ domorum amiſſiones,fratrum expulſiones,reipublicæ noſtræ depreſſiones,aliaq; id genus, quæ data opera,ſilentio preterimus. Ex quo fit,vt ex reformatione merito ſperare debeamus,incredibilē vniuerſo ordini bonorum complurimum, futuram adceſſionem.Sicut enim creſcente malitia,ſubſecuta ſūt, & quæ ex ea cauſantur,malorū fomenta.Sic &, creſcente inter nos honeſtate,& ſanctitate, creſcant, & qui ex eis prouenire ſolent,profectus, neceſſe eſt. Cum itaq; cōplura religionis loca,longo iam tēporum interuallo diruta iaceant,ſeu imperfecta ob inopiam,& ægeſtatem,q ex malo vitæ exēplo religioſis paritur,expleri nequeunt,ſine dubio ſi noſtra digno ſcatur,piis fidelium largitionibus vndiq; confluentibus

Damna illata fratribus non reformatis.

tibus,non solum ea complebuntur, sed & alia lõge maiora vniuersitati accedent q̃ christi fideles recte sanctæq; viuentium deuotione accensi, certatim cõ ferre solent. Cæterum, si qui tam duræ tamq; obsti - natæ mentis, essent, qui nullisquamuis efficacissimis rationibus, confirmato iam male viuendi habitu, cõ moueri possent. Pro eorum morbo deniq; curando hoc ipsis depromitur antipharmacum, quod (nisi pœ nitus desipiant ac delirent) erit tam periculosæ eorum ægritudini antidotum salutare, Nimirũ hac tẽ-porum nostrorum conclusione, cum vndiq; nostræ familiæ res, diu iam corruptis in ordine moribus, & in peius, non paucis fere vniuersa vertentibus, non mediocriter laborare, & multas ob causas prope modum fluctuare, manifeste satis deprehendantur. Datus & quasi é cœlo missus est nobis, qui nos omnes, non modo singulari sapientia é fluctibus eruir, sed & incredibili prouidentia erutos tuetur, atq; de fendit, quo vere optimo patrono gloriari & põt & debet Carmelitana religio. Est autẽ palã omnibus, & perspectũ satis, quot quãtaq; a Cardinali nr̃o. R. & principe Illustriss. totius ordinis nostri Protectore accerrimo, officia, immo & bẽficia nr̃æ reip. sint co llata & quotidie cõferãtur. Quippe qui annis iã. xvj. dũ modo vigilantissimæ & indefesse familiæ nostræ vniuersitatẽ, sed & sui nominis splendore vsq; adeo inuit, auxit, illustrauit. Et si tanti presulis auctoritas, tantiq; principis maiestas defuissent, omnino metuẽ dũ nobis esset, ne in tanta ordinis nostri cõfusione, & deformitate, vsq; adeo in omniũ incederemus odium, & cõtemptũ, quod facile multis in locis naufragium faceremus. Subleuat autem res nostras pro culdubio, & sustentat, non solum vbiq; gẽtium, sed & (quod sciunt, qui Romæ versantur, quiq; religiõis habenis

Laus meritissima. R. atq; illustriss. D. D. Cardinalis nostri ordinis tutissimi protectoris & illustratoris.

habenis modetãtur)assidue,apud sacrosanctũ Pont. Max.tribunal integerrimi huius Protectoris nostri, nominis claritudo. Est & omnibus exploratũ satis, quod cum celeberrimus Antistes hic noster, omniũ virtutum & bonarum artium studiosos,singuli bene uolentia prosequatur,& foueat.Cum primis tamen veræ religionis,sanctimoniæ,& probitatis amatores vsq; adeo complectitur.Vt nullum mortaliũ genus maiori veneratione dignum existimet,quã id,quod verã profitetur,simul & exequitur, omniq; ex parte seruat regulam,cui adiicitur, sacrosanctæ religionis Nec vehementiori putat odio dignos, cuiusq; cõditionis homines his,qui religionẽ ingressi, probitatis loco,maliciam proferunt.Quæ cum ita sint,nisi pœnitus desipire,ac delirare velimus, facile intelligere debemus quanto studio elaborandum nobis est, vt ea peragamus,q̃ sint in gratiam tãti præsulis,& prin cipis de nobis optime meriti, quæ ve nos omnes tu tos esse faciant sub vmbra alarum suarum. Monuit enim nos sæpius vt ad corredeamus, & meliorem, relicta multarum corruptionum licẽtia, viuendi for mulam cooptantes,moribus,& sanctissimis antiquo rum patrũ nostrorum institutis vitam nostrã deniq; conformemus, sæpissime monitos diu sustinuit ne-gligentes, & clementissimi more parentis tepidos, immo & frigidos expectauit. Num tandem verendũ nobis non est,ne in nos iusta indignatione commo tus,in arduis patrocinium deneget,& suo nos dere-linquat p̃sidio destitutos?Quod si obstinatione,&cõ tumatia nr̃a(quod deus auertat) nobis, acciderет. Quid reliqui expectãdũ nobis esse?Nisi quodvel alie ni nõ sine obprobrio,& derisũ oĩm nr̃m,inuitos ad honestarẽ cogerẽt,& in virga ferrea plecterẽr obsti natos,vel quod Noui succederẽt,&(nr̃is sic requirẽ-
 tibus

tibus meritis)nobis e domibus eiectis,diceret, vete res migrate coloni. Sed opportune,& melius rebus nris cõsulendũ est.Nec cõmittendũ , vt iniqui quot quot ratione abiecta,sẽsum sequũtur effrenes,& solo ducũtur appetitu,bonis,ruinam & ignominiã pariãt sempiternam.Quibus omnibus,quia propositis institutionibus obuiã ire decreuimus.Ideo, vt mala quecũq; iure & merito ob deformitatẽ nostrã, vere ri debemus auertãtur,& bona quã plurima,q̃(cõseruata Reuerẽdissimi & Illustri .Protectoris gratia, & deuotione)sinedubio expectamus,nõ amittãtur,Volẽtes,& intendẽtes,quod suprascriptæ omnes & singulæ cõstitutiones& ordinationes inuiolabiliter ob seruẽtur in toto ordine nrõ ab omnibus,& singulis cuiuscumq; dignitatis,gradus & conditionis existãt Apostolica nobis auctoritate cõmissa precipimus , & mãdamus,vobis omnibus,& singulis Reuerendis prioribus prouĩcialibus & localibus,seu vicarijs sub pœna rebellionis,& suspẽsionis ab officijs vẽstris,ac inhabilitationis ad quãcunq; dignitatẽ officiũ & gradũ,per decenniũ,vt omnes & singulas cõstitutiones seu ordinationes superius expressas obseruetis,& ab omnibus obseruari faciatis.Nec positis,aut valeatis super eisdẽ quoquo modo cũ aliquo , seu aliquibus dispensare.Et quia,quicquid ordinatũ est ad laudem omnipotẽtis Dei , & decorem sacri ordinis nostri , Deipara illa virgo cuius pulchritudinẽ mirãtur cœlestes,& angelici chori,mentibus nostris infudit.Idcirco omnibus æquo animo ferẽtibus,& obseruare non respuẽribus beatorum Heliæ & Helisæi, ac alio rum sancti illius montis Carmeli patrũ benedictionem imploramus,simul atq; largimur.Annuẽte omnium seruarore christo Iesu domino nostro, qui sit benedictus in sæcula sæculorum.Amen.

D.Car. nostri nis prot. & i tori

CONSTITVTIONES BEATISSIMAE DEI GENITRICIS MARIAE DE MONTE Carmelo ordinatæ per. R. Magistrum Ioannē Soreth, Generalē dicti ordinis, ac examinatæ approbatæ, & publicatæ, per diffinitores capituli generalis Bruxellis celebrati Anno domini. M. CCCC. LXVI. In die Penthecostes, & nuper correctæ, ac emendatæ.

*
* * *
*

Item regula eorumdem cum mitigatione eiusdem,

Item priuilegia & gratiæ ipsis ac eorum benefactoribus per Sum. Pont. concessæ.

INCIPIVNT CONSTITVTIONES FRATRVM ORDINIS Beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ de monte Calmelo.

§ QVALITER Reſpondendum ſit quærentibus,quãdo aut quomodo ordo noſter ſumpſit exordium. Et quare dicimur fratres beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo. Cap. j.

1

A quibus religio carmelitana ſumpſit exordiũ

CVMQVIDAM FRATRES noſtri ordinis iuniores,quærentibus,a quo vel quomodo ordo noſter ſumpſit exordium, vel quare dicimur fratres ordinis beatiſſimæ Dei genitricis,& virginis Mariæ de monte Carmeli,neſciant ſatisfacere cõpetẽter. Hinc eſt quod in ſcriptis formã talibus reſpondendi volumus relinquere,& teſtimoniũ veritati perhibẽtes,dicimus,quod a tẽpore Helyæ & Helyſei eius diſcipuli,montẽ Carmeli,qui nõ lõge ab Achon diſtat,deuote in habitãtium, multi ſancti patres,tã veteris,quã noui teſtamenti,ſolitudinis mõtis eiuſdẽ,pro contemplatione cœleſtiũ veri amatores,ibidẽ iuxta fontẽ Helyæ,in ſancta penitẽtia ſanctis ſucceſſibus cõtinuata, ſunt proculdubio conuerſati laudabiliter ac religioſe,prout teſtatur. Quarti regũ hiſtoria.c.vj. Et Ioſephus Antiochenus libro de perfecta militia primitiuæ eccleſiæ.c.xij. dicens,perfectorũ militũ Chriſti apoſtolorũ coadiutores ſurrexerũt ſtrenuiſſimi viri ſolitarij,cõtẽplationi dediti,ſanctorũ prophetarũ Helyæ & Helyſei ſequaces,

ces,qui de mõte Carmeli descendẽtes, per Galileã, Samariã,& Iudeam,fidem Christi cõstantissime spar serunt,quiq; in Mariæ virginis honorẽ,in mõtis Car meli decliuio oratoriũ fabricantes,Saluatoris matri specialissime seruierunt. Et hac ratione ipsius titulũ elegerunt,vt dicerentur fratres beatæ Mariæ virginis de mõte Carmeli. Et ita deinceps per apostolica priuilegia sunt vocati.

Quare carmelitæ dicti sint fratres beatæ virginis

2 QVOS Albertus ecclesiæ hierosolymitanæ patriarcha,& sedis apostolicæ legatus,ante cõciliũ Lateranẽse,in vnũ collegiũ cõgregauit,scribens eis certã regulam approbatã per papam Honorium tertiũ, anno sui põtificatus primo.s.anno domini. 1217. Et per Gregorium nonum,anno sui põtificatus,secundo, 1227. Et per Innocẽtium quartum anno. 1244. Et per Alexandrũ quartum. 1255. ponti.sui anno secundo. Et per Vrbanum quartum anno suo primo. 1262.Similiter per Nicolaum quartũ, anno secundo die prima Iulij,anno domini. 1228. Et per Bonifaciũ octauum anno sui pontifi.secundo.s. anno. 1294. Et multas indulgentias dicto ordini multi ponti.cõcesserunt,atq; plurima priuilegia dederũt, vt patet in mari magno. Primus quo ad indulgentias fuit Leo papa quartus,anno domini. 848. Et Adrianus. ij. anno.873. Et Stephanus.v.anno. 892. Et Sergius. iij, 914. Et ex antiquitate tantorũ pontifi.priuilegiorũ, & indulgentiarũ,facillime excerpitur antiquitas, & approbatio ordinis nostri,atq; origo fratrũ nostrorũ. Et per plures alios summos põtifices, qui ipsum ordinẽ,& titulũ approbantes, tutissime cõfirmauerũt. In cuius regulæ & professione ordinis, nos eorũ sequaces vsq; in hodiernum diem,auxiliante virgine benedicta,in diuersis mũdi partibus deo famulamur

Quis primo fratribus carmelitis regulã scripserit.

Qui pontifices dictã regulã approbauere.

Qui pontifices dicto ordini indulgẽtias cõcessere

Quare patres or inis has constitutiones impressioni dederunt.

Cui est honor & gloria in sæcula sæculorũ. Et quia dignũ & iustũ est, vt fratres prædicti ordinis, qui sub vnius regulæ professione viuunt, vniformes in obseruantijs cærimoniarum inueniantur, ne forte alicui aliquid, sua temeraria auctoritate, addere, vel minuere liceat, præcessorum nostrorũ instituta, secundum quod regulæ consonant, & vitæ fratrum conuenire videntur, in scriptis cõmendare decreuimus modo subscripto.

§ De receptione locorum. Cap. ij.

Quot, et quæ sint ĩ toto ordine prouinciæ.

1 IN PRIMIS statuimus, quod in ordine sint prouinciæ viginti et nouẽ Prima terræ sanctæ. Secũda Siciliæ Tertia Angliæ. Quarta Narbonæ. Quinta Romæ. Sexta Franciæ. Septima Alemaniæ inferioris. Octaua Lombardiæ. Nona Aquitaniæ. Decima Castellæ. Vndecima Iberniæ. Duodecima prouintia prouintiæ. Tertiadecima Scotiæ. Quartadecima Tusciæ. Quintadecima Bononiæ, seu Venetiarũ. Sextadecima Tholosæ. Decima septima Cataloniæ. Decima octaua Alemaniæ superioris. Decima nona Vasconiæ. Vigesima Turoniæ. Vigesimaprima Saxoniæ. Vigesima secũda Aragoniæ. Vigesimatertia. Neapolis. Vigesimaquarta Portugaliæ. Vigesima quinta Romandiolæ. Vigesima sexta Daciæ. Vigesima septima Bethicæ. Vigesima octaua Boemiæ. Vigesimanona Apuliæ.

Nullus accipiat locũ pro ordine nostro nisi &c.

2 § POST hæc statuimus, quod nullus frater, accipiat locum nouum fratrum aut sororum, nisi de licentia Prioris generalis, vel nisi de assensu & deliberatione capituli prouintialis, aut sanioris partis eiusdem

dem, ſub pœna grauioris culpæ ſecundũ exigẽtiam delicti,hoc facere præſumenti,infligẽda, quod ſi mora traheret periculũ in acceptione cõuētus,per priorem prouintialẽ,de conſenſu aut aſſenſu trium aut quatuor priorum,aut lectorum de confinio illarum partium,idem cõcedimus ordinari. Et tunc tales ad hæc facianda,deputentur, quod opinionis bonæ,& diſcretionis habeantur.

3 ❧ N E C frater ille qui fratribus miſſis præfuerit, prioris ſed procuratoris nomine cenſeatur,ſed nec ratione officij huiuſmodi ſit de gremio capituli prouintialis,niſi ſint ibi fratres vocem & locum merito habẽtes quaternariũ numerũ,eo cõprehenſo, excedentes. Et idem volumus de antiquis cõuentibus, a numero quaternario deficientibus,niſi hoc cõrigiſſet nouiter per peſtem vel maliuolã fratrũ ſeductione,aut ſubtractionẽ.Neq; prouinciales,ſub pœna depoſitionis permittant huiuſmodi priores ſine ſubiectorũ,numero predicto, manentes in ſuis capitulis prouincialibus vocẽ habere. Et tales priores,tam antiquorum,quam procuratores nouorum cõuentuũ deficiẽtes a prædicto numero,in aliquo cõuētu ſuæ prouintiæ viciniori per prouinciale capitulum eis aſſignato,eligi & eligere valeant,cum ad capitulũ eſt eundum.

Qui fratres in capitulis prouincialibus vocẽ habere non valent.

4 ❧ I T E M omnia loca noſtra,clauſura honeſta muniantur,antequam opus notabile inchoetur,ſub pœna grauioris culpæ per viginti dies infligenda tranſgreſſoribus,niſi forſan aliqua ſumma pecuniæ,pro aliqua determinata fabrica,eſſet contributa.

Loca ordinis honeſta clauſura muniãtur.

❧ I T E M nullũ opus notabile inchoetur,niſi de licentia prioris generalis vel prouintialis, [illegible],& ordinatione aliquorum fratrum per capitulũ

prouin-

Nullū opus notabile inchoetur: nec aliquod perpetuū ædificium, nisi de licentia

prouintiale ordinatorum pro sui industria ad noua loca disponenda, & antiqua debite ordināda qui ordinētur in singulis conuentibus per capitulum prouintiale anno singulo, & ipsi habeāt curā ædificiorū, quæ fieri incipient in locis circūiacentibus, sine quorum cōsilio, nullum perpetuum ædificiū inchoetur, sub pœna depositionis ab officijs & inhabilitationibus venientium in oppositum.

6

Terminos alterius conuētus ingrediēs et prior permittens prioratus officio priuetur.

§ ITEM statuimus, quod quicūq; frater terminos alterius cōuentus, aut prouintiæ intrauerit ad procurandū, vel aliqua procurauerit in periudicium eorum ꝓcurata restituat, ac loco & voce careat eo facto. Et prior mittens, aut scienter permittens, ab officio per superiorem absoluatur, & pœna grauioris culpæ per viginti dies puniatur. Item statuimus, quod quicunq; frater terminū alteri fratri eiusdem conuentus assignatum contra prioris, & conuētus ordinationem intrauerit, grauiter puniatur, ad prioris & seniorum conuentus arbitrium, secundum delicti exigentiam.

7

Nulli priori seu procuratori licebit bona conuentus alienare seu permutare.

§ Item ꝓhibemus ne aliquis prior localis, vel procuratori debitet locum absq; incuitabili necessitate sine prioris generalis licentia, vel prouintialis vltra summam taxatam ab illis, nec vendat, alienet, vel cōmutet possessiones, aut annuos census ordini acquisitos sine consensu prioris genūralis, vel capituli prouintialis, sub pœna depositionis ab officio, & inhabilitationis, tam prioris quam clauariorum & patrum si assensum ad hoc præbuerint.

8

Clausulæ testamētorum & instrumēta: in archa communi reponantur.

§ ITEM sub eadē pœna eisdem prioribus, & clauarijs præcipimus, vt clausulas testamenrorum & instrumenta rerum donatarum perpetuo, vel ad plures annos, sub publica forma redacta, habeant de manibus

manibusnotariorũ extrahere,& in archa communi reponere. Volẽtes,quod ea quæ ſunt ad perpetuum ſic donata,vel ad plures annos,& etiam alia,quæ de bentur extra,in aliquo libello đ pergameno ad hæc ſpecialiter deputato ſcribantur,vna cum miſſis & o bitibus perpetuis. Idem fieri de cõpoſitionibus, & pactis perpetuis, & quibuſcunq; obligationibus or dinamus.

9 ❧ ITEM nullus prior aut frater,res notabiles cõ muniratis,etiam conſentiẽte cõuentu, cuiq; religio ſo aut ſæculari diſtribuat, abſq; conſenſu prouintia lis,vel capituli prouintialis, ſub pœna abſolutionis ab officio & grauioris culpæ per.xl. dies.

Priori non li cebit res no tabiles com-mitatis: cui-quam diſtri buere.

10 ❧ NVLLVS frater ordinis cuiuſcunq; gradus, aut conditionis exiſtat,clam vel palam ad ſpeciales vſus teneat per ſe vel per aliũ,domos,hortos,agros, vineas, aut quãcumq; poſſeſſionem immobilẽ,nec oues,boues,aut alia animalia,ſub pœna proprieta-riorũ,ſed cõmunitati applicentur.Declarãtes,quod ſi talia bona ad aliquem fratrem per hereditariã ſuc ceſſionem,donationem,aut alium iuſtum titulũ de ueniſſe viderentur,huiuſmodi bona de prioris ſcitu. vt dictum eſt, cõmunitati applicentur quo ad pro-prietatem in dilate, ſub pœna proprietariorum in-fligenda eo facto,tam prioribus quam fratribus in hoc delinquentibus.Poterit tamen prior generalis, quo ad vſu fructum,ob aliquas rationabiles cauſas, in aliquibus conuentibus cum aliquibus diſpenſare ita tamen,quod ſemper proprietas ſit vniuerſitatis.

Nullus fra-ter etiam de bonis pater-nis habere a liquid pote-ritſed omnia conuẽtui ap plicentur.

11 ❧ ITEM præcipimus prioribus localibus & cla-uarijs,ne etiam conſentiente conuentu, ad vitã, vel perpetuo, aliquos redditus pecuniæ portionis, aut cuiuslibet alterius rei,alicui vendant, niſi prius ha-

bito

Nulli redditur advitam venundari possunt.

bito consensu prouintialis capituli, aut solius prouintialis, casu quo, sine damno notabili non posset expectari consensus capituli. Prohibemus non minus prouintiali & diffinitoribus capituli prouintialis, ne consensum aut licentiam dent in præmissis, nisi pro emendo aliquo hospitio, vel spatio terræcõ uentui manifeste necessario, sub pœna depositionis ab officijs eorum.

Non emantur cẽsus ad vitam

12 ITEM a nullo frater emantur census advitam a quacunq; communitate, vel persona religiosa, vel sæculari, sub pœna proprietariorum. Non prohibemus tamen si conuentus obligat perpetuos redditus alicui personæ extra ordinem, quando conuẽtus possit redditus perpetuos redimendo procurare, vel emere tali personæ redditus, aut census temporales extra ordinem, aut eidem soluere ad vitam. Item si aliquis frater procurauerit quocunq; modo cameræ, vel alterius hospitii constructionem, vel fuerit ei qualitercunq; a conuentu, vel alias, vsus cameræ cõcessus, frater talis cameræ vel hospitij non poterit, quocunq; pacto vel titulo, alteri fratri vsum tradere, quin post ipsius tradentis decessum, conuenrus in quo est ædificata, possit libere de ipsa disponere.

Non assignetur vsus camaræ nisi &c.

13 ITEM prior aut conuentus nõ possit, quocũq; pacto, alicui fratri vel personæ cameram conuentus assignare, nisi prius deputatis & ordinatis certis cameris de melioribus pro priore prouintiali, & locali, & lectoribus in conuentu, & hospitibus, & infirmis.

14 PRIORIBVS prouintialibus & eorumvicarijs districte Præcipiẽdo mãdamus, quod quãdo cõtigerit ꝓpter nouas domos, vel alias in suis ꝓuincijs existẽtes

existentes, aliquorum quæstionibus molestari, & propter paupertatem conuentuũ, illum de quo fit querella, ꝓprio adiutorio destitui, de alijs domibus suæ * prouintiæ exhiberi faciant domibus huiusmodi subsidium opportunum, quousq; pacis obtineant complementum, sub pœna rebelliõ, tam prouincialibus negligentibus, quam alijs impedientibus infligenda. Inhibemus in virtute sanctæ obedientiæ, ne aliquis prior vicarius, aut frater causam vel questionem incipiat, sine assensu prouintialis sui, contra principes prælatos, aut quoscunq; alios, nisi absq; periculo & graui damno vlterius differri non valeret, vt si esset appellario facienda, vel aliud inchoandũ ad causam pertinens, quo differri cõmode non possit vllo modo. Tunc enim de assensu conuentus agere poterit, ea quæ in pallatijs, vel alibi sunt agenda, ita tamen, quod statim priori prouintiali facta denunciet, & sic in sequentibus de eius mandato prosequãtur incœpta, sub pœna grauioris culpæ secundum quantitatem & qualitatem delicti infligẽda transgressoribus.

Non incipiaturlis, nisi de licencia prouincialis nisi &c.

De officio diuino. Cap.iij

Fratres festinanter ad officiũ & lectiones accedant.

1 STATVIMVS, quod audito primo signo horis quibuscunq; diurnis aut nocturnis, fratres se parent & ante terminationem finalis pulsationis, omnes ad capitulũ vel ad locum deputatum celebriter conueniant, & inde ad ecclesiam religiose accedant, & ibi pro posse humiliter & deuote diuinũm officium compleant, secundum vsum ecclesiæ hierosolymitanæ. Statuimus autem, quod qui,

com

competenti festinatione ad matutinas& alias horas etiam ad cætera quæ in choro cantanda vel legenda fuerint, similiter ad refectorium, capitulum, sermonem, vel lectionem scolasticam, seu ad alia quæcũq; pulsatione, vocatus non venerit, pœna leuis culpæ pro primo defectu puniatur. Et si consuetudinē duxerit vna die vel pluribus, pœna grauioris culpæ ei applicetur. Si vero in contemptum duxerit, pœnæ inobedientium subiiciatur.

Libri ecclesiastici per priorem corrigantur.

2 § ITEM statuimus, quod priores locales in conuentibus suis corrigant, & corrigi faciant libros ecclesiasticos, qui correctione indigent, sub pœna grauioris culpæ per decem dies.

Nullus frater ante terminationem officii chorū exeat.

3 § NEC aliquis fratrum chorum exire præsumat ante terminationem officij, nisi de expressa licētia præsidentis, causa quacunq; rationabili perurgente.

Eius officio, quilibet diligentiam adhibeat.

4 § ITEM qui in officio sibi per tabulam assignato in choro, refectorio, aut alias negligens repertus fuerit, in capitulo vnam recipiat disciplinā, assuetis autem aggrauetur pœna, si autem fuerit aliquis infra scepta loci occupatus, aliquem fratrem, qui eius vices suppleat, humili supplicatione, studeat, inueniri, sub pœna grauis culpæ.

Ordinarium circa diuinū officium seruetur.

5 § NVLLVS frater in choro, aliud, vel aliter cantare præsumat, quam cōmunis vsus ordinis approbat, & elegit, sed neq; motetos, neq; vpaturam, vel aliquem cantum magis ad lasciuiam, quam ad deuotionem prouocantem aliquis decantare habeat, sub pœna grauioris culpæ, quod etiam caueatur in pulsandis organis. Et breuiter in officio diuino obseruentur omnia, quæ in ordinali ponuntur. Et in ordinali notentur, suis locis, quæ sūt circa diuinū officiū alias instituta in cōstitutionibus nostri sacri ordinis.

Hostium

6 ☞ Hostium chori exterius semper clausum tenea-tur,nisi pro necessitate,ac visitantiũ oratoriũ deuotione & reuerẽtia opporteat ipsũ aliquãdo aperiri.

Exterius chori hostiũ:semper clausum teneatur,

7 ☞ NVLLVS frater sine scapulari capuciato, & debito modo formato & figurato,diuina audeat celebrare,quod si quis fecerit,tãquam excomunicatus ab omnibus euitetur,quia temerarie habitum conuenientem suæ religionis dimisit.

Diuina non celebrentur, sine scapulari,&c.

8 ☞ ITEM quicunq; frater postquam sacros suscepit ordines,diuinum officium seu horas canonicas dicere neglexerit,& de hoc conuictus, aut cõfessus vel violenter suspectus fuerit,carceri mãcipetur,nec possit cum tali dispensati,nisi per Priorem generalẽ. vel capitulũ generale.Fratres vero layci,dicãt horas sicut in regula habetur,hoc addito quod in completorio dicant vicibus quindecim pater noster & legitimis actibus non impediti,missam omni die audiãt & festiuis diebus,nisi legitime occupati,intersint missæ maiori cum omni deuotione.

Si quis horas canonicas dicere neglexerit carceris &c.

9 ☞ ITEM quoties ex regula pro horis dicunt pater noster,dicant etiam Aue maria,similiter & post pater noster ante horas,& similiter horis dictis. Aue maria post pater noster dicere teneantur, & non in precibus,vt dũ in fine ab officiãte dicitur. Et ne nos

Quando in horis dicẽdũ sit pater noster & Aue maria.

☞ De ieiunio & comestione fratrum. Cap.iiij.

1 STATVIMVS,quod fratres nostri diebus sequentibus ieiunẽt;scilicet in vigiliis omnibus institutis ab ecclesia etiam in vigilia festi corporis Christi. Et omni vigilia beatæ Mariæ virginis, & omnium apostolorum,pręterquam Ioannis Euangelistæ

Ieiunia quo modo et quãdo agenda sint.

listæ, Philippi & Iacobi, per .xl. & totum aduentum. Et poterunt priores de æsu laticinorum vel abstinẽtia, secundum varias locorum consuetudines ordinare, ieiunent similiter in letania maiori. s. in die sancti Marci, si non in dominica venerit, quia tunc nihil fit illo anno de tali ieiunio. Similiter tribus diebus rogationum, videlicet feria secunda & tertia & quarta, ante ascensionem domini, nec nõ omnibus ferijs sextis, excepta illa, quæ est in hebdomada paschæ, cuius ieiunium in arbitrio fratrum relinquimus, illo tamen die, nona ante prandium dicatur.

Comestio carnium, qualiter fratribus conceditur.

EXTRA. XL. & aduentũ, nisi ieiunium aliquod impedierit, porerunt fratres ter tãtum in hedmoda comedere carnes, etiam bis in die quãdo priori generali, vel eius in hac parte, vices gerentibus videbitur expedire, iuxta priuilegium concessum per dominum Pium. &c. Extra domos vero, ne sint hospitibus onerosi, etiam poterunt diebus alijs, quibus sæculares carnes comederent, pulmentum coctum cum carnibus comedere, sed neq; carnes tritas, aut in testina vel sanguinem comedere licebit, nisi tribus diebus, vt dictum est. Priores vero prouinciales & locales in aduentu, includendo etiam primam dominicam, aut ferijs quartis per totum annum comestionem carnium permittentes, teneantur absolui ab eorum officijs, nisi euidenti necessitate & manifesta, cognouerint eos cum quibus dispensant, indigere. Ab exaltatione vero sanctæ crucis vsq; ad pascha, exceptis tribus diebus in septimana, fratres vnica refectione in die contententur. Si quis autem vltra formam regulæ mitigatæ, & nostrarum constitutionum, siue in conuentu, siue extra, aliter carnes comederit, absq; in euitabili necessitate vel infirmitate

aut notabili debilitate,quæ euidenter appareat,pro qualibet refectione,pœnā grauioris culpæ per duos dies sustineat,quod firmiter volumus obseruari.

3 ¶ ITEM statuimus quod priores prouinciales,& soli actu legentes doctores in solis vniuersitatibus solennibus,teneantur comedere in refectorio,ad mi nus cum conuentu quater in hebdomada. Priores autem locales regulariter comedant cum cōuentu, similiter magistri in Theologia, & alij fratres cuiuscunq; gradus aut dignitatis extiterint, non obstanti bus quibuscunq; priuilegijs eisdem concessis. Et tūc omnes prædicti non comedant, nisi de cibarijs quæ per regentem conuentum cōmuniter ministrantur, nec quicūq; alij fratres, sub pœna grauis culpæ per tres dies. Prohibemus autem ne aliqua piatantia in conuentu comedatur,præter communem, sine dispensatione prioris conuentus,sub pœna prenotata. Item fratres in secunda mensa comedentes,nō alijs alimētis,quam in prima,vescantur,sub pœna grauioris culpæ,hoc permittendi & facienti, per duos dies infligenda.

Prouinciales & magistri quādo in refectorio comedire teneātur.

4 ¶ ITEM statuimus quod nullus frater veniat ad fratres vltimi conuentus,vel ad alios extra refectorium comedentes, demptis seruitoribus deputatis per præsidentem,sub pœna grauis culpæ pvnā diem *

5 ¶ ITEM prohibemus, ne fratres nostri in ciuitatibus & villis,in quibus locum habemus comedant vel bibant, nisi pro inenitabili necessitate, præter quam apud religiosos,præclaros,principes,patronos & magnates,sub pœna grauioris culpæ p duos dies infligenda. Poterit tamen prior localis, in casu,licētiare fratres ad comedendum in villa cum personis honestis,& notabilibus. Quod non faciat faciliter &

Nō comedatur extra monasteriū nisi &c.

I frequen

frequenter. Sed discrete se habeat in huiusmodi licētia concedenda, & in socijs assignandis, ne per hoc occasio scandali subsequatur.

Nulluscomedat extra refectoriū aut extra duas aulas, in cōuentu parisiensi.

6 ☞ I T E M cum ex regula in communi refectorio omnes debeant comedere, & comestio camerarum in conuentu parisiensi nocere possit honestati, paci, & vtilitati ordinis, siue conuentus. Hinc est, quod in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excōmunicationis latæ sententiæ ipso facto firmiter inhibemus, ne aliquis frater cuiuscunq; gradus, aut conditionis existat, in dicto conuētu parisiensi, nisi causa infirmitatis, extra refectoriū, vel extra duas aulas ibidē cōmuniter existentes, quo ad prandium & ad cœnam, comedere audeat vel præsumat, magistro regente duntaxat, & biblico, dum hora prandij legere habēt exceptis, Inhibentes illis sub pœna prædicta, vt in casu, quo in cameris comederint, nisi vnum fratrē habeant seruitorem, & nisi aliqui magistri vel bachalarij extranei essent, a nostris etiam graduatis vocati, vt satis est consuetum ibi fieri, sed in tali casu, nihil capiant, neq; panem, neq; vinum, neq; piatantiā pro illa hora a conuentu, quam incurrant tam recipientes, quam tradentes. Similiter, & si alij fratres illis horis, de prioris licentia aliquos honorabiles viros & magnificos haberent, prædictam pœnam non incurrant, dum pro illa hora nihil a conuentu vt præmissum est, suscipiant.

Non permittantur fratres comedere extra refectorium.

7 ☞ M A N D A M V S autem in virtute sanctæ obedientiæ salutaris omnibus prioribus & vicarijs conuentuum nostri sacri ordinis, ne extra refectoriū, vel infirmitorium, siue aulam cōmunem ad hoc deputatam, permittāt comedere fratres suos, nisi infirmitatis causa vel alterius necessitatis euidentis.

8 ❧ ITEM sub pœna grauioris culpæ per tres dies infligenda, nullus frater comedat aut bibat cum sæcularibus in dormitorio, aut in quibuscumq; alijs cameris vbi fratres iacent. Tempore autem quo diuina celebrantur in ecclesia nullus infra conuentum cum sæcularibus comedat, vel eos in talibus associet nisi essent tales personæ cum quibus sine ordinis vel conuentus dispendio notabili, aut personarum timẽda indignatione graui, hæc obseruari non possent semper tamen a præsidente licencia obtineatur.

Nullus comedat cum sæcularibus ĩ dormitorio.

❧ De silentio & locutione fratrum. Cap. v.

1 CVM secũdum regulam, fratres ad obseruantiam silentij post completorium & anteprimam, astringantur. Statuimus, quod vbi inoleuit consuetudo & fieri potest, sine scãdalo sæculatiũ, vt, quando nõ sunt ieiunia, dicatur completoriũ post cœnam. Post dictum completoriũ, facto interuallo vnius nocturni, fiat pulsatio cum campanella septem vel octo ictuum ad quã, omnes fratres, qui in cõpletorio conuentuali non interfuerint, vbicunq; sint, infra scepta loci, statim dicant completorium, quo dicto, sub pœna grauioris culpæ, incontinẽti tendãt ad cellas suas, exceptis illis quos ita tarde venire cõtigerit, quod hæc circa illos, non possent commode obseruari, & ex tunc silenter faciant vniuersa. Vbi vero est iam introducta cõsuetudo, quod sæculares hora opportuna intersunt completorio, & est necessarium, quod dicatur ante cœnam, seu ante refetiũculam, ibi propter frequentiam & deuotionem po-

Silentiũ quibus horis seruandum sit

puli confluentis. Tempore æstatis pulsetur ante sig num ad aue maria. Tēpore vero hyemis post refectiū culas, facto interuallo vnius nocturni. In conuentibus tamen studiorum & vniuersitatum. Si ita fieri expediet, detur studentibus ante silentij pulsationē, conueniens spacium conferendi, & circulariter disputandi. Mandantes prioribus prouincialibus atq; localibus, quatenus ad obseruantiam dicti silentij, omnes fratres districtè, & rigide compellant, volentes, quod quicūq; post dictam pulsationem in conuentu, sine presidentis licentia contra regulæ formā silētium fregerit, ad terram panem & aquam comedat per tres dies.

Vbi seruādū sit silentium. 2

§ ITEM statuimus, quod fratres nostri silentium teneant in choro, refectorio, dormitorio, claustro, & in cellis, præterquam cella prioris, sub pœna grauis culpæ. Etiam fratres extra refectorium comedētes, silentium teneant vniuersi, dato etiam, quod aliqui religiosi, aut sæculares sint præsentes, excepto præsidente. Poterit tamen præsidens, lectione aliqua præmissa, dū sibi videbitur expedire, & non alias cū fratribus qui erunt in mensa super locutione dispensare, absq; clamore & tumultu, quod si quis cōuicio se & clamorose locutus fuerit, a præsidēte cōtinuo silentium eidem imponatur, & sub pœna grauis culpæ infligendā statim taceat, quod si nō fecerit & scādalum per hoc secutum fuerit. xl. dierum pœna grauior ei assignetur. Idem volumus obseruari de fratribus in absentia quorumcunq; extraneorum comedētibus.

Vaniloquiū prope ecclesiā omnepro hibetur. 3

§ CAVEANT etiam fratres a vaniloquio præcipue prope ecclesiā & in ea, qui vero in hoc deprehensus fuerit, pœnam mediæ culpæ sustineat, & si in consue:

consuetudinem duxerit, pœnæ grauis culpæ subiaceat. Statuimus etiam, quod est pudor dicere, quod quicunq; fratres iurare per sanguinem Iesu christi, aut per corpus dei, vel eius vulnera, aut per aliquod eius membrum fuerint auditi, aut aliqua turpia de christo, vel de eius matre benedicta, aut de quibuscunq; sanctis, vel rebus sacris nominare iurando, vel alio modo indecenti, seu male gratiando domino præsumpserint, pœna grauioris culpæ rigide, & sine misericordia puniantur. Et si ab huiusmodi indecēti locutione assueti fuerint, & aliquotiens moniti per superiorem nō destiterint, nec se emendauerint, loco & voce priuentur celeriter. Itē præcipimus, quod fratres non cantent cantilenas lasciuas, nec factorū sæcularium, nec eas doceant, aut adiscant, nec etiā tripudient, sub pœna grauioris culpæ per tres dies.

Blasphematores acriter puniantur.

Non cantentur cātilenæ sæculares.

4 ❧ ITEM præcipimus cum apostolo, quod quilibet frater alteri loquatur cū reuerētia & honore, si quis autem alteri cōuitiose aut irreuerēter locutus fuerit, pœnæ grauioris culpæ ipsū volumus subiacere

Alter alteri cū reuerētia & honore loquatur.

5 ❧ ITEM statuimus, quod fratres cum mulieribus extra scepta loci in domibus locuturi, sic se habeant, quod vnus frater ab alio videatur. Et priores se caute habeant in assignatione sociorum. Infra scepta loci nullus tempore comestionis, aut dormitionis loquatur cum mulieribus, excepto quod ianitor vel alius a priore ordinatus tali hora mulieribus & alijs venientibus breuiter poterit respōdere, sub pœna grauis culpæ tam facientibus, quam permittentibus pro qualibet vice infligenda.

Fratres cum mulieribus honeste vbiq; loquantur.

❧ De dormitione fratrum & mansione in cellis.
Cap. vj.

Fratres omni tempore dormiantcũ ſcapulari.

1 STATVIMVS,quod fratres noſtri in tunica, & ſcapullari dormiant omni tempore ſuccincti , ſub pœna grauis culpæ,exceptis infirmis quorum relinquimus arbitrio vt ſcapulare induant vel deponãt nunquam tamen ſine alba tunica debent eſſe. Eratres autem nõ celebrent ſine ſcapulari,ſub pœna excõmunicarionis ipſo facto.Quicũq; autem nudus iacere inuentus fuerit,pœna grauioris culpæ,ſi ſemel deprehenſus fuerit,pervnam diem ad minus puniatur. Si autem aſſuetus fuerit,pro qualibet vice,pœna prædicta ei duplicetur. Et nihilominus volumus,quod comedat panem & aquã ſcapulari & cappa denudatus,vt quod de nocte impudenter abiecerat,in confuſionem ſuam de die, corã omnibus careat,ſpoliatus. Si autem ſine ſcapulari dormierit,ſuam penitentiam faciat cum habitu parimodo cum ſcapulari ſine cappa.

Dormiens ſi neſcapulari cõmedat panẽ & aquã denudatus.

2 ITEM vſum linteaminum in dormitorio , niſi pro euidenti neceſſitate, & niſi pro hoſpitibus pœnitus inhibemus. Sed vtantur frattes lodicibus laneis,ſeu langetis aut alijs coopertnris religioſis,ſine picturis ſimplicibus & honeſtis.

Vſus linteaminũ in dormitorio prohibetur.

3 ITEM tempore dormitionis fratres in cellis maneãt,nec vſq; ad pulſationem campanæ communem,niſi pro neceſſarijs naturæ exeant ab eiſdem , ſed neq; in verbo,vel aliomodo ſtrepitum faciãt, vn de dormiẽtes poſſint inquietari quoquo modo,ſub pœna grauis culpæ per tres dies.

Tẽpore dormitionis fratres in ſuis cellis maneant.

4 ITEM ordinamus, quod prior localis , vel ſuprior,vel vicarius cõuentus cuiuſcunq;,omni nocte cellas fratrum,ſub pœna depoſitionis ab officijs habeant

Prior omni nocte viſitet cellas fratrũ

beāt visitare cum lumine,nec eis intrare liceat suos lectos,donec constet eis,quod omnes fratres sint in cellis suis, vel infra scepta loci debito modo & honesto.

5 ❧ I T E M ordinamus,quod quicunq; frater cellā alterius,facto signo post completorium,aut alio tē pore dormitionis,sine licentia præsidētis intrauerit pœna priuationis loci & vocis ipso facto puniatur.

Nullus ingrediatur cellā alterius tēpore nocturno.

6 ❧ I T E M statuimus,& mandamus,quod quicūq; frater,pro cuius negligentia,ignis in dormitorio,vel in alio loco conuentus,appositus fuerit,vel acēsus, statim carceri mancipetur,donec conuentus dānum suum recuperauit,& multo magis puniatur,si(quod absit)per malitiam apposuerit.

Fratres sint caute ne ignis in dormitorio accendatur.

❧ De minutione & rasuris atq; balneis fratrū prohibitis. Cap.vij.

1 MINVTIO fratrum permittitur secundum consilium medicorum, quādo autem minuūtur seu flobotomantur fratres,possunt comedere extra refectoriū,& habererribus diebus recreationem de cōmuni. Non tamen vltra primam noctem nisi cogente necessitate,a choro se,liceat,absentare Et nullus quippe frater,minutionem faciat, sine licentia sui prioris,sub pœna grauis culpæ.

De minutione fratrum

2 ❧ R A S V R A E autem frarrum fiant de quindena in quindenam per totum annum,vel prout prioni debitur aliter statuere,secūdum temporum varietatem,Itē statuimus,quod nullus frater vadat ad balnea vel stufas extra cōuentum,sub pœna quadragin ta dierum ad carcerem infligenda.

De rasura fratrum.

Permittuntur balnea naturalia.

§ AD balnea autem naturalia, poterũt fratres ire qui indigebũt, de superiorũ suorũ licẽtia & assensu.

§ De hospitibus & itinerantibus. Cap. viij.

Fratres itinerantes benigne recipiantur.

STATVIMVS, quod priores locales, aut præsidẽtes in cõuentibus in priorũ absentia fratres nostros itinerantes recipiant benigne & deuote & eis secundũ necessitatẽ, & laborẽ in victualibus prouideãt diligenter, nullã paupertatem allegãtes, vt fraterna charitas foueatur, sub pœna grauis culpæ per quinq; dies infligẽda. Fratres tẽpore comedẽdi vel hospitandi, qui venire poterũt ad cõuentũ, in villa vbi cõuentũ habemus, nõ comedãt alibi, nec hospitẽtur neq; maneant apud alios religiosos, vel quoscunq; alios dormiant, nisi cõuentu antea visitato, & licentia habita a præsidente, sub pœna grauioris culpæ & priuationis loci & vocis. Item si quis habita licentia eundi extra ciuitatẽ oppidum aut villã & in ciuitate, oppido, seu vilia maneat, vna nocte, extra cõuentum, voce & loco est priuatus eo facto. Si vero per duas noctes manserit carceri mancipetur. Si vero per tres vel plures, secundũ qualitatẽ & quãtitatem offensæ, grauius puniatur.

Itinerãtes nõ hospitentur extra monasterium.

Fratres conuentus non uadãt ad hospites nisi de licentia.

§ ITEM fratres cõuentus, nõ veniãt ad hospites fratres, vel ad alios extra refectorium comedentes, absq; licẽtia prioris, sed per fratrẽ ministrãtem intiment eis suum negotiũ, sub pœna mediæ culpæ. Nec liceat hospitibus, nec alijs fratribus, nisi de licentia præsidẽtis in cõuentu, exire scepta loci, sub pœna Apostatarũ infligenda, nec aliquid emant aut mutuo accipiant nisi per priorẽ aut cõuentus procuratorẽ

Nõ licet hospitibus exi-

vel de eorũ expresso scitu & assensu, sub eadem pro prietariorum pœna. Item tã priores, quã alij fratres ad cõuentus suæ vel alienæ prouintiæ veniẽtes, si in eis vel in eorum terminis deliquerint, priores loco rum eos corrigendi, secundum ordinis statuta, liberam habeant facultatem.

re sine licentia.

Deliquentes in aliorũ terminis puniantur.

9 §. ITEM statuimus quod nulla mulier introducatur infra scepta monasteriorũ, nisi nobilis domina vel matrona, cui sine indignatione notabili nõ posset denegari, & tunc cũ decenti familia de sua comitiua, pariter introducatur, extra tamen ianuas secundas conuentus, nec aliquis frater ad mensas mulierũ comedat infra scepta loci, excepta cõuenienti necessitate & prioris sui licẽtia speciali, sub pœna grauioris culpæ, nec aliqua visitet claustrum vel officinas interiores, nisi fuerit matrona vel aliqua bonæ famæ cui bono modo negari non posset sine scandalo, & tunc cũ honesta & cõpetẽti comitiua fratribus præmonitis, sub pœna grauis culpæ introducentibus in fligenda, sed nec aliquo modo ad dormitoriũ introducatur, nisi esset vxor principis vel fundatoris, quæ etiam hoc requireret & cõpetenter associata & fratribus premonitis, sic quod prior vel præsidens cum duobus fratribus de senioribus talem introducant, & educãt, sub pœna grauis culpæ & priuationis loci & vocis facientibus & sustinentibus infligenda.

Nulla mulier in domibus nostris nisi sit nobilis introducatur.

Nulla mulier visitet officinas interiores. Nec dormitoriũ.

10 §. SECVLARES nõ diu morentur inter fratres, præter seruiẽtes, ne aliqua leui occasione, fama ordinis atq; fratrũ, forsan indeminuatur, sub pœna grauis culpæ retinentibus infligenda. Poterit tamen prior generalis vel prouincialis super hæc dispẽsare cũ eis videbitur expedire. Item malefactoribus & sceleratis ad domos nostras cõfugiẽtibus, metu pœnæ nullo.

Non permittuntur seculares in conuẽtu diu morari.

Malefactori bus aditus non pateat

nullo modo aditus pate fiat, & si forte ob aliquam causam omnino introducēdi essent,prior assignabit eis locum a fratribus totaliter separatum necfrater aliquis loquatur,vel comedat seu bibat cum eis sub pœna c arceris.

Fratres rece dētesbabeāt literas a suo priore.

Fratres inde bite incedē tes capiātur

Hospitespost primā diē se quantur cho rum.

5 §✓ I T E M fratres per obedientiam missi,habeant literas a prælatis mittentibus testimoniales,tempus missionis & durationis earum continētes,quas prima die sui regressus reddāt sub pœna grauis culpæ, & prior impressionem sigilli statim frangat. Fratres vero inordinate & sine testimonialibus, & obedientia incedētes,tanquam appostatæ capiantur,& carceri mancipentur,donec prouincialis eorum,aliter de illis ordinauerit,cui eorum captionem, prior capiēs,habeat celeriter intimare.Prior vero in captione & detentione talium negligens, pœna grauioris culpæ per x.dies puniatur,& ab officio deponatur,si tales recesserint a suis cōuentibus,aut aliqui fuerint in crimine inuenti. De hac tamen materia quære in rubrica de appostatis.Fratres quoq; hospites in quocunq; conuentu fuerint,post primam diē sequantur chorum de die,& teneantur dicere missas,nisi arduitas negociorum & labor excuset eos euidenter.

Itinerando quis debet præcedere.

Nisi per obe dientiam re deant tempo re limitato.

6 §✓ I T I N E R A N D O,frater,qui prior est in religione,sit priori itinere,nisi per superiorē aliter ordinaretur,puta,causa officij,sciæ,honestatis,discretionis maioris,posteriorem merito diceret esse præponendum. Cum vero fratres eundi aliquo licentiā habuerint,illuc tantummodo vadant quo licentiā obtinuerunt accedendi,& tempore limitato celeriter reuertantur sub pœna grauissima.Si autē aliqui post quam obedientiam missi fuerint,nisi per acto negotio,pro quo mittebātur re uersi fuerint, & per eorū defe-

defectũ & negligentiã steterint, aut si infra terminũ sibi deputatũ non redierint nisi ex causa rationabili excusentur, vel si ad aliquẽ aliũ locũ, quam ad illum ad quẽ missi sunt, declinauerint, nisi periculũ notabile, aut eiidẽs necessitas hoc excuset, pœna grauioris culpæ secundum delicti exigentiã puniantur. Itẽ fratres per obediẽtiam aut licentiam exeuntes socios, secundũ assignationẽ præsidentis habeant, nec alios accipiãt sub pœna grauis culpæ per tres dies. Item nullus frater audeat ire ad faciendũ quærelã priori generali, nisi propter defectum prioris prouincialis nec prouinciali, nisi propter defectum prioris localis sub pœna grauis culpæ per. xx. dies

Sotios sibi assignatos nemo potest mutare.

Nullus faciat querellã priori generali nisi propter defectũ prouincialis.

7 § ITEM fratres nostri equitare non præsumãt nisi a suo priore fuerint licentiati, sub pœna grauis culpæ tot diebus infligẽda, quotdiebus equitare præsumpserit. Itẽ ordenamus, quod equi nõ nutriantur in conuẽtibus sumptibus conuentus, nisi pro prioribus prouincialibus & eorũ visitatoribus aut procuratoribus pro cõmuni bono ordinis, aut prouinciæ laborate habentibus, vel pro terminarijs, sic tamen quod peractis huiusmodi ordinis negocijs, vendãtur statim, nisi propter equorum debilitatem essent forte diutius nutriendi, sub pœna priuationis vocis & loci. Nec priores prouinciales aut eorũ socij equos ad expensas cuiuscunq; cõuentus postquam visitauerint prouintiam, vltra octo vel decem dies teneãt sub eadem pœna,

Fratres non præsumant equitare sine licentia.

Equi non teneantur nisi per personis publicis, & peractis negotijs vẽdãtur.

8 § ITEM nullus frater vadat, aut mittatur solus, nisi de licentia prioris generalis vel prouincialis ex magna necessitate, puta quãdo quis ad studia genera lia mittitur longius, aut inde redit. Aut ad simile aliud peragendum destinatur sub pœna grauis culpæ

Nullus mittatur solus.

per

Nullus mittatur solus.

per.xx.dies tam mittendi,quam pergenti pariter infligenda,& sub pœna priuationis vocis & loci ipsius euntis. Si autẽ duo fratres aliquo missi fuerit,& vnus illorum alterum sine causa reliquerit, pœnã grauis culpæ per.xl.dies sustineat. Et si inde scandalum ortum fuerit, tunc secundum qualitatem & quantitatem delicti grauis puniatur.

Neuter sociorum relinquat alium

Vnus prior non mittat ad terminos alterius nisi pro negotijs cõmunibus.

§ ITEM nullus prior localis vadat,mitat,vel licẽtiet fratres ad alterius terminos prioratus, absq; licentia prioris generalis vel prouincialis, nisi pro negocijs cõmunibus,vel necessitate manifesta, sub pœna grauioris culpæ per quinq; dies infligenda tã mittenti quam eunti.

Iuuenes studẽtes nõ mittãtur ad terminos.

10 § ITEM ordinamus,quod pueri & iuuenes ordinati ad studiũ nullatenus possint mitti ad terminos seu q̃stas extra villã,nec aliter occupẽtur frequẽter,quo minus valeant lectiones suas audire & addiscere.

Hospites tenentur reuelare priori causam itineris.

11 § ITEM statuimus,& mandamus, quod fratres hospites teneantur reuelari priori,ad cuius conuentum veniũt,causam,& negocia pro quibus venerint si fuerint per talem priorem requisiti, nisi mittãtur pro negocijs aliquorum maiorum ordinis, qui sunt superiores prioribus ad quos declinant.

Prohibẽtur fratribus legationes in causis suspectis.

12 § ITEM per causam obiam inhibemus, ne aliq̃s frater sit ambasciator cuiuscũq; principis,seu p̃tãtis aut cõitatis in causis suspectis,periculosis,siue odiosis,sub pœna priuatiõis vocis & loci,eo facto,& sub pœna carceris,secũdũ quantitatẽ delicti vel periculi infligẽda. Nec etiã sit procurator aut defensor causarũ quorumcũq; extraneorũ,sine licentia prioris generalis vel prouincialis,sub pœna præraxata. Sed neq; executiones testamẽtorum quaruncũq; personarũ sine licentia sui superioris valeat acceptare.

De

De confessionibus & prædicationibus. Cap. ix.

1 CONFESSIONES nouitiorũ ante eorum receptionẽ, audiãtur & similiter ante professionẽ eorũ dem,& tam illi, quã cæteri de modo confessionis, diligẽter in omnibus instruãtur. Fratres autem professi & nouitij suo priori & non alteri fratri, cum sit sibi eorum cura animarum cõmissa, confiteantur, vel confessori a suo priore constituto & non alteri, nisi de sua licentia speciali, sub pœna auctoritatem suorum superiorum vsurpantium, tam confessori, quam confitenti similiter infligẽda. Inhibemus autem districte, ne aliquis frater alicui extraneo siue sit religiosus sacerdos siue secularis confiteatur, si copiam sacerdotis nostri ordinis habere potuerit, sub pœna grauioris culpæ per. x. dies infligenda. Poterit tamen frater quicunq;, qui conscientiam habuerit peccati mortalis,& necessitatem celebrandi aut cõmunicandi religioso extraneo, vel seculari sacerdoti honesto, vel etiam fratri nostri ordinis voce & loco carenti, aut similiter nouitio sacerdoti ordinis in prædicto casu confiteri,& tunc teneatur idem peccatum suo priori dum de ipso copiam habuit iterum confiteri. Nouitijs etiã sacerdotibus confessiones fratrum vel extraneorũ audire non liceat, nisi pro ineuitabili necessitate, & vt superius est expressum.

Confessiones iuuenũ audiat prior.

Inhibentur fratres ne extraneis confiteantur.

Nouitijs sacerdotibus non licet audire confessiones.

NVLLI etiam fratrum liceat sine licẽtia prioris generalis, vel capituli prouincialis,&cum præsentatione facta dominis diocesanis prelatis, audire confessiones extraneorum, sed neq; aliquid exequi, quod

Nulli licet audire cõfessiones sine licentia generalis: vel capituli.

quod pertinet ad ordinarios ecclesiarum, vt pura sacramenta eucharistiæ matrimonij, extrema vnctionis, ministrare, sine prælatorum, vel curatorum licētia, & tunc si talibus fratribus licentia huiusmodi, vt dictum est, tribuatur, videatur quod diligenter sint examinati, & quod sufficienter idonei sint inuenti.

Nemo potest ministrare ecclesiæ sacramēta sine ordinariorum licētia

Et quia in multis casibus ignorantia est periculosa & damnabilis. Ideo præcipimus omnibus & singulis prioribus prouincialibus, quatenus post reditū a capitulo generali Singulis annis in visitationibus prouinciarum omnes & singulos fratres suæ prouinciæ sacerdotes de tribus habeant examinare, & probare videlicet de missis suis dicendis, de prædicationibus faciendis, & de confessionibus audiendis. Et quos non inuenerit idoneos, priuent ministratione officij in quo minus sufficientes inuenti fuerint, non obstā te quacunq; licentia a prælatis suis maioribus habita & obtenta.

Prouīciales examinabūt suos fratres singulis annis de tribus

13 ITEM statuimus, & mandamus, quod in quolibet conuentu nostri ordinis, casus episcopales quos locorum ordinarij sibi reseruare consueuerunt, in aliquo loco & cōmuni & publico, habeantur, sic videlicet, vt fratres deputati ad cōfessiones audiēdas, eorum copiam faciliter valeant inuenire sub pœna grauioris culpæ per decem dies negligentibus infligenda. Sint etiam priores solliciti & intenti, vt sciāt & habeant statuta synodalia, in quibus frequenter feruntur sentētiæ, & vbi similiter aliqua prohibētur quæ necessarium est scire, & vtile per fratres confessiones fidelium audientes. Et caueant fratres ne de dictis casibus episcoporum & prælatorum, sine eorū licentia speciali, absoluere aliquem audeant vel præsumant, sed faciant iuxta ordinationem & constitutionem

Casus reseruati in quolibet conuentu habeãtur & sint in loco communi et similiter statuta synodalia.

tionem consilij vienensis, nisi forsan aliquis frater super certis casibus expressam ab episcopis licētiam haberet specialem. Sint etiam priores prouinciales vigiles & intenti, vt in conuentibus suarum prouinciarum habeant casus, in quibus sentēcia excōmunicationis ipso iure, & præcipue de sexto libro decretalium Bonifacij papæ octaui, Et similiter de constitutionibus consilij vienensis, vt habeāt quātum pro ipsis fratribus & confessionibus necessarium fuerit, & salubre animabus, aliter ad huiusmodi periculosū officium nullus licentietur aliqualiter in præmissis.

Caueant cōfessores ne absoluant a casibus reseruatis.

Habeantur casus: quibus incurritur sentētia excommunicationis.

4 § CONFESSIONES autem in domibus nostris in locis manifestis, & nō alibi audiant. In cōfessionibus autē extra domos nr̄as frater à fratre vtiq; videatur, sub pœna grauioris culpæ per tres dies. Nulli autem fratri illegittimo, vel irregulari, seu etiā vocem & loco carenti, cura tradatur animarum, sed neq; tales fratres confessiones fratrum, vel extraneorū audire permittātur, nisi super hoc cum eis fuerit dispensatum, & nisi aliquo casu arduo ocurrēte, prior generalis vel capitulum prouinciale cum loco & voce carentibus forsan dispensaret, sub pœna grauioris culpæ per. xl. dies, tam facienti quam permittenri pariter infligenda. Cōmittimus tamen prioribus, quod discernant in casibus, quibus carentes voce & loco possint audire confessiones, & prædicare verbū dei. Et tunc dispenset in his casibus cum eisdem.

Cōfeßiones audiatur in locis manifestis.

Illegitimis ect. Non est cōmittenda cura animarum.

5 § NVLLVS frater habeat potestatem absoluendi aliquem fratrē a peccato morrali reseruato a suo superiore. Si autem confessus fuerit, vel conuictus, quod fratrem aliquem absq; licentia suorum superiorum absoluerit de casu aliquo quēprior generalis vel prouincialis seu localis specialiter sibi reserua

Nullus fratrūabsoluat de casibus re

uerit

seruatis per superiores, sub pœnis. &c.

uerit, ab actu audiendi confessiones pœnitus suspen datur. Et in visitatione superioris, loco & voce priuetur. Et nihilominus monemus omnes & singulos confessores nostri ordinis, vt caueant, ne fratres nostros ad eos causa confessionis venientes, sciẽter, absoluant de casu, seu casibus a superioribus in specia li retentis, quod si fecerint excõmunicationis sentẽtiam incurrãt ipso facto, a qua non possunt absolui, nisi per priorem generalem vel per suũ priorem prouincialem. Item statuimus, quod fratres veniẽtes ad conuentum alienum, possint confiteri fratribus licẽtiatis ad audiendum confessiones in eodem, quemadmodum fratres in eodem conuentu cõmorantes de culpis cõmissis in vtroq; conuentu vel invia, præterquam de casibus a suis superioribus retentis.

Fratres veniẽtes ad cõ uentũalienũ possunt cõfiteri in eodẽ conuentu cõmoranti- bus.

6 § MONEMVS etiam fratres, vt culpas suas dictas in capitulo cõmuni, in ptiuata confessione plenius innotescere faciant. Suo confessori, vt in debita forma ecclesiæ absoluantur. Statuimus autem, quod quilibet frater bis in hebdomada cõfiteatur ad minus, sub pœna grauis culpæ. Celebraturus autem missam quãcunq; prouideat, sibi vt non cõfiteatur in altari, nisi forte de aliquo oblito, & tunc cõpendiose fiat & succincte, transgressores autem pœna mediæ culpæ, assueti vero pœnæ grauioris culpæ subiacebunt.

Quilibet fratrũ bis ĩ hebdomada cõfiteatur.

7 § NVLLVS frater prædicare præsumat, nisi á priore generali vel capitulo prouinciali examinatus fuerit & licentiatus, sub pœna carceris infligenda. Ordinamus etiam, quod fratres in suis prædicationibus nec prophetias, nec futura præsumat determinare, nisi expressa sint in sacra scriptura, vel in libro aliquo autentico. Nec nouas opiniones, quæ nõ pto sunt

Nullus prædicare præsumat nisi licẽtiatus &c

ſunt ad bonorum morum ædificationem, nec diſputationem contrã ſe inuicem, vel contra alios prædicantes, faciant in ſuis prædicationibus, ſub pœna priuationis vocis & loci. Item mãdamus, quod priores prouinciales in ſuis viſitationibus conuentuum. Fratres, qui ſciunt loqui latine, & ſunt eloquẽtes, & iam non ſunt promouendi ad ſtudia ordinis, ſecundũ eorum ætatem & conditionem, cõſtringant, vt in operibus ſermonũ ſtudeant, & eorum cõuentu aliquos ſermones faciant, vt ſi in hoc ſufficientes & idonei inueniantur. Si videatur capitulo prouinciali, licẽtietur ad prædicãdum. Item prohibemus ſub pœna priuationis vocis & loci, quod fratres prædicantes non faciant ſibi barbas prolixas. Neq; vexilla ſeu aliqua alia ſpecialia ſigna & extranea ſecum portent, vnde populus eos ſequatur.

Prædicatores quæ & qualia debeant prædicare.

Qui ſunt aſtrigendi ad faciẽdos ſermones.

8 REVOCAMVS omnes ſentẽtias excommunicationis latas a capitulis præteritis, & cõſtitutionibus antiquis, niſi prout cõtinetur i iſtis i ſuis locis, & in rubrica ꝗ pœna excõmunicationis exprimitur.

Prædicatores prohibẽtur de ferre barbas. &c.

De communione fratrum. Cap. x.

1 COMMVNIONES fratrũ duodecies fiant in anno. Primo in dominica aduentus. Secundo in natiuitate domini. Tertio ĩ purificatione beatæ Mariæ. Quarto in prima dominica quadrageſimæ. Quinto in die cœnæ, qua die volumus omnes fratres de manu prælati communicari. Sexto in annũciatione beatæ Mariæ. Septimo in Paſcha. Octauo in penthecoſte. Nono in die corporis Chriſti. Decimo in aſſumptione beatæ Mariæ. Vndecim in natiuitate eiuſdem. Duodecimo in fœſto omniũ ſanctorum

Communiones fratrum fiantĩ anno duodecies.

 rum

rum.In his autẽ solennitatibus,nullus frater audeat se absq; licentia sui superioris a cõmunione abstrahere,sub pœna grauioris culpæ per duos dies sustinẽda,Verũtamen fratres professi,prout eis deus deuotionem contulerit,diebus dominicis, & festis duplicibus,cõmunicare poterunt,si qui velint. Ordinãtes & volentes,vt fratres,tam layci,quam clerici, temporibus statutis,in maiori missa cõmunicaturi,& nõ cõmunicaturi,sacerdote cõmunicato, in stallis suis humiliter genuflectendo,faciant cõmunem confessionem dicendo.Confiteor &c. & responso ab omnibus, Amen.Sacerdos subiungat,dicendo,& signando eos,In nomine patris.&c.Quibus absolutis& signatis,primo,cõicent ministri altaris,deinde accẽdat bini & bini secundum ordinem ad gradus altaris reuerenter,& reuertantur sub hac forma,videlicet, vt dum primi cõicant eos secuturi stent ante gradum inferiorẽ dispositi & parati , & hoc modo se habeãt a primis vsq; ad nouissimos,incipiendo a senioribus post ministros,ita tamen quod si aliquem imparẽ in fine venire cõtigerit, sociũ aliquem de inferioribus accipiat,qui eum in eundo associet,& similiter redeundo,quotiescunq; autem cõicant fratres, lintheus mũdissimus a duobus fratribus teneatur, qui mẽtis fratrũ cõicantiũ submittatur.Diaconus autẽvel subdiaconus paratũ teneat calicẽvnũ,vel duos,in manibus , vinum subministrando cõicantibus ordinatẽ.

Modus communionis.

Ritus cõmunicantium.

Vltra vnam diem Nemo se subtrahat a celebratione missarũ.

QVICVNQVE autem sacerdos,vltravnam diem,a celebratione missarũ præter infirmos,se subtraxerit,absq; sui superioris licentia speciali , pœnæ grauis culpæ,per vnam diem subiacebit. Si quis autem in consuetudinem duxerit,secundum exigentiã obmissionis & delicti,pœna eius amplius aggregetur

Priores

Priores vero qui in huiusmodi correctionibus negligentes reperti fuerint, pœna prætaxata rigide puniantur.

§ De vestimentis & calciamentis fratrum.
Cap.xj.

1 VESTIMENTA fratrum lanea sint, eiusdem formæ, vt habeant tunicas amplas, griseas, nigras, vel saltem ad nigredinem tēdentes, rotūdas, vsq; ad talos descendentes. Et habeant ipsas satis latas, nō nucleatas, & sine filis de serico, tā in manicis, quam in collo, & alibi. Habeant etiam scapularia breuiora tunica vno palmo, eiusdem coloris cum ea, sine filis de serico, aut alterius coloris a panno. Sint etiam accinti super tunicam, zonis satis latis, de corio nigro, scilicet ad latitudinem duorum digitorum per transuersum, & non artificiali colore coloratis, non munitis, nec ferratis osse quocunq;, vel fulgenti metallo, præterquam in extremitatibus vbi poterit esse parum de osse. Nullus frater portet vestes de alio panno, vel lanna, alio quam dictū est, colore, tīctis sub pœna priuationis vsus illius, & grauis culpæ rigide infligenda. Exceptis conuersis & l.icis qui vbiq; vtantur griseis sui natiui coloris vbi haberi poterunt, ad nigredinem tendentibus.

Qualitas et forma vesti mentorum.

2 § ITEM sint albæ tunicellæ rotundæ in pectore simili modo scissæ, & nucleatæ, cum apertura competenti, vt possint se apte disponere ad recipiendum disciplinas, cum opportuerit humiliter & deuote. In manicis autem tunicarum inferiorum, poterunt secundum quod prælatis videbitur, vnum aut duos nucleos habere, non ad lasciuiam, sed ad necessitatē

Forma tunicellarum.

Forma cappæ albæ & eius vsus

3 ☙ QVILIBET autem frater habeat cappā albam talis longitudinis, vt breuior sit superiore tunica vno palmo, quam portent in missa conuentuali, diebus dominicis, ac festis, quæ plebs colit, solemnibus, ad vtrasq; vesperas, & in quadragesima in cōpletorio, & quando intrāt villā, sub pœna grauis culpæ.

Prohibētur camiseæ de lino. Et indumenta more sæcularium

4 ☙ MANDAMVS omnibus fratribus, vt femoralia semper portent calciata. Sed camiseas de lino prohibemus, sub pœna carceris. Similiter inhibemus sub carceris pœna, ne quisquam ex fratribus vtatur diployde, aut caligis consutis more sæculariū ad lasciuiam. Ad necessitatem autem, cum aliquo, infirmitate graui laborante. Prior generalis poterit dispensare, quod vtatur honestis caligis. Et sint priores prouinciales & priores locales intenti, vt præmissa faciant inuiolabiliter obseruari. Et si quos repererint trāsgressores. Camiseas lineas, diploydes, caligas, aut etiam tunicas colloratas, aliter, aut figuratas, vsu eorum priuent illos, & christi pauperibus distribuant, indilate, sub pœna depositionis, a suis officijs, vtētes autem talibus, puniant etiam acerrime, nullo personarum habito respectu.

Licet fratribus habere pelliceas etc

5 ☙ ITEM liceat fratribus habere pelliceas de ouibus, aut agniculis sub tunicis, non ad superfluitatem sed potius ad frigus expellendum. Sed & mādamus vt nullus cuiuscunq; conditionis existat, portet chlamydem ꝗ die, in locis sæcularibus apertis, sed in alijs licebit de dispositione & licentia prioris, nec liceat habere in clamyde fodraturam de pellibus quibuscunq;, sed solum de pano albo, nigro, vel griseo.

6 ☙ ITEM almucias. Seu maniceas rubeas, virides siue albas similiter inhibemus, sed tantum modo fratres deferant griseas, siue nigras prohibentes ne aliquis

quis frater portet aliquam raubam,ſiue biretum ſutum cum aliquo filo vidiri,croceo,aut talis coloris, qui poſſit euidenter diſtingui a colore rei ſuræ , nec portent cordulas,ſeu clauarias de ſerico,vel armillas ſeu pōctas,nec alias res curioſas vel etiam diſſolutas,ſub pœna grauis culpæ per tres dies,& priuationis omnium prædictorum,neq; habeāt burſas de ſerico,neq; zonas,ſub pœna prætaxata.

Veſtimenta fratrum nō ſint pompatice conſuta

7 § ITEM mandamus ſub eadem pœna, quod nullus frater portet gladium cum manubrio de ebore, ſeu argento,vel deargentato,ſeu deaurato, nec gladij ferrum habeant in longitudinem vltra laritudinē tranſuerſalem vnius palmæ humanæ.Fratres noſtri vtantur calciamentis nigris & ligaticijs & non alijs exceptis illis qui in infirmitate patenti, alijs indigue rint munimentis,ſub pœna grauis culpæ p tres dies.

Cultri non ſint cummanubio eburneo ſeu argēteo. &c.

Qualitas& forma calciamentorū.

8 § PRIORI autem prouinciali & eius ſocio prouideatur de veſtuario,& de expenſis neceſſarijs ſingulis annis , per capitulū prouintiale rationabiliter prætaxetur.Idem etiam fiat,quo ad veſtimenta magiſtris,bacalarijs, & lectoribus in prouincijs in quibus ſunt aſſignati ad legendum.

Prouideatur de veſtuarijs prouincialibus , et legentibus .

§ De receptione & probatione nouitiorum Cap.xij.

1 QVONIAM in receptione & probatione nouitiorum, magna adhibenda eſt diſcretio.Ideo venientes ad nos,vt recipiantur, antequā admittantur,requiratur ab eis,an ſint coniugati,ſi debitis, aut ratiocinijs obligari,ſi legitime procreati,ſi alicuius ordinis profeſſii , ſi habeant aliquod membrū

Modus ſeruādus in recipiendis nouitijs.

mutilatum, an vsum alicuius membri amissum, si de formitatem in corpore, an infirmitatem cœlatam, si fuerint de aliqua hæresi suspecti, si a nostra religione, aut a quacunq; alia latiore eiecti, protestando, quod si aliquem horum defectuum patiantur nō tenebuntur, sed habita certa cognitione expellentur.

Si quis indebite aliquē receperit in ordine, quæ sit pœna plectendus

2 §. ITEM si quis ad ordinem coniugatum sciēter receperit, post consumationem matrimonij, & ratiociniis obligatū, aut professum alterius, strictioris religionis, vel ordinis, sine dimissorijs. Vel aliorū trium mendicantium, etiam cum dimissorijs, omni prælatura, & cura animarum, ipso facto, sit priuatus, donec cum eo per summum pontificem dispensetur, & sic receptus ab ordine expellatur. Et si quis corpore mutilatum, aut deformitatem notabilem habentē, aut carentem vsu vel sensu membri, aut de hæresi suspectum, vel a nostro, aut aliquo ordine, pro aliquo defectu, eiectum, scienter receperit, pœna depositionis ab officio recipiens puniatur, atq; grauioris culpæ per decem dies, tam ipse recipiēs quam assensum præbentem.

Spurij nō debent recipi. Et si forent recepti: non debēt ad professionē admitti.

3 §. PROHIBEMVS prioribus prouincialibus & localibus sub pœna depositionis ab officijs eorū ne recipiant spurium, aut sacerdotis filium post sacri ordinis susceptionem procreatum, nec iam receptū ad professionem admittunt, sine graui & notabili causa, quæ ante professionem receptorū priori prouinciali declaretur, & ab eo duntaxat, pro iam recepto, licentia habeatur. Poterunt prior generalis, & prouincialis sine consensu cuiuscunq; ad nouicia tum ex sæculo vel ad professionē debitæ ætatis per annum probatum recipere, quando eis videbitur expedire. Poterunt etiam priores locales, & alijquibus

prior

prior generalis vel prouincialis decreuerint conce- dere,sed illi habita licentia,etiam huiusmodi nō recipiant ad nouitiatum, vel professionem aliquam, nisi de consensu maioris & sanioris partis conuentus,sub pœna grauis culpæ per decem dies, & depositionis ab officijs.Nullus sæcularis infirmus recipiatur in fratrem nisi perseuerandi in ordine habuerit voluntatem,

4 ❧ ITEM nullus, in fratrem clericum recipiatur, nisi sit idoneus inuentus ad legendum & cantãdum nec ad professionem talis admittatur, nisi in officio ecclesiastico sufficienter eruditus.Nullus etiam laicus recipiatur,nisi a priore generali vel prouintiali, aut ex eorum speciali commissione, qui laicos poterunt recipere in frarres,vel semifratres,proutvisum sibi fuerit expedire,nullum tamen recipianr, nisi in aliqua arte mœchanica,ordini necessaria, sit instru- ctus,nisi ineuitabile damnum ipsos a receptione talium valeat excusare.

Non recipitur aliquis ĩ clericũ: nisi idoneus.

Non recipiãtur laici nisi per generalẽ vel prouĩcialem

5 ❧ ITEM statuimus, quod nullus cuiuscunq; conditionis sit aut existat,recipiat aliquod donum, quã tumcunq; modicum dono,vel pacto,a nouitio pro eo recipiendo,vel eius amicis,sub pœna carceris & restitutione accepti in dilate faciendæ,& si recipiendus aliquam ælemosynam sponraneam deuotione sua ordini conferre voluerit,in altari misericorditer offeratur,vel manifeste conferatur in cõmune. Et simoniæ periculo obuiare volentes, in virtute sanctæ obedientiæ inhibemus,ne aliquis præsidens in conuentu quocunq; modo aliquem nouitium cum pecunia recipiat, sed primo simpliciter si idoneum & deuotum videat,offerat ei fratrum societatem, concedens vt post,salua conscientia,possit secum aspor

Nullo modo debet recipi munera pro nouitijs acceptandis.

Quid primo sit nouitijs præponēdū.

tare necessaria,& fratres suas indigentias ei ostendere,poterunt si conuentus sit ita pauper,quod nō possit de vestimentis & lectisternijs, & alijs necessarijs sufficienter prouidere. Consulimus, quod recipiendus ante susceptionem habitus,expediat se de omnibus quæ habet in sæculo, nisi ex causa rationabili per priorem generalem vel prouincialem fuerit aliter ordinatum,ne diabolo suggerente, in temporalium adminiculo confidens, de reuersione ad sæculum grauius tentaretur. Moneatur etiam recipiendus resignare omni iuri repetendi vestimenta facta ad modum ordinis a quocunq; ea susceperit,vel etiā de sua propria pecunia emerit eo casu quo ab ordine resiliret.

Recepturi habitum expediāt se de ōnibus quæ habent in sæculo.

§ De instructione nouitiorum. Cap.xiij.

Tempus probationis nouitiorum.

1 PROBATIONIS tempus nouiciorū,postquam induti fuerint,per annum integrum assignatur. Computando a calendis vel idibus siue nonis,& non a festis mobilibus,ita quod prælati,eos ante tempus professantes,ipso facto essent suspensi de iure ab actu alios professandi. Qui si non habita dispensatione, alium professarent, ipso facto essent sententia iuris excommunicati, & ab officijs absoluendi, quancūq; etiam ætatem haberent professandi. Nullus ante quintumdecimum annum ad professionem suscipiatur.

Pœna profesantiū ante tempus

Nouitijs in primis sint intenti vt officiū discāt &c.

2 § ITEM statuimus vt nouitij clerici,tempore nouitiatus, sint intenti sollicite vt addiscant diuinum officium. Et informentur de singulis punctis regulæ de

de cæremonijs chori in sedendo, stando, prosternendo, inclinando, se cruce signando, quãdo & qualiter talia debent fieri, secundum ordinale & de institutis harum constitutionum. Nec aliquo studio occupentur per quemcumq; donec fuerint in his sufficienter instructi. Et priores & nouitiorũ magistri in hoc negligentes, per septem dies pœnæ grauioris culpæ puniantur. Item nullus nouitius ante professionem, faciat, vel se permittat ad sacros ordines promoueri, quod si fecerit a nostro ordine expellatur, & prior promouens grauiter puniatur.

Nulli nouitio est tradẽdum oficiũ in ordine.

Diligẽter attẽdẽdum est deuotioni et moribus nouitiorum.

3 ITEM quod nulli nouitio tradatur aliquod officium, nisi ex magna necessitate cõmittatur, sed attẽdatur, quod de salute animæ suæ sit sollicitus, si sit deuotus in ecclesia, si confiteatur compunctus, si humilis si mansuetus, obediens, aspectu & gestu pudicus, non dissolutus, non loquax, non rixosus, non male morigeratus. Et si in emẽdabilis videatur statim eijciatur, ne cæteros prauis moribus inficiat, habeant singuli nouicij singulos magistros deputatos, aut vni magistro plures submittãtur, & magistri huiusmodi frequenter eos moneant de mutatione morum, & obseruantia regulæ, & cærimoniarum, & corrigant eos etiam increpationibus & disciplinis charitatiuis Et si magistri sint negligentes erga eos informãdos aut nimis indiscreti in corrigendo, pœna grauioris culpæ corrigantur, secundum exigentiam delicti, & alij eorum loco assignentur. Declarantes, quod singuli nouitij nullo modo habeant singulos magistros sed plures subiaceant vni, nisi ipsi nouitij excesserint decimum & octauum annum, in solis locis paruarũ villarum, vbi non possunt fieri nouitiatus.

Magistri nouitiorũ charitatiue corrigant ipsos nouitios,

4 ITEM priores non permittãt nouitios ab aliquo

Nouitij omnes vni magistro subiaceant.

quo inferiore redargui,nisi a magistro suo , vel sub priore quod tamen raro fiat , & in magistri defectu euidēti. Nouitij non interfint fecretis capituli cuiufcunq;,fedfi ibi vocētur,faciant culpas fuas ante etiā profeffos laicos,& exeant.

5 ¶ ITEM ftatuimus , quod fi quis receptus fuerit in frattem,cum tonfura clericali, & tanquā clericus frater,& intra duos annos nefciuerit legere & intelligere competenter,nullo modo ad facros ordines poffit promoueri,fine expreffa licentia prioris generalis.Et fi quis permiferit fe ordini,fine prioris generalis,aut prioris prouincialis licentia,pœna grauioris culpæ per quadraginta dies rigide puniatur,& ab ordinis fufcepti executione,ipfo facto,fit fufpenfus, quoufq; a priore generali, vel capitulo prouinciali cum eo fit difpēfatum.Si vero etiam profeffus loco & voce carens ad ordines facros promoueatur, donec receperit per gratiam huiufmodi priuationis relaxationem,pœna grauioris culpæ per.xx.diespuniatur. Et prior promouens pœna vfurpantium,maiorum offitium corrigatur.

Nullus religionē ingreffus, fi infra duos annos non profecerit, promoueatur ad ordines.

¶ De labore fratrum clericorum & laicorum. Cap.xiiij.

Fratres nullo modo fint ociofi cuiufcunque conditionis exiftant.

1 MANDAMVS prioribus localibus & præfidentibus conuentuum quod omnes fratres fuos,tam clericos,quam laicos,per fanctæ obedientiæ meritum moneant , inducant , & fi opus fit compellant ad aliquid operandum, & femper eos in aliqua bona occupatione ponant,ac teneant,fub pœna

pœna grauis culpæ p duos dies,tā priori,quā ociosis aut vage discurrentibus infligenda, cū in regula mā detur semper aliquid boni operari, Nec volumus, quod priores,aut quicunq; maiores,permittantquo quo modo suos subditos ociose discurrere,vel vaga ri.Clerici studeant secundum quod fuerint dispositi & sempet post diuina peracta, occupentur circa vir tutes.Fratres vero laici vel semifratres,ad arbitrium sui prioris laborent , non solum intra conuētū , sed etiā extra,quilibet in arte sua & opere suo, vel quo cunq; alio, sub pœna inobedientium eis infligenda. Et fratres,tam clerici,quam laici sine murmure ope rentur,vbi & quando aliquid operandum , & laborandum est.

2 §FRATRES vero laici vbicunq; fuerint, siue in conuentu,siue extra, semper faciant fratribus cle ricis reuerentiam,& potissime existentibus in sacris ordinibus,sed præcipue sacerdotibus , eis humiliter respondendo,& cedēdo,sub pœna grauioris culpæ, quoties reprehensi fuerint infligenda. Quicunq; ordinem Iaicus intrauerit,nec literas discat,nec libros ad vsus proprios portet,nec conferetur,nisi per prio rem generalem cum aliquo, qui ad hoc fuerit reper tus idoneus dispēsetur. nec etiam ipsi laici almucias similes sacerdotibus deferant, vt per hoc ab alijs fa cilius distinguantur.Semifratres & fratres laici,post nouitios,dicant culpas suas,& moneantur in capitu lo,ac charitatiue corrigantur , & tunc egrediantur, nec intersint secretis capituli,nec habeant vocem in electionibus.

Fratres laici vbiq; faciant clericis reuerentiam.

Quicūq; ordinē laicus intrauerit nullo modo literas discat

3 §SEMIFRATRES sicut laici , profiteantur obedientiam,castitatem,& sine proprio viuere,vsq; ad mortē.Et dicant horas,sicut laici per regulā sunt astricti.

Ad quæ tenea ntur semifratres.

astricti. Et habeant habitum distinctũ ab alijs fratribus tunicas scilicet griseas vsq; ad mediã tibiã, & palliũ, siue tabardũ album, & capucia eiusdem pannise parata, & calciamẽta ligatia sicut fratres, & ad prioris arbitrium egrediantur, & regrediantur vt famuli & mittantur soli, vel cum socio, quoties priori videbitur expedire. Et fratres laici habeant tunicam griseam, & breuiorẽ clericis, pede medio, & pro necessitatibus cõuentus mitti poterunt soli, cum albo pallio. Semifratres, omnibus fratribus deferant, etiã laicis, tam in mẽsa, quam in alijs locis, & in ecclesia maneant inter chorum & capellas. Vltra horas laicorũ & semifratrũ expressas in regula. Statuimus, quod singulis diebus pro cõpletorio vigintiquinq; vicibus pater noster dicant, & legitimis actibus nõ impediti intersint missæ, & cuilibet pater noster subiungatur in fine Aue maria.

Laicorũ fratrũ habitus.

De studijs & studẽtibus in generali. Cap. xv.

1 *Studia generalia sint decem et octo.*

QVONIAM ignorantiã cognoscimus esse erroris matrẽ, & cuiuslibet status ruinã. Ideo ordini nr̃o super hoc ꝓuidere cupiẽtes. Statuimus, quod ĩ ordine sint studia generalia decẽ & octo, videlicet Parisiorũ, Tolosæ, Bononiæ, Florentiæ, Montis Pesulani, Cataloniæ, Londonis, Coloniæ, Auinionis, Papiæ, Parpiniani, Burdegallæ, Viennæ, Andegauis, Paduæ, Ferrariæ, Cathaniæ, Senarũ, In quib' omnibus sint cõtinui regẽtes & lectores artiũ, cũ studẽtibus idoneis. In conuẽtibus vero in quibus non sunt vniuersitates, ordinẽtur regẽtes, qui

qui habeant legere scripturam sanctam,& illã aperte declarare etiam simplicibus,qui teneantur quotidie audire vnam lectionem. Sint autem ipsi regẽtes sic ordinati in singulis conuentibus,sufficientes legere artes ac comparere,& honorare religionem in locis publicis.

2 §. INSVPER ordinamus,quod quælibet prouincia possit mittere duos studentes ad quodlibet studium generale,ita tamen, quod prouincialis authoritate propria, nullum studentem extra prouinciam mittere possit,sine diffinitorum capituli prouĩcialis assensu. Declarãtes,quod si in aliquo cõuentu essent plures idonei ad studia, qui mittẽdi essent ad aliquã vniuersitatem,conuentus ille non teneatur solitam subuẽtionem dare nisi vni , vel duobus,a saniori & maiori illius cõuentus parte electo,vel electis, neq; talis prouisio detur cuiquam,vltra quinquenniũ. Decernentes insuper, quod quilibet cõuentus ordinis habens facultatem nutriendi octo fratres, teneatur manutenere vnum iuuenem in studio, & ei solitam subuentionem dare,sub pœna priuationis prioris, & rebellionis fratribus dicti conuentus infligenda. Prouinciales etiam de assensu diffinitorum capituli prouincialis,poterunt studentes parisijs,& alibi promotos,propter culpas commissas,nõ punitas, ante terminum reuocare, aut etiam pro alia iusta causa. Si tamen ad studia generalia extra suamprouinciam mittantur pro tractatibus,aut veteri logica audiendis primitus. Prior non tenebitur recipere,sed poterit suo prouinciali,vt prouideat eis de studio particulari transmittere,aut ad prouinciam eorum remittere. Item parisios pro gradu lectoriæ, nullus mittatur,nisi prius legerit in sua prouincia logicam,& natura-

Quælibet prouĩtia potest mittere ad studia duos studentes

Subuẽtio studentibus vltra quinquẽnium nõ detur.

Quilibet cõuentus nutriens.viij.fratres manuteneat vnũ studentem.

turalem philosophiam, exceptis scolaribus prouinciarum insularum. Etiam nullus mittatur ab italia vltra montes, nisi pro theologia, vel philosophia audienda, absq; prioris generalis licentia.

Nullus discolus promoueatur ad studia & tales promoti reuocentur.

3 ITEM statuimus, quod nullus discolus cuiuscunq; prouinciæ, vel rixosus, aut qui brigam fecerit, viciosus, vel aliunde inhonestæ conuersationis suspectus, qui etiam crimen perpetrauerit, vel scādalum notabile fecerit, etiam si ab ordine non recesserit. Similiter etiā qui aliquando ab ordine apostatauerit ac spurius, aut in alio ordine fuerit professus alias, ad nostrum etiam veniens, cum dispensatione sedis apostolicæ, vel dimissorijs primi sui ordinis, promoueatur ad aliquod studium parisijs, vel alibi, nec ad lectoratum, subprioratum, vicariatum, aut superius officium, sine expressa dispēsatione prioris generalis aut illius, cui super hoc vices suas specialiter & expresse cōmiserit, nec infra suam prouinciam, nec extra, sub depositionis prouincialis ab officio & inhabilitatis diffinitorum ab actu diffiniendi in posterūt Nec exprouīcia angliæ promoueatur aliquis ad studium oxoniensis vel cantabrigienensis, nisi prius sex frates, quotum aliqui sint priores, qui eius cōuersationem noscant iurent, quod talis non est rixosus, discolus viciosus, male suspectus. &c. subpœna simili scilicet depositionis ab officio prouincialatus & diffinirorum ab actu diffiniendi in posterum. Hoc idē de bacalarijs alibipromouendi, obseruari mādamus volentes quod si ex quacunq; prouincia, tales fuerīt aliquando promoti, aut in studio, ad quod tales sunt missi, tales reperti, ipso facto sint priuati perpetuo, omni studio, & Prior prouincialis illius prouinciæ, vel etiam prior localis parisiensi. aut alterius, talem rixo

rixosum discolum brigosum.&c. ad suam prouinciã remittere teneantur. Item ordinamus, quod in quolibet capitulo prouinciali promoueantur ad studia generalia, secundum quod reperiuntur in moribus, & scientia magis idonei, iuxta conscientiam præsidentis & diffinitorum. Et si in dictis conditionibus inuenirentur æquales, & non possent simul promoueri, antiquior in ordine proponatur, quod si cõtra hanc ordinationẽ ex inordinato fauore aliquis pro moueretur. Prior generalis super hoc diligenter informatus, habeat promotum reuocare, & postpositum promouere, prouincia tamẽ angliæ, quo ad hoc suis relinquitur cõsuetudinibus. Cæterum quælibet prouincia poterit quotquot idoneos studentes voluerit parisios destinare, cum contributione, qui termino cõpleto, ad suas redeãt prouintias nõ vocati.

In quolibet capitulo prouinciali pro moueantur ad studia ect

4 MANDANTES, quod nulli studentes, a quibuscunq; studijs generalibus redeant ad suas prouincias, ante terminum eis præfixum, sine prioris generalis vel prouintialis licentia, sub pœna inhabilitationis ad vlteriorem promotionem, quam tamen licẽtiam dare poterit prouincialis, de assensu diffinitorũ sui capituli. Neq; prior studij generalis habeat talibus licentiam dare ad eorum instantiam, sub pœna depositionis ab officio. Nulli etiam extra prouinciã suam promoueantur, nisi cum præfixione temporis quod si factum fuerit, non redeant absq; vocatione literali sui prouincialis, vel licẽtia prouincialis illius prouinciæ, ad quam sunt destinati, sub pœnis præmissis. Item studentes qui non steterint parisijs integre per spacium duorum annorum, non gaudeãt gradu lectoriæ, neq; habeant testimoniales, sub pœna depositionis ab officio prioris, & priuationis contributionis

Studẽtes ante terminũ eis præfixũ, ad suas prouincias non reuertantur

Nullus extra prouinciam suam promoueatur, nisi cum præfixione temporis.

nis taxate pro magistro regente conuentus parisien sis si cōsenserit in hoc,& taxate pro magistro studētium,si expedierit ante tempus debitum. Et priorge neralis atq; prouintialis,sic taxata non tenētur con tribuere.

Magistri regentes cathedram quoq; tempore nō dimittant.

ITEM statuimus,quod magister regens cōuentus parisiensis,& cuiuslibet cōuētus in qualirer vniuersitate constituti,cathedram, quocunq; tempore nō dimittat,quacūq; necessitate ocurrente,nec aliū regētem,sua voluntate substituat,sine prioris generalis licentia speciali,vel capituli prouincialis. Nec extra ciuitatem vltra vnam dietam se elongate præsumat,nisi pro negocijs vniuersitatis, aut cōuentus sub pœna priuationis vocis & loci,& similiter contributionis ab ordine taxatæ pro regentia . Et casu quo se absentatet cōtra præsens statutum, magister iunior in cōuentu existens, regentis vices suppleat, eum emolumētis facultatis,nec ille redeunti cedat, nisi prior generalis aliter d̄ regētia disponere discer neret. Item ordinamus,quod magister regens, rā Parisijs,quam vbiq; in locis vniuersitatum , postquam suum successorem incathedrauerit, manere poterit ibi,quousq; suo immediate successori alius succedat tanquam magister vacans,nisi prior generalis alium magistrum vacantem ordinasset. Similiter statuimus quod in anglia,quilibet magister in vniuersitatibus oxoniorum & cantabrigiæ,per biennium legere teneatur,nisi prior prouincialis propter causam legitimam,& necessariam,de cessatione actu regentis,& inceprione sequentis in fine secundi anni,aut circa, aliter ordinauerit, sub pœna priuationis vocis & loci,tam regenti,quam inceptori pariter infligenda. Item in eisdem vniuersitatibus oxoniensi, & canta-

Magistri in vniuersitatibus exoniorum et cantabrigiæ per bienniumlegere teneantur.

brigiæ

brigiæ legentes sententias per biennium legant, sub pœna priuationis vocis & loci ipso facto,& inhabilitatis ad magisterium. Committimus tamen prouinciali & diffinitoribus facultatem,in casu, dispẽsandi in præmissis,quando eis videbitur expedire. Item de biblico parisiensi,statuimus,quod a principio suo,lectiones continuet,vsq; ad fœstum natiuitatis beatæ mariæ,nec possit eas dimittere, sine prioris licentia generalis,& si in oppositum fecerit, generalis teneatur distributionem ab ordine pro biblia taxatã non soluere.

Prouicialis poterit ĩ premissis dispẽsare.

6 ¶ ITEM firmiter statuimus, quod nullus promotus ad lecturam sententiarum extra vniuersitatẽ parisiensem,præsumat gradus licentiæ, aut magisterij suscipere,absq; expressa licẽtia prioris generalis specialiter concessa, non obstante quod in littera suæ promotionis haberetur,quod vsq; ad gradum magisterij procederet inclusiue, & hoc sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis gradus honorum perpetuo.

Nulli promoto ad lecturã sententiarũ extra vniuersitatẽ parisieñ. conceditur gradũ magisterij suscipere nisi.&c.

7 ¶ ITEM statuimus,quod quilibet bacalarius,qui sententias legerit in quacunq; vniuersitate, ad hoc vt formetur, remaneat in sequenti anno,& sit magister studentium, legatq; philosophiam naturalem vel moralem,parisijs vero solùm moralem,vel theologiam legat. Ordinamus, quod si magister studẽtiũ conuentus parisiensis sit absens,semper iunior bacalarius formatus,sit magister studentium. Mãdantes, quod in omni studio , magister studentium omnes actus scolasticos fieri consuetos,intus vel extra infallibiliter exerceat,& sequatur , & specialiter , quod omni hebdomada , semel ad minus , habeat tenere questionem,alioquin, priuatus cum tali magisterio

Bacalarij ad hoc vt formẽtur, quid agere teneãtur.

 volẽtes

volentes, quod alius eo senior exerceat vel per magistrum regentem cum consilio meliorum studij, de alio prouideatur. Et vltra, pro illo qui ex negligētia obmittit, nihil illo anno deraxata communi, contributione suæ prouinciæ soluatur.

Prohibetur in quacūq; vniuersitate baginatio.

8 § ITEM inhibemus sub pœna expulsionis & reuocationis a studio, & cum priuatione vocis, & loci ipso facto, ne aliquis studēs parisijs, vel alibi, aut graduatus ibidem audeat, vel præsumat aliquen studentem nouum, quem beianum appellant, parisijs decætero beianare, per quemcunq; modum ludi, vel per quemcunq; tactum mediatum, vel immediatū, aquæ straminis, vel altetius rei, sed tātummodo ab illis de sua prouincia, seu natione, vnā moderatam refectionem, suscipere, volentes, quod quilibet studēs statim dum parisios, vel ad aliam vniuersitatem nouiter aduenerit. Iuret in manibus prioris, & coram cōuentu statutum istud firmiter obseruare. Et prior, hoc iurare, si opus sit compellat, antequam recipiat eum in conuentu. Et si postmodum in contrarium venetit, infamis, & periuris reputetur, necvocem, aut locum aut promotionem suscipere valeat, sine prioris generalis dispensatione, antequam admitti valeat ad testimonium, aut alium actum legitimum, Et prior habeat eius excessū priori generali intimare infra tres menses, sub pœna priuationis officij, & quotūcunq; emolumentorum ordinis.

§ De studijs specialibus. Cap. xvj.

Prouīcialis in sua prouincia prouideat de loco pro studētibus.

1 ORDINAMVS, quod in qualibet prouincia, fratribus capacis ingenij, qui in grammatica, logica, philosophia, theologia, ad profectū ordinis poterunt erudiri. Prior prouincia

uincialis de aſſenſu diffinitorum capituli,locum vel loca ordinet,& de lectore,& informatoribus proui deat,ſub pœna grauioris culpæ per ſex dies. Mandā tes,quod pro prædictis,lectore, ac informatore, & magiſtro iuuenum,per prouincialem & diffinitores aliqua penſio taxetur de communi prouinciæ. Vel de conuentibus vbi legent,eiſdē prouideatur. Quod tamen nolumus fieri,niſi legentes logicam,& philo ſophiam. Semel ſaltē, qualibet hebdomada ordinarie diſputauerint,durāte ſtudij tempore,& quotidie circulariter. Quod ſi nō fecerint vlteriori promotio ne priuentur,donec per capitulū prouinciale,aliqua facta retardatione cum eis diſpenſetur, ſi ſteterint per eorum negligentiam & defectum. Idē volumus de legentibus tractatus & grammaticalia,niſi omni die legibili colationē fecerint, vt ipſi poſſint recognoſcere ſi ſtudentes attendant.

Studētes ſcotiæ & Iberniæ deſtinati ad ſtudia Angliæ, ad quæ teneantur.

2 S. VOLVMVS,quod prouintiæ,Scociæ,& Iberniæ,vltra illos duos ſtudētes, quos ſicut aliæ prouinciæ mittere poſſunt,alios duos poſſint pro logicalibus,& phiſicalibus,ad ſtudia Angliæ ſpecialia deſtinare. Volumus etiam,quod omnes ſcolares ad prædicta ſtudia miſſi,ſecundū ordinationem prioris, & magiſtri ſtudentium,lectiones audiant magiſtrorum bacalariorum,& lectorum, & diſputatione frequentent,& alios actus ad ſtudium pertinentes, chorum etiam ſequentur,prout per dictum priorem, & magiſtrum eorum fuerit ordinatum,ſub pœna grauioris culpæ per duos dies negligentibus infligenda. Quia vero religioſos decet ad hoc ſtudere vt hæreſes,& vicia extirpentur,eaq; legere,quæ ſibi, & pro ximis in fide, & moribus prodeſſe dignoſcuntur. Statuimus, quod nullus cuiuſcunq; gradus exiſtat,

Nullus audeat fantasticas imaginationes legere aut prædicare.

lecturæ vel studio deputatus, scientia sana relicta, sequatur, vel teneat, fantasticas imaginationes seu opiniones, quæ prima facie male sonare videntur, quibus nec studeat, nec eas docere, legere, vel prædicare audeat, sub pœna priuationis studij, & gradus habiti, vel habendi. Studeant autē omnes in primis doctorū nostri ordinis determinationes sustinere, & allegare

In quolibet capitulo prouintiali ordinentur magistri bacalarij, ad legendū i sua prouintia.

3 § ITEM ordinamus, quod magistri, bacalarij, lectores in quolibet capitulo prouintiali ordinentur ad legendum in sua prouincia, si sani fuerint, nisi ex magna multitudine contingeret eos vacare, & nisi pro aliqua causa vtili toti ordini, vel exordinatione prioris generalis essent legitime occupati. Itē nullus gaudeat gradu lectoriæ, nec habeat alium locum in ordine, nisi secundum antiquitatem, qua in ordine fuerit receptus, si ordinatus ad legendum per priorē generalem, in aliquo conuentu, nullo ibi alio magistro bacalario, aut lectore ordinato ad legendū actu solenniter non principiauerit, & disputauerit, & legerit .xxv. aut .xxvj. lectiones infra annū, nec aliquid taxationis prouinciæ, aut cuiuscunq; communitatis pro eodem tribuatur, non intendētes per hoc quin in studijs generalibus aut specialibus, habeant lectiones cōtinuare, & alios actus scolasticos excercere a fœsto omnium sanctorum, vel ante, vsq; ad pētheco stem, vel vltra, secundū morem illius studij, nisi per priorem generalem, aut propter necessitatem ordinis, alias fuerit legitime impeditus. Item nullus pro lectore habeatur, etiam postquam compleuerit tempus sui studij parisijs, vel alibi, nisi fuerit ordinatus ad legendum per priorem generalem, & actu legerit secundum promotionem. Item nullus alicubi legere, vel disputare præsumat publice, nisi licentia-

Nullus gaudeat gradū lectoriæ nisi &c.

Nullus pro lectore habeatur nisi eet

Nullus publice legere præsumat nisi c̄ licentia.

tus

tus per priorem generalem, aut per capitulũ generale, vel prouintiale fuerit ad hoc ordinatus.

De prærogatiuis graduatorum. Cap. xvij.

STATVIMVS, quod magistri in theologia parisienses magistros cuiuscunq; alterius studij in quocumq; loco, & actu antecedant, & bacalarij bacalarios, sicut parisiẽse studiũ inter alia studia obtinet pricipatũ, nisi excessus notabilis puta quinq; vel saltem quattuor annorum magistros, & bacalarios aliarum vniuersitatũ, illis preponeret rationabiliter, & præferret. Item volumus, quod magistri, qui in alijs vniuersitatibus lectiones continuauerunt, & cursum legitime compleuerunt, pariter præferantur illis, qui etiã ex consensu prioris generalis de gratia magisterium impetrassent, & debitos cursus non fecissent. Et qui impetrauerint sine cõsensu non obstante, quod capitulum generale relaxasset eis priuationis pœnas, semper vltimum locum post illos, qui cum consensu gradu impetrauerint teneãt Item volumus, quod omnes magistri in theologia, qui per ordinem fuerint promoti, vocem & locum obtineant in capitulis prouincialibus, nisi aliũde essent voce & loco priuati. Cæteri autem nõ habeant nisi sint priores, aut electi eorum socij. Item magistri bacalarij, lectores actu legentes, post priorẽ locum & vocem teneant primo in conuentu, nisi subpriorem vices prioris tenere contigerit, vel supplere, ita quod, si contingat omnes prædictos simul in vno cõuentu manere. Magistri, bacalarios, Bacalarij Biblicos

Theologi parisienses præcedant alios theologos nisi &c.

Gradus præcedentiæ

Biblicos,Biblici Lectores regentes præcedat, seruato ordine præmisso.Item volumus,quod lectores sine demeritis vacantes, suum locum teneant in choro,refectorio,post actu legentẽ in cõuẽtibus vbi degunt,nisi forsan essent aliqui emeriti senes, morum grauitate merito præponendi illis,vel eorum aliquibus.In capitulo autem conuentuali habeant huiusmodi lectores vacantes,locum & vocem secundum antiquitates suas.

Quibus sint socij assignãdi.

2 ITEM præcipiendo mandamus,omnibus prioribus prouincialibus etiã localibus ac vniuersis fratribus,vt in reuerentia bona habeant magistros, bachalarios,& patres senio venerabiles per priorẽ generalẽ declaratos emeritos,ac lectores actu legẽtes quibus magistris,bachalarijs,& patribus emeritis,& actu legentibus lectoribus, habeant ad eorum pacẽ socios assignare,ad eis ministrãdum. Item ordinamus, quod nullus localis prior,aut bachalarius,vel lector etiã regens,aut alius frater per se,vel per alium , famulum aliquem sæcularem teneat in conuentu. Poterit tamen procurator ordinis ad expensas cõmunitatis conuentus,vbi erit curia, vnum tenere famulum quo ad victualia,& non vltra.Si quis autem oppositum fecerit,loco & voce priuetur eo facto , super quo statuto,nec prior prouincialis,nec capitulũ prouinciale,sed neq; prior localis consentiẽre conuentu,poterunt dispensare. Et sub eadem pœna terminarijs mãdamus,quod cum redierint peractis terminis,se indilate de suis famulis expediant sub inobedientium pœna.Excipitur semper reuerẽdissimus pater ordinis impremissis

Nemini conceditur habere famulum sæcularẽ,nisi &c.

3 ITEM ordinamus,& præcipimus,cum magistri in theologia debeant esse in exemplum aliorũquod

omni

omni die, tam in magna missa, quam in vesperis habeant interesse, nisi habeant legitimum impedimentum, et diebus dominicis, & festiuis celebrare, sub pœna rebellionis, & idem de licētiatis, & bacalarijs formatis intelligimus. Declarantes, quod omnes ex presi, si nullo cursu peracto, sed ex sola gratia essent ad gradus prouecti, teneantur diurnis officijs interesse rationabiliter diebus singulis, & similiter celebrare. Lectores vero non actu legentes, omni die habeant interesse omnibus diuinis, etiā in matutinis diebus dominicis, & festis solennibus, & ponantur in tabula communi.

Quibus horis, graduati tenētur interesse & quando celebrare.

§ De prouisione, & taxatione pro studentibus, & alijs facienda. Cap. xviij.

QVONIAM conuentus parisiensis victui magistrorum, bacalariorum, & studentium continue conuenientium non posset prouidere sine contributione, prout in antiquis statutis cōtinetur. Ordinamus quod procuratoribus, magistris vacantibus, bachalarijs, & omnibus studētibus qui parisijs stabunt, a suis prouincijs contribuatur. Dēpris magistro regente, priore, & bachalario actu legente sententias. Quos sine contributione simpliciter ordinamus esse. Et etiā volumus, quod prouincia Frāciæ vnum studentem sine contributione possit parisijs omni anno habere, cum dicta prouincia contribuat studentibus, & bachalarijs, ac magistris dicti cōuentus, sicut alijs eiusdem prouinciæ communiter, & nihil aliud a dicto recipiat. Et etiam studētes dictæ

Per quos, et quomodo debeāt fieri cōtributiones in conuentu parisiensi: pro magistris &c

Prouĩciales quam citius poterũt expedi ant pro studentibus cõtribuãt.

prouinciæ pro sermonibus faciendis per ciuitatem parisiensem,& in confinio plus cæteris laborent. Volentes & ordinantes, quod qualibet prouincia pro quolibet studente,& bacalario, quem tenebit parisijs ad expensas prouinciæ, quolibet anno florenos auri de florentia,vel æstimationem,duodecim cõtribuat. Et prouincialis citius quam poterit, dictã summam eis expediat,ne propter huius defectum,a profectu studij quoquo modo retardentur. Et sub depositionis pœna de taxationibus communitatis prouĩciæ nihil prouincialis sibi audeat pro vestuario, aut alijs,vel alteri personæ,vel communitati alicui præstare,aut applicare,quousq; de taxatione studentiũ fecerit,vt dictum est.

De taxationibus cõmunitatis nihil sibi detineat prouĩcialis pro vestuario.

2 ¶ E T consimiliter de eadem,pro communi ordinis distributione ordinata priori generali,vel ei,cui recipere commiserit mittẽda,fecerit. Ordinationes enim pro bono pacis,& propter necessitates cogentes,vt de cætero omnes taxationes communis ordinis,omnium prouinciarum,non obstantibus quibuscunq; consuetudinibus antiquis, mittantur, vel soluantur priori generali vbicũq; fuerit, seu de eius mandato,suo vicario, aut fratri ad eas recipiendas deputato; approbamus & confirmamus, cum hoc quod ipse prior generalis habeat per se vel per aliũ deputatum per eum,tam in romana curia,quam alibi ordinis negotia pertractare. Et notandum quod annus contributionum pro conuentu parisiensi incipit,& terminatur in festo assumptionis beatæ mariæ virginis. Quare ordinamus,quod si aliquis bacalarius esset parisijs licentiatus in theologia,ante festum assumptionis beatæ Mariæ, nulla taxatio anni sequentis soluetur pro eo; si vero post dictum festũ licen

Taxationes cõmunes ordinis soluantur priori G. vbicunq; fuerit.

Prior G. tã in curia,quã alibi ordinis negotia per se,vel per aliũ pertractabit.

licentiatus fuerit, volumus, quod pro quolibet mense, quo per duos dies ibidem fuerit, contribuatur vnus florenus florensis, & si tempus elapsum fuerit quo cathedrari debuit, & manere parisijs permittatur, soluatur modo consimili pro eo a benefactoribus eius, vel alijs quemadmodum pro bacalarijs. Et quicunq; scolaris venerit parisios per duos menses ante dictum fœstum Assumptionis, cōtribuatur pro eo a prouincia, vel a benefactoribus pro quolibet mense vnus florenus florentiæ, si autem per tres mēses, aut plures ante dictum festum venerit, conuētus parisiensis integram recipiat contributionem vnius anni, ac si venisset in fœsto elapso assumptionis. Cōcedimus tamen bacalario lecturo sententias, vt possit per duos menses stare ante assumptionem, vt possit ordinare de suis principijs sine contributione. Et similiter possit biblicus lectiones continuare vsq; ad fœstū natiuitatis beatæ Mariæ. Et si vltra duos menses eum remanere contigerit, pro quolibet mēse conuentus parisieñ. recipiat vnum florenum florensem, & per tres aut plures menses recipiat anni integram solutionem. Itē ordinamus, quod pro quolibet studente qui fuerit post fœstum Assumptionis per dies octo, conuentus recipiat integrā anni contributionem, etiam si post illos octo dies recederet Si autem contingeret eum mori infra duos menses volumus, quod quolibet mense conuentus recipiat tantum vnum florenum, si vero post duos menses obierit, conuentus plenam anni solutionem habeat recipere. Itē statuimus, quod omnes studentes parisijs promoti ad expensas suæ prouinciæ, aut suorum benefactorum diligentiam adhibeant, vt vnius anni integra contributio infra octo dies, postquam in cōuentu

Quomodo et quādo soluē dæsint taxatiōes pro studētibus conuentus parisieñ.

Bacalario lecturo senten tias in cōuētu parisiensi per duos mēses antefestū assūptionis cōceditur et cetera.

Biblicus lectiones cōtinuabit.

Studētes parisijs promoti diligentiā adhibeant, vt infra octo dies, vnius anni integra cōtributio persol uatur.

nentu erunt recepti, persoluatur, quod si non fecerint, prior vel præsidens in conuentu habeat eos remittere ad suas prouincias, sub pœna absolutionis ab officio, & priuationis omnium gratiarum, & emolumentorum ordinis, quousq; sit dicto conuentui satisfactum, hæc idem habeant similiter facere, qui promoti sunt ad expensas benefactorum in secūdo anno scilicet soluere infra octo dies postquam ipse secundus annus fuerit incœptus, vel eos prior remittat, sub pœna prædicta. Prouinciales autem singuli pro promotis ad expensas prouinciæ in secūdo anno, habeāt taxationes illorum mittere ante fœstum omnium sanctorum, sub pœna depositionis; si defectus esset ex eorum negligentia. Et si contingeret aliquos vocari per capitulum prouinciale, pro motos ad expensas prouinciæ in secundo anno, soluāt secundum ratam temporis, sic tamen quod ad minus fuerint per menses decem & octo, & soluerint conuentui taxam vnius anni cum dimidio, aliter aliquis non sit lector reputatus, sed promoti ad parētum, & amicorum expensas non vocentur, quando completam persoluant contributionē anni totius.

Poterit prior G. in casu contributiones in conuentu parisiensi augmentare.

Committimus priori generali pro crescente pœnuria victualium ibidem, quod possit augmentare cōtributiones prædictas, secūdum quod sibi visum fuerit expedire, & mediantibus prædictis contributionibus habeat conuentus prouidere de victu scilicet pane & vino, & piatantia in communibus mensis solum, de quibus facta est mentio in rubrica de cōmestione, & illis qui possunt extra comedere, prout ibi cōceditur. Et eo casu, quo cōuentus nō prouideret, vt dictū est, teneatur cōtributionem nō recipere

Nullus studij aut conuentus parisiensis cuiuscunq;

gradus

gradus aut cõditionis existat, cõtributionẽ siue pro se, siue pro alio, conuẽtui parisiensi debitam, audeat recipere, aut retinere, sine prioris & custodũ licẽtia & assensu, sub pœna proprietariorum infligenda.

3 ¶ ITEM statuimus, vt prouisiones, & contributiones cõmunitatis ordinis, tam in capitulis generalibus, quam in prouincialibus, fiãt de cætero ad florenos florentiæ. Et ordinamus, quod pro priore generali, & eius socijs ac seruitoribus, cum procuratore in curia romana, prouideatur pro vestuario & victu, ac alijs necessarijs expensis spectantibus ad officium generalis pro conseruando, & manutenendo ordine, tam in curia, quam alibi, a tota communitate ordinis, per discretionem diffinitorũ capituli generalis, & similiter prouideatur pro expensis faciendis, in causis, & negocijs communibus, per ipsũ pater generalis expediendis. Similiter etiã in capitulis prouincialibus singularum prouintiarum, fiat vna taxatio communis pro dispensatione, & prouisione ordinatorum ad legendum, tam magistrorumquam bachalatiorum, lectorum, magistrorum, studẽtium, informatorum, pro vestuario prouĩcialis, socij, salarij famuli, & communi distributione ordinis de qua supradictum est. Et pro quibuscunq; causis in prouĩcijs, & non æqualiter a conuentibus soluantur. Itẽ statuimus, quod regentibus, & lectoribus ordinatis ad legendum in aliquo conuentu, tam pro se, quam librorum vectura, moderatæ expensæ soluantur, a conuentibus ad quos mittuntur. Poterit autem prior generalis conuentus deputatos ad tenẽda studia generalia eximere a taxatione soluẽda propter onus studij, quod habent, quando sibi videbitur expedire.

Cõtributiones cõitatis ordinis fiãt ad florenos florentiæ.

Pro priore G. & procuratore ordinis prouideatur de vestuario. &c.

In capitulis prouincialibus fiat vna taxatio cõmunis pro prouisione ordinator ad legendũ &c.

De

§ De fratribus infirmis,& eorũ cuſtodia. Cap. xix.

Fratres incipientes infirmari ſtatim confiteanturpriori

I STATVIMVS, vt cum fratres noſtri incœperint infirmari,ſtatim confiteantur priori,vel de licentia eius,petita & obtenta, alteri fratri idoneo. Et ſimiliter communicentur indilate, tamen hora honeſtiori ad hoc ſeruata,& magis reuerenti,antequam cibum capiant,niſi infirmitas nimium eos perurgeret,Et his peractis,ſuper omnia, diligẽs cura ipſorum infirmorum,de cœtero habeatur, ſecundum indigentiam infirmitatis,& omnino eis prouideatur ſecundum conſilium medicorum, de quibus prior indilate habeat prouidere. Et aliquis deuotus frater & amicabilis non aliunde occupatus, eis ſpecialiter aſſignetur,qui ſciat,& poſſit,&debeat competenter & amicabiliter miniſtrare, ſub pœna grauioris culpæ per decem dies tranſgreſſoribus infligenda.Cum autem horas canonicas,grauati morbo,non poterunt dicere,tunc ſi ſuſtinere poſſunt,dicantur coram eis ab aliquo,ſub pœna grauis culpæ ſi dicere renuerit infligenda.Inhibemus autem prioribus,& præſidentibus, ne vltra vnam diem, de bonis cuiuſcunq; communitatis,prouideatur infirmo, niſi primo confeſſus fuerit, vt dictum eſt, & ſi poteſt fieri communicatus.Et ſtatim habeat bonaquorũ vſum habuit infirmus reuelare, in præſentia duorum,vel trium,aut plurimum fratrum de conuentu Item præcipimus & mandamus, vt infirmis fratribus prouideatur de neceſſarijs in ſuis infirmitatibus per priorem, vel procuratorem, prout opus erit, inſpectis ætatibus, infirmitatibus & conditionibus

Infirmis prouideatur de ſeruitore eis amicabili.

De bonis cõmũitatis nõ ꝓuideatur infirmo niſi &c

nibus singulorum prout dicitur in regula. Statuẽtes casu quo, priores, procuratores, vel vicarij, facerent contra hanc ordinationem, quod prouinciales, sub pœna depositionis ab officijs habeant eos punire, secundum delictum, grauiori pœna.

Infirmus teneturreuela re bona que ad usum habuit in præsentia duorum, &c.

2 ITEM ordinamus, quod prioribus prouincialibus, & eorum socijs in suis infirmitatibus prouideatur de expensis a communitate suarum prouinciarũ sic quod conuentus qui expensas ipsas accõmodauerint, postea a tota prouintia repetant acommodata, nec prouĩciales, aut eorum nomine alij, repetere valeant, sed tantum modo conuentus ipsi, qui pro eis fecerunt expensas, sub pœna depositionis ab officio prouincialatus. De priore autem generali, & eius socijs, & famulis, atq; de procuratore generali in romana curia, duximus ordinãdum, quod simili modo in eorum infirmitatibus totus ordo, iuxta eorum conscientias, habeat prouidere. Et quod tempore infirmitatis eorum prouintiæ, vel conuentus in quibus ipsos infirmari contigerit, expensas ordini acommodare teneãtur necessarias & honestas, & postea a toto ordine repetantur, & restituantur ipsis conuentibus, seu prouincijs, qui mutuauerunt tantum, & non alijs personis.

Prioribus prouincialibus prouideaturde expẽsis in suis infirmitatibus &c.

Totus ordo prouideat priori G. pro eius infirmitate.

3 GRADVATIS autem conuentus parisiẽsis & studentibus per prouincias ad generalia studia missis, prouideatur de cõmunitatibus suarũ prouinciarum, iuramento prius ab eis (si conualuerint) præstito, de expensis in eorum infirmitatibus factis, iuxta arbitrium prouincialis, seu diffinitorum capituli prouincialis restituendis, ita quod, tempore infirmitatis suæ teneantur de bonis, si quæ habeant, aut habere possint a benefactoribus primitus adiuuari, & post modũ

Graduatis et studentibus ad generalia studia missis in infirmitatibus suarũ prouinciarum.

modum a ſuis prouincijs repetãtur modo prædicto

1 Et in caſu quo ita eſſent a benefactoribus deſtituti ſubſidio, quod nec libros, nec alia bona haberent, vnde ſibi in aliquo prouidere poſſent, volumus & ordinamus, quod conuentus in quibus infirmitatem patientur, eis expreſas in ſuis infirmitatibus, vel neceſſitatibus habeant acommodare cum hoc exigat charitas fraterna. Et poſtea tales expenſas preſtãtes, habeant a prouincijs & prouincialibus eorum, quibus fuerunt poteſtate recuperare, vt iuſtũ erit. Mandantes dictis prioribus prouincialibus, quatenus dictis cõuentibus, ſub pœna depoſitionis a ſuis officijs dictas expẽſas reſtituere ex integro, ſupra ſuam prouinciam curialiter teneantur. Idem antẽ de fratribus hoſpitibus venientibus pro negocijs ſuarum prouinciarum, vel cõuentuum aliquorum ad cõuentũ pariſienſem vel curiæ romanæ, ſi eos ibidẽ cõtigerit infirmari volumus obſeruari, ſicut de ſtudentibus in ſtudijs generalibus.

Prior negligens erga infirmos ab officio deponatur.

4 ¶ E T vt maior diligentia circa infirmos adhibeatur, mãdamus quod ſi aliquis frater infirmꝰ aliquod periculum notabile incurrerit per in prouidẽtiam, & duriciam priorum, aut procuratorũ, aut negligentiam miniſtri ſi prior fuerit in culpa ipſo facto deponatur ab officio, & rigidius cæteris puniatur. Si vero procurator, vel miniſtri fuerit in culpa, pœna grauioris culpæ per. xx. dies punie̾dus eſt. Item inhibemus ne fratres noſtri in domibus ſæcularium diu infirmi cõmorentur, vbi aliter poterit a fratribus ordinari. In locis autem noſtris vbi frater aliquis vndecumq; ſit, incœperit infirmari, ibi moram faciat, donec cõualuerit, niſi de licentia prioris generalis, vel prouincialis de eo, ex cauſa, aliter ordinetur, & prouideatur

Fratres infirmi in domibus ſæcularium nõ diu cõmorentur niſi. &c.

tur superius est expressum.

5 ITEM ordinamus, quod in quolibet conuētu ordinis nostri, vbi fieri poterit competenter, cōstruatur infirmitorium, etiam cū capella, in quo infirmitorio iaceant fratres nimium debiles infirmi, & ibi maneant, etiam singulis diebus audiant diuinorum officiorum, & specialiter missarum aliqua solennia celebrari. Item præcipimus quibuslibet prioribus localibus, sub pœna depositionis ab eorum officijs, vt in suis conuentibus sacrum corpus dominicū in maiori ecclesiæ altari, vel circa in loco decentissimo, & honesto pro fratribus, & familiaribus nostris in casu necessitatis communicandis, cum omni reuerentia semper sollicite referuetur, & sepissime renouetur, & potissime communionis tempore quo fratres habent communicare. Oleum etiam benedictum pro infirmis vngendis, quādo morti appropinquant quolibet anno innouetur, & in vase, & loco decenti & mundo, ac sub firma custodia in ecclesia, vel sacristia loco honesto resetuetur. Item quod habeantur libelli funerales, in quibus officium extremæ vnctionis, & ministrationis eucharistiæ, sepulturarum exequie conscribantur, & officia processionum faciendarum per anni circulum

In quolibet cōuentu, construatur infirmitoriū.

Corpus dñicū in loco honesto profratribus cōmunicandis cū omni reuerētia seruetur

Oleum bene dictum pro infirmis vngendis quolibet anno innouetur.

6 ITEM inhibemus prioribus prouincialibus, sub pœna grauis culpæ per .xx. dies, quod non permittant aliquos fratres in suis prouintijs, vti sciētia medicinæ, nisi ipsi adeo in dicta scientia instructi, & edocti, ac a sede apostolica dispensati forent, quod sine periculo, & scandalo ordinis tuto & salubriter, in ea operari ex sola charitate valcant.

Nullus frater poterit vti scientia medicinæ nisi &c.

De fratribus decentibus, & suffragijs pro eisdem faciendis, Cap. xx.

STA

Prior localis. prouinciali in dilate obitũ fratris in suo cõuentu decedẽtis denũtiet & prouintialis toti prouintiæ.

1



TATVIMVS, quod prior localis obitum cuiuscunq; fratris in suo conuentu decedẽtis cum omni festinationẽ priori prouinciali vbicunq; fuerit denunciet, subpœna grauis culpæ per tres dies prioribus negligentibus infligenda. Et prior prouincialis per omnes cõuentus suæ prouinciæ eius mortem indilate denunciare faciat, vt pro fratre mortuo fiant per omnes conuentus suffragia infrascripta. Statuimus vt in qualibet prouincia pro vno quoq; fratre defuncto illius prouinciæ, & pro quolibet patrono, cãtetur Placebo & Dirige, ac missa pro defũctis in singulis cõuẽtibus prouintiæ, quã primum eius obitus fuerit nunciatus. Item quilibet sacerdos per totam prouinciam dicat vnam missam & quilibet aliorum fratrum clericorum vnum nocturnum psalterij, & quilibet frater laycus triginta pater noster & totidem Aue maria. Item ordinamus quod pro priore generali, & eius socijs fiat per totũ ordinem, sicut pro fratre cuiuslibet prouinciæ debitum exequiarum, & similiter pro procuratore ordinis quando decesserit. Item etiam pro illis, qui in dictis officijs, generalatus aut procurationis generalis extiterunt, & idem similiter fiat de prouincialibus & eorum socijs decedentibus eundo ad generale capitulum, vel redeũdo ab eodẽ. Item ordinamus, quod magistri, bacalarij & quicunq; alij positi in officijs, extra suas prouincias, ac etiam studẽtes positi extra suas prouincias, decedentes ibidem, eadem emolumenta missarum & nocturnorum de suis prouinciis vnde sunt oriundi recipiant, ac si ibi fuissent conuẽtuales. Item, quod in omnibus cimiterijs nostris, fratres

Sacerdotes clerici et laici, pro priore. G. defuncto, & aliis fratribus defunctis quo modo tenentur orare.

Fratres a secularibus secreti sepeliantur.

tres a sæcularibus semoti sepeliātur, & monumēta fratrum a monumentis sæcularium distinguantur.

2 § ITEM statuimus, quod ter in anno fiat cōmemoratio cum vigilijs nouem lectionum, & missa solemnis pro fratribus defunctis nostri ordinis, & ter pro parentibus, & amicis fratrum, & pro omnibus qui in cimiterijs nostri ordinis sunt sepulti. Et ter pro patronis, & familiaribus, & benefactoribus, & pro illis qui litteras habuerunt fraternitatis. Primas tres missas cum officijs mortuorum nouem lectionum faciant fratres inter octauam epiphaniæ & purificationem beatæ Mariæ. Secundus ternarius fiat inter octauas paschæ & ascēsionis dñi. Tertius vero fiat inter festū sancti Michalis & festū omnium sanctorū. Item quilibet sacerdos frater nostri ordinis, vltra id quod tenetur dicere pro qualibet fratre decedente de sua prouincia, dicat annuatim specialiter pro benefactoribus, familiaribus, & litteras confraternitatis habentibus, tam viuis, quam mortuis nouem missas, quarum tres de sancto spiritu, tres de beata virgine, & tres sint pro defunctis. Quilibet autē frater non sacerdos sciens legere dicat singulis dominicis diebus, & festiuis solemnibus vnum nocturnum, secundū ordinē psalterij, cōputando a Dixit dominus vsq; Ad dominū cū tribularer pro vno nocturno, & deinceps vsq; ad finē pro vno nocturno, & qui legere nesciūt dicāt quolibet die dominico, & alio die celebri quinquaginta pater noster, & totidē Aue maria.

Ter ī anno fiat commemoratio pro fratribus defunctis.

Quilibet sacerdos tenetur dicere nouem missas. &c.

Quilibet frater non sacerdos tenetur dicere vnū nocturnum singulis dominicis, &c.

3 § ITEM statuimus, quod audita morte domini nostri papæ fiant in singulis cōuentibus exequie solemnes. Simili modo volumus, & ordinamus fieri pro domino ordinis protectore, postquam eius obitus denunciatus fuerit.

Exequiæ. D. Papæ et protectoris.

M De

¶ De diſpoſitione librorum & aliorum bonorum defunctorum fratrum habentium communē adminiſtrationem in ordine. Cap. xxj.

Cum qui cœperit grauiter infirmari, omnia eius repoſitoria claudantur et aliquo ſigillo. &c. 1

CVM frater habens temporalium bonorum adminiſtrationem cœperit infirmari grauiter, & maxime ſi nulla ſit ſpes conualeſcētiæ Prior cum conſiliarijs, & ſenioribus, ſeu diſcretioribus conuētus, neceſſarijs pro tempore receptis, omnia repoſitoria claudantur firmiter, & inſuper ſigillentur aliquo ſigillo, quod vna cum clauibus in archa communi reponatur, donec fiat debite inuētarium, nec aliquis ſub proprietariorum pœna præſumat aperire quodcunq; ſic clauſum, niſi præſente priore cum cuſtodibus & in neceſſitate. Item poſt huiuſmodi adminiſtratoris obitum, dum primo ſe dederit tempore oportunitas, fiat per eos diligēter inuentariū integrū, cuius copia in archa reponatur.

Qui habuerunt diſpoſitionem bonorū cōium, videlicet prior g. et prouinciales poſſūt de libris &c. 2

¶ ITEM volumus, quod illi qui habuerunt in ordine bonorum communitatū ordinis diſpoſitionē, puta prior generalis, prouinciales, procuratores ordinis, valeāt ſecūdū quod cōſciētia eis dictabit de libris quos ſcripſerūt, aut ſcribi fecerūt, aut aliter procurauerūt, & alijs bonis mobilibus, infra ordinē diſponere, & ordinare cōmunitatibus ordinis, prouinciarū, conuentū, & etiā ad vſum fratrū ſtudentium, prædicatorū, & aliorū, ſic tamen, quod proprietas taliū ſemper ſit alicuius cōmunitatis, nec poterūt huiuſmodi bona alicuius fratris vſui deſtribui, de quo probabiliter eſſet opinio, quod non eſſet in ordine permanſurus, vel quod in malis vſibus talia eſſet ex

poſiturus

positurus, quia tunc talia essent cõmunitati, cuius proprietas eorũ foret, relinquẽda. Et in casu, quod talia essent ad alicuius iuuenis vsum deputata, volumus, quod sint in custodia sui conuẽtus, donec deta li opinio honestæ vitæ certius habeatur.

3 ¶ ITEM si huiusmodi dispositores & ordinantes de bonis, quorũ indeterminatã administrationẽ habuerint, cõstituerĩt suævltimæ ordinationis aliquos fratres executores, volumus, quod statimpostquam aliquis talis defunctus fuerit, eius dispositio & ordi natio legatur sine mora, priore loci potestate cũ cu stodibus & senioribus cõuentus, etiam vocatis cõstitutis distributoribus si præsentes sint, quia lecta eius copia reponatur in archa communi.

Executores vltimæ ordinationis de facta distributione, tenẽturrationem redere prioribus, custodibus. & c.

4 ¶ ITEM ordinamus, quod huiusmodi instituti ha beant de facta distributione rationẽ reddere priori & custodibus & senioribus cõuentus, fuerint requi siti. Prior autẽ tã inuentaria bonorũ, quã computa prædictorũ habeat capitulo prouinciali præsẽtare, cui capitulo etiã reddatur ab illis đ distributiõe facta ratio, quæ a dicto capitulo approbetur vel reꝓbetur

5 ¶ ITEM volumus, quod libri & bona quæ studẽtes in aliena prouincia, habuerũt suis prouincijs & cõuentus restituãtur, vt superius in paragrapho pro ximo fuit expressum. De fratribus vero in alieniscõ uentibus suæ prouinciæ decedentibus, fiat similiter suis cõuẽtibus de libris, quos ĩ illis scripserãt vel pro curauerãt, nisi cõuẽtus eorũ fuisset latioris vitæ, & ex deuotione se vna cũ ꝑmissis mobilibus, dedissent cõuentui obseruãtiæ, quia tũc in illo cõuẽtu obseruãtiæ, volumus talia remãere, cũ hoc tamẽ, quod cõ uẽtus ille sit sub priori nr̃i ordinis generali, ꝑut esse debẽt oẽs obseruatores votorũ emissiæ ꝓfessionis.

De bonis fratrum in alienis conuentibus suæ prouinciæ decentibus quid agendum.

§ De sigillis & literis. Cap. xxij.

Sigillum cõitatis conuentus. 1 Quid de sigillis & sigillationibus cõitatis ordinis & prouinciarum, aut etiam prioris generalis, & prouincialium agendum sit, dicetur in fine capitulum de celebratione capitulorum generalis & prouincialis. Cuiuslibet autem conuentus sigillum commune, reponatur in archa communi cum papyro conuentus, nec aliqua litera sigilletur, nisi à maiori & saniori parte concedatur, sub pœna falsariorum. Et exprimantur omnia nomina fratrũ qui consenserunt.

Sigillũ vicariatus conuentus. 2 § I T E M mandamus, quod in quolibet conuẽtu sit sigillum vicariatus, quo in prioris absentia, præsidens vtatur, in sigillatione literarũ, quæ aliter essent sigillandæ sigillo prioris, non tamen sigillando aliquas a priore prohibitas.

Falsarius sigilli. 3 § I T E M statuimus, quod falsarius cuiuscunq; sigilli cõitatis aut officiarij, siue in ordine, siue extra ordinem, si confessus vel conuictus fuerit, carceri mancipetur quamdiu priori generali videbitur expedite.

Nullus portet sigillum nisi &c. 4 § I T E M nullus portet sigillum, nisi fuerit præsidens in ordine aut procurator noui conuentus, vel ĩ gradu lectoratus aut supra, nisi Prior generalis aut capitulum prouintiale aliquibus honestis fratribus, secundum suam decentiam, forsiran concesserint, sub pœna grauioris culpæ infligenda per tres dies, quotiescunque reperientur apud eos sigilla.

Nullus frater mittat literas aliquo nisi. etc. 5 § I T E M nulli fratres mittant literas aliquo, nisi prius videantur a suis prælatis, & licentiam ab eisdẽ habeãt

habeant recipiendi literas vel mittendi. Poterit tamen omnis subditus scribere suo maiori, & ab illo literas suscipere, quas non tenebitur inferioribus ostendere. Et si quis literas priori generali vel prouinciali missas, scienter aperuerit. vel detinuerit malitiose, locum & vocem amittat, & secundum quantitatem delicti, carceri mancipetur. Et similiter puniatur, qui literas missas ab eisdem aperuerit, retinuerit

6 § ITEM ordinamus, quod fratres habentes gratias a suo generali, vel suo prouinciali, prælatis inferioribus aut vicarijs eorum copiam ac duplumdare teneantur, cum effectu, si in præsentia cōuentus aut maioris partis per eos fuerint requisiti, sub pœna perditionis effectus earum.

Requisitæ gratiarũ dupladentur.

7 § ITEM nullus frater ex certa scientia aperiat literas vel retineat cuiuslibet alterius fratris sub pœna grauioris culpæ per quinq; dies. Itē notandum, quod tempus & authoritas quaruncunq; literarum, quæ certum terminum continebũt, nō a præsentatione literarũ, sed a data potius computētur.

Nullus retineat litteras alterius, &c.

§ DE procurantibus literas quascũq; pro gratijs &c. a prælatis & principibus, vide in quinto capite tertiæ partis.

Terminus literarum, nō a præsentatione, sed &c.

De officio prioris generalis. Cap. j.

1

Auctoritas prioris generalis.

PRIOR generalis a toto ordine eligatur canonica electione, cuius electio cum suo solo consensu, est confirmatio, eo facto, vt in priuilegio. 37. & 35. 5. 16. expresse continetur. Qui confirmatus, de prouincia ad prouinciam & de conuentu ad conuentum fratres transferre libere potest, sine cõtradictione cuiuscumq;. Priuilegia autẽ & quecũq; alia, de prouincia ad prouinciam, & de loco ad locũ ex causa rationabili, etiam transferre, quando sibi videbitur expedire, ita tamen quod de huiusmodi receptione & translatione, illis, a quibus recipiuntur literas faciat fieri testimoniales, & patentes, vt priuilegia, & aliæ res sic trãslate, loco & prouinciæ, a quibus sunt, restituantur, quã cito fieri poterit, bono modo, etiam sine requisitione. Item in quibuscunq; capitulis generalibus, prouincialibus, aut localibus, per se, aut vicaros visitatores, præsidere, nisi quãdo in capitulo generali culpas suas haber dicere, & diffinitores habent de eo pertractare, & quodvicarius missus ad generale capitulum, scrutinio facto, nõ habet amplius præsidere. Habet etiam prior generalis culpas prouincialium, & localium, & aliorum fratrũ subditorum, quoruncunq; corrigere, & visitationis officium exercere, computa in quibuscumq; capitulis recipere, & iuridice audire, priores prouinciales pro notabili & manifesta in obedientia & rebellione, quæ testimonio capituli prouincialis, aut localis, rationabiliter excusari non poterit, vel pro omnibus culpis, pro quibus quidem carcerem meruissent

ruissent, vel iuste vocem & locum amisissent, de quo confessi & conuicti fuerint, conuocatis duobus vel tribus prioribus de conuentibus viciniorib⁹, ab officijs absoluere poterit, sine contraditione cuiuscunq; . Item poterit prouinciales destituere, & restitnere, consentiente maiori & saniori parte capituli prouincialis, ex causa rationabili, quæ ei apparebit rationabilis, cum sibi videbitur expedire.

2 S STVDENTES etiam de quibuscunq; prouincijs ad studia generalia mittere, libere, vltra illos quos capitulum prouinciale decreuerit mittendos, & si capitulum prouinciale aliquem insufficientem & inutilem mitteret, liberam habet potestatem remittendi & reuocandi, Poterit etiam quoscumq;, tam magistros, quam bachalarios, aut lectores in quibuscunq; studijs generalibus, & alijs ordinare, & mutare, quando sibi videbitur expedire. Priores etiam locales ex causa vtili & necessaria, quando sibi placuerit absoluere, ita quod conuentus habeat potestatem eligendi alium, quem prior generalis per se vel per alium habeat confirmare, nisi idem prior generalis de priore vellet aliter prouidere. Et si conuentus in electione huiusmodi tertia vice concordare nequiuerit, prior generalis prout sibi placuerit prouidere poterit. In casu autem, quod prior localis pro demeritis absolueretur præsente priore generali, poterit in eodem priorem constituere de assensu quatuor bonorum fratrum sine alia electione quacumq. Et si absens fuerit, habet auctoritatem in quocumq; conuentu carente priore, priorem instituendi libere, quem pro conuentu vtiliorem, sua prouidentia iudicabit. Poterit etiam fratres vtiles & idoneos ad prædicandum

Potest prior g. mittere studentes ad studia generalia.

Potest G. magistros & c. in studijs ordinare et mutare.

Pot ad prædicandum licentiare.

dum

Sotij .G . & quitenet sigillum, tenentur. & c.

dum licentiare,& nolentes coartare, Item poterit sibi eligere socios & mutare,cum voluerit, non obstante,quod socij per capitulum generale ei fuerint deputati. Ordinamus,quod socij iurēt ei, quod erūt suæ personæ & officio fideles. Similiter, quod ille qui tinebit sigillum officij non sigillabit aliquam literam iustitiæ vel gratiæ eius manu non signatam.

Potest priores cui. & sfeun q; conuētus. deponere.

3 §. I T E M poterit ponere & deponere priores romanæ curiæ, & conuentus parisiensis ac cuiuscūq; conuētus immediate sub eius regimine constituti. Similiter subpriores,sacristas, & alios officiales dictorum conuentuum cum sibi videbitur expedire. Habet etiam auctoritatem instituendi & destituēdi procuratorem romanæ curiæ libere,& alium cōstituere,quando videbitur sibi expedire, non obstāte quod in capitulo generali fuisset aliquis institutus.

Procurqor habet iurare P.G. de fide litate seruāda.

Quicunq; vero frater fuerit in procuratorē curiæ romanæ institutus per capitulum generale,aut priorem generalem antequam officium exequi valeat, habebit iurare priori generali vel cui commiserit, quod erit fidelis personæ & officio ipsius generalis & quod offitium procuratoris fideliter & diligēter exercebit ad honorem & vtilitatem ordinis, & qui in apostatis capiendis,de quibus sibi iniungetur per generalem,vel eius vicarium, fidelem diligentiā adhibebit,& quod pro se aut pro altero fratre,aut provincia,vel conuentu nullam supplicationem porriget,sine beneplacito prioris generalis.

Procu.nullā debet porrigere supp si ne benepla. i. te.G. & c.

Prouincialis de conuentu vbi fuerit romana curia.

4 §. I T E M ordinamus,quod cōuentus curiæ romanæ,vbicūq; fuerit curia, sit specialiter sub regimine prioris generalis,in tantū, quod nec fratrē ponere, nec amouere possit prior prouincialis,nec officiarū destituere aut instituere,absq; prioris generalis licē

tia.

tia speciali,sub pœna inobediētiæ & rebellionis. Et poterit Prior dicti cōuentus cū discreto per conuē tum electo,ire ad capitulū prouinciale,immo tenebitur ire,& ibi eligere & eligi,sicut alij de prouīcia. Ordinantes,quod prouincialis prouinciæ,in qua fuerit romana curia pro tēpore propter bonū vtile ordinis & honorabile iuret, quod per se vel per alios fratres,aut sæculares directe vel indirecte,manifeste vel occulte,nō se opponet præmissæ constitutioni, quod conuentus curiæ romanæ immediate subijciatur priori generali,nec se intromittet, aliter, de dicto conuentu,quā dicta constitutio ordinat, nisi generalis ex gratia speciali, concedat aliter de præmissis,aliquid faciendum. Et iurabit, quod si aliquis se opposuerit ei,totis viribus obuiabit.

nihil potest disponere, sed solus, G.

5 POTERIT prior generalis fugitiuos,cuiuscūq; prouinciæ ad ordinē libere recipere & penitētiare de cōmissis,& tam cum illis,quam cum alijs defectuosis super pœnitētijs dispensare misericorditer, partem pœnitētiæ vel totā etiā remittere, & in quibuslibet prouincijs poterit nouicios recipere,receptos professare,professos ad ordines mittere,sine assensu cuiuscumq;. Poterit etiam capitulū generale vel prouinciale mutare,& terminum, causa rationabili,abreuiare vel elongare. Et hoc idem cōmittere prouincialibus aut vicarijs,quādo sibi videbitur expedire. Volentes,quod priores prouinciales & locales ac vicarij in hoc sibi firmiter teneantur obedire. Poterit locum & vocem his, qui amiserunt restituere,& inhabiles habilitare ad studia,gradus,& officia nisi cōmisissent scādala talia, quorū dispensationes per cōstitutiones generali capitulo referuētur. Poterit literas beneficiorū spūaliū & fraternitatis ī toto ordine

Potest litteras fraterni tatis in toto ordine conce dere.

Potest excomunicatos quoscũq; ab soluere. &c

Prior.G.potest omnia facere in ordine &c.

ordine concedere. Frattes cuiuscumq; prouinciæ a sententia excommunicationis absoluere,quam pro iniectione manuum in seipsos, aut apostasia aut ex ordinis censura incurrissent, & etiam illos qui relicto sæculo ordini aggregabuntur excommunicatione ligatos,& cum illis super irregularitatis vincula dispensare,sic quod si ordinem exierint dispensatio illis facta sit nullius momenti.Et si propter defectũ aut iure alterius fuerint prædictis sententijs ligati, postquam intrant ordinem,satisfaciãt,vt tenẽtur.Et potest prior generalis vices suas in his cõmittere.

6 S ITEM potest etiam omnia & singula in toto ordine facere, quæ priores prouintiales in suis prouincijs,& locales in suis conuẽtibus. Et insuper potest facere omnia illa, quæ sibi per constõnes reseruantur.Item poterit eximere conuẽtum, vbi morã trahit,ĩ toto vel in parte,a solutione taxationis prouinciæ,secũdum,quod sibi videbitur expedire,iuxta temporis ratam. Item eidem cõmittimus interpretationem cõstitutionũ nostrarum,quãdo dubiũ apparebit,nõ poterit tamen illud quod in capitulis generalibus statutum fuerit vel ordinatum,cassare vel irritare,sed in exẽplum aliorum illud diligenter obseruare,& ad obseruandũ alios efficaciter inducere & coartare,nisi forte aliquid foret,quod ipsi,perhas constitutiones reseruaretur, & esset ipsi commissa facultas idem mutandi,& si videbitur expedire,aliter faciendi. Committimus etiam priori generali, quod possit licẽtiare cõuentus ad vendẽdum libros librariæ,qui inutiles aut duplicati sunt,ita dũtaxat, quod eorum preciũ cõuertatur pro expensis mutationis conuẽtus factis aut faciẽdis, aut pro edificatione ecclesiæ,dormitorij,claustri,refectorij, aut alicuius

cuius officinæ necessariæ cōueutui, notabilis in sum ptibus & perpetuæ. Etiam committimus eidē, quod possit omnia facere quæ nos diffinitores facere possemus, absolutionibus priorum prouincialium libere sine culpa, & eorum institutiōibus pro libito, vbi potest fieri electio, & reuocatione a gradū theologiæ in cōuentu parisien, & apertione sigilli communis ordinis, duntaxat exceptis.

Prior. G. potest omnia facere quæ diffini exceptis &c.

7 ❧ ITEM statuimus, quod si prior generalis resignauerit officio, in omni electione ex quocūq; actu alio, immediate sit post priorē generalē, si præsens fuerit. Et quoscunq; alios fratres ordines præcedat vbiq;, cuiuscūq; gradus & officij & conditionis fuerint, & in omni capitulo generali vel prouinciali sit primus diffinitor semper. Mandātes, quod ei prouideatur in victualibus decēter præ alijs magistris, qui non fuerint in dicto officio. Item prior generalis ab officio absolutus vel resignās, potest sibi eligere prouinciam de tota religione, & in ea cōuētum ad manēdum, quem voluerit, ita tamen, quod si in eadem prouincia voluerit mutari de conuentu ad conuentum, hoc faciat de speciali licentia prouincialis. Cōuentus ad quos declinauerit absolute ipsum recipiant reuerenter, & in necessarijs, infra conuentum prouideant competenter, sed in itinere non tenentur prouidere in expensis. Statuentes, quod ipso absoluto vel resignanti, fiant expensæ de communi ordinis a loco capituli generalis vsq; ad conuentum, quem elegerit. Et hoc idem socijs suis, si cum eo remaneant in futurum.

Prior. G. si officio resignauerit.

❧ De officio Prioris prouincialis. Cap. ij.

Pro

Auctoritas prioris generalis. 1

PROVINCIALES priores in suis prouintijs habēt auctoritatem nouitios recipiendi per se vel per alios,receptosq; professandi,&prō fessos ad ordines sacros promouē di, excomunicatos pro manuū in fratres ordinis violenta iniectione absoluendi,vide tamen.ca.45. §.1.excōmunicatos etiam pro apostasia peracta ordinis pœnitentia, absoluendi,& cū his qui in apostasiā celebrauerint,super irregularitatem dispensandi,literas fraternitatis suæ prouinciæ concedendi, personis pertinentibus ad suam prouinciam , personaliter suam prouinciā visitandi,& defectus,tam priorum,quam subditorū corrigendi,visitationem vel correctionem per alios faciendi,si personaliter accedere nonvalerent,& periculum cernerent imminere,fratres qui in ea,de cō uentu ad conuentum permutandi.Saluo apostolico indulto fratribus obseruantiæ,qui nō possunt absq; consensu prioris & conuentus extra poni, nec alij, sine eorum assensu ibi reponi de non reformatis , Poterit prouincialis fratres suæ prouinciæ,aut alterius qui cum obedientia simplici fuerint assignati in aliquo suorum conuentuum per priorem generalem commutare de conuentu ad conuentum alterum suc iurisditionis pro causa vtili & honesta,præterquam ad conuentum a quo est mutatus,ēt si graduatus esset,nisi tempus legendi vel manēdi in eius obedientia caueretur,aut prohiberetur ne per aliū, quam per priorem generalem mutaretur.

2 §. Fratres etiā de sua ꝓuincia ad aliā ꝑ necessitate & negotijs prouīciæ vel alicuius cōuētus vrgētibus cū literis testimonialibus destinādi tpe ꝯ reuersione in

in eisdem literis limitato priuilegia vel quascunq; res alias de conuentu ad conuentum transferendi, data super hoc litera testimoniali conuentui, a quo talia transferuntur, vt eidem conuentui restituātur citius quam fieri poterit bono modo, nisi talia essēt de cōitate prouinciæ, quia tunc possent retineri in conuentu a priori ad custodiendum, si videretur expediens prouinciali. Poterit etiam prouincialis, priores locales in capitulo conuentuali absoluere, si eorum culpa notabilis & sufficienter probata aut cōfessa hoc requirat, & non aliter. Declarantes quod nec capitulum prouinciale poterit prouinciali dare licentiam deponendi priorem localem, sine culpis & pro libito. Et si secus per eum actum fuerit, totū volumus esse irritum, & inane.

Potest fratres de sua prouīcia ad aliā pro ne cessitate etc.

Potest priorē localē in capitulo cōuentuali deponere

3 SED statuimus, vt priores locales, qui ea, quæ ad officium suum pertinent scilicet qui chorum, capitulum, refectorium, non sequuntur regulariter ab officio deponantur, sub pœna depositionis ab officio prouincialatus, nisi propter antiquitatem, aut aliam certam causam iustam iudicio prouincialis excusentur. Nullus tamen localis prior absoluatur si prouinciale capitulum fuerit celebrandum infra mēsem. Poterunt etiam prouinciales dispensare vel remittere pœnas quaslibet, preter pœnam carceris ꝑ crimine pro quo, quis in sæculo existens, vltimū supplicium, pati deberet, & præter incarceratione propter scandalum publicum enorme, aut propter trinam apostasiam, & propter pœnas, quarum remissio remittitur capitulo prouinciali, aut priori generali, vel generali capitulo in istis constitutionibus. Item poterit etiam omnia alia facere, quæ priores locales in suis conuentibus, Omnibus autem prioribus prouin- cia-

Priores locales non sequētes chorum capitulā &c. ab officio deponantur, nisi &c.

uincialibus districtæ præcipimus, quatenus incapitu lis prouincialibus deputẽt fratres, qnod cantu eccle siastico, vbi opus fuerit habeant informare

Prouĩciales tenẽtur mittere omni anno visitatorẽ ad conuẽtus &c.

4 ℣ ORDINAMVS etiã, sub pœna depositionis ab eorũ officijs, vt omni anno mittant visitatorẽ ad conuẽtus, ad quos nõ poterunt cõmode accedere, cui habeant expensas rationabiles de conuentu ad cõuentum assignare, & moderare taxare pro se & so ciõ. Nec volumus, quod talis visitator ad expensas cõuentuũ possit equitare. Statuentes, quod si scãda lũ aliquod fuerit in aliquo cõuentu perpetratũ, cu ius causa prouincialis vocatus aduenerit, prouincia soluat eius expẽsas, casu quo cõuentus nõ soluerit, & frater ille per quẽ scandalũ venit, tandiu in carce retur, donec conuentus & prouincia famã & dãnũ recuperauerit. Et si per aliquem conuentũ prior ge neralis aut prouincialis vel eorũ vicarij vocati fue rint, soluat omnes expensas eundo & redeundo.

Prouinciale vocato alicu ius scandali causa, quis ad expensas teretur.

5 ℣ INHIBEMVS omnibus prioribus prouin cialibus seu localibus nostri ordinis ne alicui fratri concedat licentiã, quod ad titulũ episcopalis digni tatis se faciãt promoueri, vel ad officiũ pœnitentia riæ dñi nostri papæ, vel quodcunq; officiũ extra or dinem. Ordinantes & declarãtes, quod quicunq; fra ter noster assumptus ad officiũ pœnitentiariæ domi ni nostri papæ, aut episcopatũ quemcũq;, aut officiũ quodcunq; extra ordinẽ, officia vel beneficia ex dis pẽsatione adeptus sit, eo facto ab omni officio, quod tenebat, absolutus est, nec vocẽ aut locum ĩ ordine habeat, nisi cum habitãtibus beneficia ex dispensa tione sedis apostolicæ in cõmendã. Prior generalis per indultũ Calixti papæ tertij dispensaret. Item in casu quo aliquis frater nostri ordinis solũ ad titulũ episco

Frater quicunq; ad officium extra ordinẽ assumptus, eo facto ab omni officio quod ĩ ordine tenebat priuetur nisi &c.

episcopatus, sua ambitione, promotus fuerit, mãdamus priori prouinciali eius, aut ptiori locali, vt omnia bona quorũ vsum vagũ videbatur habere, exisẽs in ordine quecunq; sint illa, capiat, & suo cõuentui vel prouinciæ secundũ discrerionẽ prouincialis, & diffinitorũ capituli, citius applicentur, cum talis promotio non ad honorem ordinis, nec vtilitatem cedere videatur. De alijs autẽ fratribus, ad quodcũq; officiũ vel dignitatẽ cũ prouẽtibus cõpetentibus & certis extra ordinẽ ꝓmouẽdis, ordinamus, quod bona acquisita in ordine, quorũ vsum habuerũt, vt sũt libri, iocalia, pecuniæ, tenere possint, & infra ordinẽ disponere, & distribuere, secũdũ beneplacitũ voluntatis eorũ prius tamen ab eis habita recognitione sufficiẽti, & data cautione, sub publico instrumẽto, in quo recognoscãt omnia illa bona esse ordinis, & quod solũ vsum habẽt ad vitã. s. ab ordine cõcessũ.

6 ITEM inhibemus prioribus prouincialibus, seu quibuscũq; vicarijs, aut præsidẽtibus, priore gẽrali inferioribus, ne possint cõcedere licentiã seu gratiã alicui fratri ordinis, quod nõ intersit cõiter horis diuinis in choro, nocturnis, aut diurnis, exceptis duntaxar magistris ĩ Theologia, bachalarijs, & biblicis atq; lectoribus, omnibus prædictis actu legentibus, ac studẽtibus in studio deputaris, seu fratribus ĩ crastinum prædicaturis, aut qui illa die prædicauerint, vel qui laborem magnũ die proximo fecerint, nec non fratribus infirmis, vel antiquitate tanta plenis, quod vsq; ad sexagesimum annum, vel circa contigerit. Nec aliquis dictorum superiorum valeat concedere alicui fratri, cuiuscunq; gradus conditionis vel dignitaris existat licentiam intrandi ciuitatem oppidum, vel villam sine scitu prioris localis.

Solus, p. g. potest dispensare quod fratres non babeant intere sse horis, in choro tã diurnis quam nocturnis.

De

§ De receptione prælatorum & eorum vicarijs. Cap,iij.

Fratres deuote & honeste,suos superiores.et recipiant.

1 ANTE omnia præcipimus, quod fratres deuote & honeste statim sine contradictione suos superiores ad se venientes,aut missos recipiant,& debitam eis reuerētiam & obedientiam faciant,vt decebit quod si non fecerint ipso facto iudicamus eos cōspiratores, & pœna conspiratorum rigide puniendos. Si autem priorem generalem vel prouincialem infirmitate,aut alia euidenti necessitate,vel causa detineri contigerit,& impediri,sic quod ea,quæ ad officium eorum pertinent, exequi nō valerent,ordinent aliquem fide dignum,honestum, & discretum de fratribus suis,qui vices eorū suppleat, cum a subditis fuerint requisiti,aut necessitas fuerit ad mittendum. Ordinantes quod vicarijs & visitatoribus sic missis,tempus & auctoritas per literas eorum limitentur,& quod ipsi prioribus & conuentibus,& eis quorum interest,faciant de sua potestate & auctoritate copiam,cum ab eis fuerint requisiti. Statuentes,vt nulli vicario credatur,nisi literam sue cōmissionis legerit, aut legi fecerit in presentia eorū,aut maioris partis super quibus habet exequi cōmissionem,vel nisi copiam miserit de eadem. Volentes,quod si quis cōmissionem extēderit vltra id, quod sonauerit, pœna vsurpantium maiorum officium,quæ est carceris,puniatur. Nec tales vicarij possint vices suas alijs substituere,nisi in literis commissionis hoc expresse contineretur.

Nulli vicario credatur nisi, &c.

Vicarij non possunt vices suas alijs substituere nisi &c.

2 § ITEM ordinamus,quod quicunq; fuerit causa aduentus alicuius superioris seu visitatoris ad quancunq;

cunq; prouinciam,vel conuentum pro culpis perso nalibus,quicunq; reus repertus fuerit,siue accusans siue,accusatus carcere puniatur, donec conuentus damnum suum & famam recuperauerit integre.Sta tuimus,quod nullus prælatus ordinis aut vicarius cuiuscunq; gradus existat, possit aliquid recipere a subditis vel ab eorum parentibus & amicis, sub pœ na depositionis ab officijs eo facto, quo essent de hoc coram suo superiore cōuicti vel confessi,quod minus contra tales processissent. Item ordinamus, quod quilibet visitator, siue sit prior generalis,siue prouincialis,aut vicarius eorum,inquirant in quolibet conuentu,quem visitabūt,publice cum iuramē to,si opus sit,de vita & de moribus,de honestate & fama,ac vtilitare singulorum,&potissime in officijs exertitium. Et si aliqua sint commissa scādala, furta crimina notabilia,& notoria &c. huiusmodi & si in ueniāt aliquos defectus quo ad officiarios, vel alios corrigant,& emēdent sine palpatione iuxta formā in sequenti capitulo positam.

Nullus prælatus ordinis pōt aliquid recipe a subditis vel visitator. &c.

So De modo & forma visitandi. Cap. iiij.

RVINA totius ordinis, ex defectu puenit indebitæ visitationis. Quare ordinamus,vt visitatores cum venerint ad conuentus visitādos, primo mane,omnibus fratribus conuocatis,flexis genibus,dicant.Hymnus. Veni creator spiritus. require in.c.lxxiiij. & poterit dici voce submissa sicut videbitur ipsi visitatori &c.Kyrieleison.Xp̄ele.Kyriel. Pater noster.Et ne nos. Vers. Domine deus virtutum.

Forma visitandi.

Ref. Et ostende faciem tuam & salui erimus. Vers. Ora pro nobis sancta dei. Vers. Domine exaudi orationē. Vers. Dominus vobiscū. Oremus. Oratio.

PRotege domine famulos tuos subsidijs pacis,& beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs confidentes,a cunctis hostibus redde securos. Oratio.

DEus virtutū cuius est totum, quod est optimū, insere pectoribus nostris amorem tui nominis & præsta in nobis religionis augmentū,vt quæ sunt bona nutrias,ac pietatis studio quæ sunt nutrita custodias,per christum dominum nostrū. Ref. Amen. Et tunc si bonum videatur visitatori faciat eis aliquam collationem exortatiuā ad obseruantiā suæ professionis,ad scandala fugienda, ad reuerentiam, & obedientiam reddendam maioribus, ad charitatem veram habendam,& inter se seruandam,& huiusmodi, secundum etiam quod requiret materia occurrens. Demum dicat, quod auctoritate dei & qua in officio fungitur prælatus & pastor gregis dei, si fuerit prior generalis,vel prouincialis,vel auctoritate ei commissa, si fuerit alterius eorum vicarius. Ego præcipio vobis in meritum sanctæ obedientiæ, & sub præuaricatione professionis vestræ vt de priore, sub priore, regente, clauatijs, & singulis fratribus, clericis & laicis, & de familiaribus, famulis domus, vnusquisq; cum fuerit interrogatus, quicquid sit dignum accusatione, & quod ei dictabit conscientia esse corrigendum & emendandum, pro honestate & vtilitate domus, & animarum salute,dicat pure & veraciter, se cluso omni odio,fauore,& amore,& quocunq; similiter se cluso pauore. Excepto timore dei & periculi magni damnationis animarum vestrarum. Timeant autem, ne periu

periurij infamiam incurrãt,& ordinis grauibus cor rectionibus puniantur.

2 §. CAVEANT tamẽ ſinguli,ne publice aliquod crimen de altero dicant quod nequiuent probare, ſub pœna talionis. Et dicat eis, quod in viſitationibus prælatorum,præceptum,eſt pro iuramento ſuſcipiendum,ita quod, ſi quis ſcienter veritatem cela ret,incurreret culpã periurij, & pro tali poſtmodũ puniretur. Etiam poterũt, ſub pœna excommunicationis præcipere ſi voluerint,quod veritatẽ referant & expreſſum requirere iuramentum. Caueat tamen viſitator vt non leuiter omni ſpiritui credat,nec aliquem condemnet ad vnius vocem, aut per ſuſpitionem. Poſtmodum vocet vnum poſt alterũ, & inquirat primo,ſi in viſitatione præcedẽte fuerit aliquis defectus,aut quia accuſanda non fuerint accuſata, ac corrigenda correcta,ſi promittentes emendationem ſe emendauerint, ſi ſtatuta in dicta viſitatione facta bene ſeruauerint. Et ſi quis præſidens aut ſubditus neglexerit cuſtodire ea,acriter corrigatur tan quam inobediens.

Caueat viſitator, ne ad vnius vocẽ aliquem cõdemnet.

3 §. INQVIRAT ſi prior fuerit negligens corrigere defectuoſos & fratrum exceſſus in ſubuerſionem religionis. Si aliqui ſint ſuſpecti de familiaritate nimia perſonarum & leuium. Si lenonibus & hominibus malæ vitæ ſint aliqui communiter familiares. Si intus vel extra potatores ſcandaloſi. Si luſores taxillorum & aliorum ludorum. Si luſerint cum ſecularibus. Si habitum ludendo dimiſerunt. Si rixoſi, brigoſi,& an cum ſæcularibus vel in eorum præſentia. Si aliqui ſint aſſueti iurare turpiter, aut turpiter loqui,& de verendis,modo ioculatorio, vnde male hedificarentur cœteti. Si prior dedit fratribus bonũ

Inquirat vi tator dil ter de i. ſcriptis nibus.

exemplum sequendo chorum, & refectorium in obseruantia, silentij, in locis & in horis congruis, in abstinentijs,& alijs cæremonijs ordinis,vt faciendo inclinationes.&c. Si fecit legi regulam & statuta, & obseruare eam,quia per prælatorum diligentiā ordo construitur,qui destruitur per eorum negligentiam. Si sine acceptione personarum frequenter redarguit deficientes. Si bona pax & concordia inter priorem & singulos fratres. Si etiam inter se omnes fratres amore & pacifice conueniant. Similiter si famuli sint pacifici honesti &c. Et si reperiat quod nō sit bona pax in domo,inquirat diligenter causam radicitus,& asperе corripiat discordiæ auctores. Et inquirat de vitio proprietatis. Si quis sibi donata appropriet. Et si nō veniant omnia ordini data,ad manum prioris aut procuratoris. Quomodo fratres obseruent silentium,cum cæteris cæremonijs. Si bene obediant priori. Si se mutuo reuereantur in loquēdo,aut quidam alios contemnant. Si diligenter veniunt ad chorum. Si qui sint suspecti de horis non dicendis. De non confitendo frequenter, de immiscēdo se indeuote sacris mysterijs, & de irreuerentijs in diuinis officijs. Si sint aliqui curiosi,qui aliquādo iouilitates in bursis,zonis,cultellis,vestibus ferunt, Si vtantur diploidibus,caligis consutis, camiseis lineis. Si murmuratores. Si non recognoscunt defectus suos in capitulo & extra. Si quando accusantur aut redarguuntur,sint benigni,patientes,& promittant emendationem. Si cantant cātilenas seculares, turpia aut viciosa sonantes,& sic de alijs similibus.

Inquirat, super omnia si sit pax inter priorē et fratres.

4 POST quam vero inquisierit de his quæ sunt circa curam animarum,quam habet,inquirat de dispositione rerum temporalium. Et primo si domus grauе

Inquirat de dispositione rerum tēporalium.

grauetur debiris,& quātum & quibus tenetur, & si habeār aliquid indepositū,atrēdat diligēter;quæ sūt causæ,& si reperiat quod sine causa,sic detectus redūdat ī rectorē.& tūc informet se tā per fratres clericos & cōuersos,quā per familiares domus, audiēdo singulos ad partē,quomodo potuit domus ita in debitari. Et omnis frater cuiuscunq; status etiā familiaris, si sciat aliquod crimen in priore aut procuratore,aut quocunq; alio,quod debeat corrigi, quod tenetur reuellare, etiā si nō esset super hoc interrogatus,& hoc ad partē,nisi vellet probare,quia runc posset dicere manifeste. Et de his quæ ad partem dicūtur visitatoribus,debent ipsi facere diligētē inquisitionem a longe,non nominando personam,denūciantem,sed neq; denūciatā, sed de vitio & crimine vt sciant si sit secretum,aut pluribus notū, sic quod posset probari. Et inquisitione facta, denunciatus, vocetur ad partē, & interrogetur si res ita se habet, & si probetur contra eum,ipso negante, actius puniatur,secundum casus exigentiam,siueptior fuerit siue alter,quia prior, nisi casus esset omnibus manifestus,& non esset tunc propter casum deponēdus, in presentia aliquorum de discretioribus,corrigatur Si factum vero sit notum omnibus, coram cunctis arguatur. Et quicunq; interrogatus per visitatores, & veritatē celauerit,a nullo fratre absoluatur, nisi a priore generali,aut prouintiali,aut nisi cum pœnitentia decem dierum in pane & aqua,non obstante quacunq; gratia tali fratri concessa quod possit ab solui ab omnibus casibus, a quibus prior generalis & prouincialis possunt absoluere. Et bene caueant visitatores & eorum socij, quod secreta audita extra capitulum nunquam publicent in scandalum cu

Quomodo prior sit corrigendus.

Frater interrogatus a visitatore si veritatem cœlauerit a nullo absoluatur, nisi. &c.

iuſcunq;. Et etiam faciant talem præceptum omnibus,quod nihil,quod ſit magis tacendum,aut quod cedat in infamiam cuiuſcunq; non præſumant manifeſtare,ſed ſolum in publico capitulo,vt dictū eſt, reuellent,quod mandat viſitator,vel quod euidens ratio dictat,ſi ſint defectus qui probari poſſint.

Viſitator admoneat fratres quod abſque contentione.&c.

6 ¶ ET ita debitis informationibus habitis, cōgregato capitulo, ſecundum quod dicitur in capite de capitulo conuentuali, moneat omnes, quod abſq; contentione cum omni manſuetudine vnuſquiſq; maneat in loco ſuo cum ſilentio,niſi ad præceptum viſitatoris dicant culpas ſuas,aut accuſent alios fratres,vel requiſitis perhibeant teſtimonium veritati pure & ſinceriter. Et tunc priori & potioribus iniūgatur ſtrictiſſime,quod ſi contigat aliquem pro ſua conſcientia exoneranda, eum de aliquo accuſare, quod propter hoc ſolitam humanitatem & benignitatem quam communiter ſolet habere erga fratres:in infirmitatibus,langoribus,licētijs,ſolatijs.&c non ſubtrahat poſtmodū ab illo,qui eum accuſauerit,ex vindicta,nec ſignū vindictæ oſtendat. Et etiam omnibus fratribus iniungatur diſtrictæ,ne vnquam proinde aliquā moleſtiam inferant his,qui eos accuſabunt. Si autem aliqui parui defectus venerīt ad noticiam viſitatoris,poterit illos per ſe proponere & corrigere. Et primo & ante omnia expediantur illi, qui non ſunt capitulares, deinde vocetur prior, in quo vt dictum eſt, ſi ſit aliquis defectus non omnibus cognitus,vel maiori parti,non publicetur faciliter,ſed ad partem in præſentia beniuolorum eius. Et priore faciente culpam ſuam,quamdiu erit proſtratus,totus conuentus pro ſui reuerentia ſtet, donec ſurgat, & eo expedito, cæteri ſigillatim vnus poſt

post alium procedant, & omnibus expeditis, conueniant omnes fratres, & flexis genibus dicant. Confiteor deo &c. & visitator det eis absolutionem, qua non obstante, nec etiam accusationibus & confessionibus factis, confiteantur singuli de publice in capitulo confessis, secrete in confessione sacramentali. Postea si videatur expedire, faciat visitator aliqua statuta rationabilia, quæ fratres debeant seruare, & dimittat ea in scripto, sua manu signata, & sigillata sigillo. &c. & copiam teneat, quam si fuerit vicarius mittat prælato, cuius vices gerit. Et totum posse suum faciat visitator omnino, quod relinquat post se pacem in conuentibus visitatis eorum turbatores turbando, & ad alia loca transmittendo, aut alio modo conuenienti.

Prior dū dicit culpā suā totus conuentus pro sui. R. stet donec surgat.

Pro viribus agat visitator quod omnino post se pacem relinquat.

§ De officio prioris localis. Cap. v.

1 PRIORES conuentuales habeāt subditos suos admonere & corrigere. Et regulam & constitutiones ordinis fratribus clericis & laicis, etiam nouicijs per se vel per alios legere, & exponere in capitulo vel refectorio sextis ferijs ad minus, aut legi facere ita, quod vbi sexta feria præcedente dimiserit, incipiat in sequente, vt ab omnibus intelligantur, & super omnia ad obseruantiam tam regulam, quam constitutionum se & alios efficaciter coactare. Habeant etiam suos fratres frequēter admonere, quod ordinate se gerant ī choro, & extra, quod se vniformiter inclinent, sic quod manus cācellatæ

Prior tenetur regulam cōstitutionē et fratribus legere.

Inclinatiōes quomodo sint agendæ.

possint attingere genua,intrãdo & exeundo chorũ, capitulum,& refectorium, ac etiam ante altare maius,transeundo,vbi corpus christi reseruatur , & videant,quod inclinationes faciant,nudatis capitibus, reuerẽter,sub pœna mediæ culpæ,& breuiter,quod rubricæ ordinalis de inclinationibus & prostrationibus deuote ab omnibus obseruentur.Habeant etiã priores locales per se vel per alium portã custodire, aut custodiri facere , & conuentuales suos quoties eis visum fuerit,visitare,chorum,refectoriũ, capitulum regulatiter sequi & tenere,cõputum de receptis & expensis a recipientibus,& exponentibus recipere & audire,præsentibus tribus custodibus per cõuentum electis,& alijs volentibus interesse ď bonis cõmunibus per assensum custodũ prædictorũ ordinare,quos,si in aliquo agendorum dissentire cõtingerit,ad maiorem & saniorẽ partẽ cõuentus recurratur,& sæcundũ eorum dictũ omnia disponantur. Quod si non fecerit & negligẽtes fuerint,a superioribus grauiter puniãtur,secũdũ exigẽtiam delicti.

Prior negligens ĩ suo officio a superioribus grauiter.&c.

2 ITEM ordinamus,vt quilibet prior nouiter institutus in aliquo conuẽtu,postquã ostẽderit litterã sui prioratus,antequãvtantur in aliquo,officio suo, videatur inuentaria conuentus sui prædecessoris,& secundum illa,recipiat bona omnia illius conuentus n penitẽtia custodũ,aut sanioris partis conuentus, sub pœna suspensionis ab officio , ita quod, seclusis alijs iustis impedimentis:pro honore & vtilitate cõuentus euidenter necessarijs,si cõrra præfatam constitutionem venerit,ex sui negligentia, & aliquis fratrũ in eum offenderet,iudicamus eum non offendere in prælatum.Item cum postea receder ad capitulum,vel alia causa mutabitur ab officio,de omnibus bonis

Prior nouiter institutus ad quæ teneatur.

bonis conuentus secundum inuētaria sui introitus habeat reddere rationem custodibus & fratribus, & successori suo, si fuerit præsens, aut præsidenti conuētus tempore sui recessus, vel cōmotionis, sub pœna suspecti de fraude proprietarij. Et si prior nouiter institutus non reperiat etiam inuentaria prædecessorum, faciant inuentaria noua, coram fratribus supra dictis, & ponātur in archa communi, sub pœna. s. suspensionis ab officij executione & sequelæ. Et si aliqua bona conuentus fuerint non reperta, pœna gratiori puniatur, donec conuentus suum damnum recuperauerit, nec ei credatur, quoruncumq; temporalium administratio. Neq; suffragetur gradus magistratus, bachalariatus, aut alius, cuiq; constituto priori alicuius conuentus, quādo teneantur omnia, quæ secundum regulā & constitutiones ordinis tenetur prior facere, præsertim pertinētia ad sequelam chori, capituli, & refectorij, nec obsistant quæcunq; gratiæ, aut priuilegia magistris concessa, vel concedenda, quod si non fecerint, prior prouincialis eos deponat ab officijs, sub pœna depositionis a prouincialatu. Item ordinamus, quod quilibet prior localis possit substituere vicarium pro sui absentia in cōuentu non obstante, quod ibi sit subprior per electionem vel alius, nisi quando iturus est ad capitulū prouinciale, quia tunc si subprior manet, est vicarius & si eligatur in socium, alius frater eligatur in vicarium.

Prior depositus ab officio tenetur reddere rationē de bonis cōuētus, custodibus. &c.

Prior localis potest substituere vicarium, &c.

3 ℣ ET si prior possit aliquem fratrem suum, ad recipiendum procurationem pro fratribus, aut conuētibus ordinis licentiare, hoc tamen facere non poterit pro sæcularibus, aut quibuscunq; personis extraneis. Quid agendū sit mortuo priore videatur in capite

pite de electione prioris,& de pertinentibus ad suũ officium, fere agitur ĩ omnibus capitibus. Volumus quod priores locales de capitulis prouincialibus redeuntes,& in conuentibus de nouo instituti, officiales conuentus de nouo eligi faciant, vel eos ad minus confirmari. Et ipsos absoluere possint propter sua demerita, vel alias inutiles fuerint, quando sibi videbitur expedire.

De officio subprioris. Cap. vj.

1 STATVIMVS, quod in quolibet conuentu vbi duodecĩ fratres fuerĩt professi, aut plures, subprior per electionem habeatur,& si conuentus tertia vice concordare nequiuerit ƌ subpriore, prælatus præsens prout sibi placuerit, poterit prouidere. In conuentibus tamen maioribus, & studijs generalibus, per capitulũ prouinciale subprior ordinetur, demptis reseruatis priori generali, in capitulo de eius officio. Omnis autem subprior regat in prioris absẽtia & corrigat.& alia exequatur, quæ ad regimen conuentus pertinere dignoscũtur,& defectus quoscunq; infra cõuentum, in prioris absentia cõmissos, corrigat in conuẽtu. Poterit in præsentia prioris, ĩ capitulo cõuentuali, refectorio,& choro, iuuenes nõdum ad sacerdotiũ prouectos corrigire, præsente priore & vidẽte. Si autẽ cõtingat priorẽ & vicariũ absentari, & nõ constituerint aliquem ad licentiandum fratres pro villa intrãda, volumus quod habẽs primã vocẽ inter remanẽtes in domo, habeat auctoritatẽ huiusmodi licẽtiam concedẽdi. dũ tamen euidens necessitas hoc requirat,& in casu

Sub prior in absentia prioris regat et corrigat.

simili

ſimili vicarius quicũq; poterit villã intrare, ſine alicuius licẽtia. Si vero prior domũ exiuerit, & nullũ vicariũ ordinauerit, ſubpriore præſente & manente, nullus per cõuentum vicarius eligatur, ſed quando eundũ eſt ad capitulũ prouinciale, nõ poterit prior cõſtituere vicariũ, ſed ſubprior præſidebit, & ſi eligetur in ſociũ prioris, tũc cõuentus habebit vicariũ eligere ad cuſtodiã cõuẽtus, ſed tamẽ ſi prior, aut vicarius vadat ad capitulũ, ſiue alio, omnia faciat ſecũdũ prioris diſpoſitionẽ, nec in aliquo vſq; ad ſuũ reditũ poterit aliter ordinare. Et ſubpriores debẽt frequẽter, ſicut & priores fratres admonere, quod ordinate ſe habeant in choro & extra, & inclinationes faciant reuerẽter, & quod diuinũ officiũ tractim & deuote & ſpacioſe faciãt celebrari, & omnia ſecundũ ordinale noſtrum diligenter obſeruari.

Prior nõ poteſt vicariũ conſtituere dũ eundũ eſt ad capitulũ.

§ De officio ſacriſtæ. Cap. vij.

1 IN quolibet conuentu demptis cõuentibus curiæ romanæ, ſacriſta per electionem prioris & conuentus habeatur, niſi per capitulum prouinciale, aut priorem generalem prouiſum fuerit de eodem. Sacriſta res eccleſiaſticas munde & honeſte, cuſtodiat, & de conſilio prioris ordinet & diſponat de rebus eccleſiæ parandis & reparandis, libris, veſtibus, calicibus, & alijs rebus neceſſarijs pro ſacriſtia. Videat diligenter, ne infra eccleſiam aliqua inconuenientia & indecentia inueniantur, & quod bona hora & debita portæ eccleſiæ mane & veſpere & de die ſi ſit honeſtũ, ſecundũ diuerſa loca, claudãtur, & circa omnia faciat diligenter, quæ ſecundũ quartũ capitulũ ordinalis ad officiũ ſacriſtæ ſpectãt.

Sacriſta de conſilio prior's ordinet de rebus eccleſiæ parãdis. &c.

De

De officio trium clau. Cap. viij.

In quolibet conuentu eligantur clauarij. &c.

1 IN omni conuentu eligantur tres fratres prouidi & discreti, consiliarij, custodes, & clauarij, & prior aut præsidens in conuentu & dicti fratres bona cõmunitatis pariter cu stodiant, & recipienda recipiant, exponenda exponant, & mutuanda mutuent, & soluenda soluant, & alia faciãt, cum priore, quæ ad regimẽ conuentus & custodiã bonorum communium dignoscuntur pertinere.

Nullus põt eligi ĩ clauariũ nisi. &c.

2 NVLLVS autem frater possit eligi clauariũ, seu custodem, nisi sciat computare, vel computa intelligere, & nisi vellit & possit computis interesse, & si aliter factum fuerit, mandamus prioribus, quatenus tales deponant, & ad electionem aliorum procedant. Inhibentes sub pœna proprietariorum infligenda, ne prior aut alius quicunq;, aliquid communitatis recipiat infra scepta loci, nisi duo custodes coniungãtur cum eo, vel prior aut subprior associato sibi altero eorũdem. Et si nullus custodum tũc haberi poterit, accipiat alterum fratrem de conuentu fide dignum, quod si oppositum fecerit, nisi hoc infra biduum custodibus vel conuentui manifestauerit, vel nisi aliquibus fratribus fide de conuentu id, quod receptum est, notum fecerit, subiacebit pœnæ supradictæ. Nec aliquid notabile ordinet prior p̱ se vel expendat, aut alienet de supradictis, sub pœna præfata.

Prior nec aliquis alius aliquid communitatis recipiat nisi. &c.

3 ITEM ꝓhibemus, ne prior ponat bona cõuẽtus ĩ loco abscõdito ĩ cõuẽtu vel extra, sine scitu duorũ custodũ, vel aliorũ duorũ bonorũ fratrũ conuentus

si pe

si periculum immineat. Item prohibemus priori facere quietantias sub sigillo officij sui, nisi in præsentia adminus vnius custodis, & alicuius alterius fratris, sub pœna proprietariorum. Declarantes, quod præter exposita vel exponenda, & recepra vel recipienda, & computa, prior cum solis clauarijs nō determinet de rebus arduis conuentus, sed admittantur & patres, vel sanior pars conuentus.

§ De communi custodia bonorum. Cap. ix.

I N quolibet cōuentu sit archa, siue techa trium clauium, quarū vnam reneat prior, reliquas duas duo custodes seniores, seu consiliarij de electis per conuentum. Item in archa sit liber, vel papirus, in quo in præsentia prioris, & dictorum fratrum, scribantur summæ receptorum & expensarum conuentus septimanatim, ad memoriam receptorū & illorum, qui nobis cōtulerunt. Et in eodem libro seorsum scribantur nomina librorū ad librariā pertinentium sub certis designationibus eorum, & omnia ad sacristiam pertinētia, similiter ad dispēsam, & ad aliosvsus cōmunes notabilia. Et si huiusmodi bona sunt augmentata vel diminuta, scribātur subquo priore vel dispensarore, aut sacrista tales augmentationes, vel diminutiones acciderunt, sub pœna inobedientium.

In quolibet conuentu sit archa trium clauiū ī qua ponatur liber cōuētus in quo scribuntur omnia pertinētia. &c

§ I T E M mandamus omnibus prioribus localibus & custodibus, sub pœna depositionis ab officijs eorū, quod qualibet hebdomada cōputēt de receptis & expositis cōuentus, pulsato vno itu cā panellæ capituli, & ī loco cōmuni, in quo omnes fratres cō

Prior qualibet hebdomada cōputetū receptis ī loco communi &c.

uētus

Prior. G. in capitulo. G. & prouincialis in capitulo prouinciali reddant rationem.

uētus, qui voluerit interesse, possint p̄naliter audire. Et breuiter priores locales ac custodes conuentuū, reddāt rationē priori generali, ac prouincialibus, & eorū vicarijs, de omnibus receptis & expēsis, & procuratores atq; terminarij, & questores prioribus suis & custodibus, rationē reddāt, cū fuerint requisiti. Similiter & prior generalis aut eius vicarius & procurator generalis in presentia capituli generalis, de receptis & expēsis, pro negocijs ordinis exequēdis, reddāt rationē, quod & faciāt priores prouinciales in capitulis prouincialibus. Similiter & procuratores capituli generalis, & fratres deputati ad recipiēdū pro eodē capitulo, rationē reddāt in presentia prioris generalis, & suorum diffinitorum ac aliquorum, quos ad hoc vocare voluerit, & ita fieri in capitulo prouinciali ordinamus.

De libraria & custodia librorum. Cap. x.

1 STATVIMVS quod nullus prior localis etiā custodibus. con sentientibus & toto cōuentu, sed nec prouincialis, consentiēte capitulo prouinciali, librum vel libros qualiscunq; cōmunis librariæ alicuius conuentus, det, vendat, aut quouis quesito colore alienet, aut etiā in pignoret, sub pœna priuationis officij, gradus, & honoris. Sed nec prior generalis hoc agat, immo potius vt libri cōseruētur & multiplicētur, semper procuret ī qualibet libraria cōmuni. Volumus tamē, quod libri cōuētus possint accomodari religiosis & personis honestis, ac viris magnis, & fratribus in casu necessitatis, habita tamē firma cautione, quod nō possint amitti. Si tamen aliqui sint libri, qui fratrū vsui forēt inutiles,

inutiles,aut quidã ex his essent duplicati,tales de ex pressa licẽtia prioris generalis, vel capituli prouĩcia lis,vendi poterũt,ita tamen,quod preciũ venditorũ plene, & absq; diminutione,in alios libros conuertatur,vel cũ aliis libris magis vtillibus,aut necessariis debeant cõmutari,sub pœna prædicta,scilicet,priuationis officij,gradus,honoris,ac vocis & loci. Nullus etiã frater vendat librũ sibi datum á quocunq;, vel ab eo scriptũ;aut qualitercũq; acquisitum extra ordinẽ,vel aliquo modo alienet, sine sui superioris licẽtia,qui nõ cõcedat licẽtiã,absq; causa necessaria & rationabili,sub pœna grauioris culpæ infligenda tã alienanti, quã in caute talẽ licentiam concedẽti.

Libri inutiles seu duplicati vẽdi possunt cũ hoc tamen & de licẽtia. &c.

2 ¶ ITEM in magnis cõuentibus poterit ordinari librarius,siue custos librariæ,qui sollicitus sit đ clausura librariæ & librorũ,& frequenter videat,ne aliqui deperdantur , nullus aliquã personã extraneã introducat in librariã,sine prioris,aut regẽtis, seu custodis librariæ assensu, sub pœna grauioris culpæ p duos dies infligẽda pro qualibet vice,& ipsi,nullum extraneũ introductũ,ibi solũ manere permittat,sub eadẽ pœna.Habeat custos copiã inuẽtarij librariæ, & procuret quod libri sint in cathenati ordinate,secũdũ varietatẽ facultatum,& quod sint tabulæ,vna generalis totius librariæ, & alie particulares bãcharũ.Et etiã sciat quibus, libri sunt concessi , nec sine eius scitũ cõcedãtur.Et poterit đ prioris & custodũ assensu habere penes se libros aliquos nõ cathenatos p inuẽtariũ sibi traditos interdũ cõmunicãdos fratribus,a quibus cedulas recipiat.Et etiã scđm varietatẽ tẽporũ aptos ad legẽdũ ĩ refectorio de qbus bis ĩ anno.s.post octauas pasche, & immediate post natalitia festa,reddat priori & custodibus rationem.

In magnis cõuentibus ordinetur custos librariæ qui.&c.

De

§ De apostatis. Cap. j.

Frater exiēs monasteriū contra præcepiū sui superioris pro apostata habeatur

I

QVICVNQVE contra præceptū. Specialiter directū, sui superioris, contumaciter, etiam cum habitu, & socio, & sine scandalo, die, aut nocte extra conuentum, aut scepta loci exiuerit, licet redierit eadem die vel nocte, apostata censeatur, nisi ex causa rationabili vadat ad maiorē suum directe, & quod à maiore, scilicet illo qui fecit præceptum, in præsentia aliquorum, petita prius licētia, licet non obtenta, quam causam fore rationabilem aut minus sufficienter, prior generalis, aut diffinitoris capituli prouincialis, habeant declarare, antequam talis ad actus legitimos, vt puta ad electionem aliquam actiue vel passiue, seu ad curam animarum aliquo modo admittatur. Item cum multi suorum superiorum correctionem subterfugere volentes, licentia non petita, vel si petita non obtēta, ad priorem generalem vel prouincialem accedant, aut ad eorum vicarios malitiose, suos paliantes defectus vt minime corrigantur. Statuimus, & ordinamus inuiolabiliter obseruandum, vt in casu quo eorum superiores iuste, contra eos & debite processissēt, aut procedere voluissent secundum ordinis instituta, aut forte nondum incœpissent procedere, aut punitionem dare, pœna quæcumq; debita tali culpæ, iuxta ordinis statuta, pensatis qualitate & quantitate querelæ, & querelantis & correctionem fugientis multiplicetur & aggrauetur, vt saltem ad minus duplicetur, super qua aggrauatione, multiplicatione, aut saltem duplicatione non possit dispensari, sine licentia

Subterfugiētes suorū superiorū correctionē quo modo sint puniendi.

licentia prioris generalis. Item quicunq; de die recesserit sine sui superioris licentia, aut de nocte exiuerit scepta loci, vt apostata censeatur, similiter rigide puniendus est, & vt excommunicatus euitãdus ab omnibus, donec pœnitentiam suam cõpleuerit. Et idem volumus de duobus aut pluribus fratribus si de nocte exiuerint scepta loci, licet eadem nocte reuersi fuerint ad conuentum. Et de loco & tempore assignatis, extra conuentum suumvagatus fuerit, solus, vel cum socio, & vt apostata censeatur.

Quicunq; exiuerit sæpta loci sine licentia tan quam excommunicatus ab omnibus &c.

2 §. NOLENTES quod aliquis conuentũ exeat, quocunq; tempore, sine superioris licentia speciali, sub pœna apostatarũ infligenda. Nec solus, quocũq; casu, quisquam exire audebit. sub eadem pœna, nisi cum speciali superioris licentia. Laicus exeat ex necessitate cõiũctus. Clericus vero nullo modo exeat solus, nisi oburgentissimam necessitatem, quod casu rarissimo, fieri permittatur. Semifratres autem poterum soli mitti & exire, instructi tamen, vt ita soli religionis honestatem præseferãt vbiq;. Et omnis apostata sit ipso facto loco & voce priuatus. Et omnibus bonis, quibus vsum incertum videbatur habere & per quemcumq; prælatum, aut superiorem sui ordinis, suæ vel alterius prouinciæ vbi repertus fuerit, carceri mancipetur, vbi affligatur secundũm sua demerita, tam ratione apostasiæ, quam ratione aliorũ defectum, prout inferius continetur. Et casus illius cum debita informatione per talem superiorem suo prouinciali intimetur, citius quam fieri poterit, qui de loco & præsentia vel expeditione sua, iuxta talis apostatæ demerita, absq; dilatione habeat ordinare Nec priores locales, aut quicunq; alij præsidentes, apostatas & fugitiuos ordinis capientes, a dicto carcere

Semifratres poterunt exire cõuentum soli, laicus etiam & clerici i aliquo casu, de licẽtia tamen. &c.

O

cere valeant librare, sine licentia prioris generalis vel prouincialis sui, sub pœna vsurpantium officium eorundem. Si vero in captione talium negligẽs fuerint, aut remissi, vel in expeditione ipsorum officium superiorum vsurpauerint, pœna grauioris culpæ per xx. dies volumus subiacere, & liberatum per eosdẽ, carceris reintrare, vt modo debito puniendus liberetur. Item nullus prior prouincialis possit ad misericordiam ordinis recipere apostatam, aut fugitiuũ alienæ prouinciæ sed poterit ipsum capere, & capi facere & carceri ordinis mãcipare, ac eius captionẽ & casum priori generali vel prouinciali suo designare, qui quidem ordinet de eo vt dictum est.

Quæstor metas alterius prouinciæ ingrediẽs apostata censeatur.

3 ¶ ET quia interdum prælati quidam vagis fratribus, vagas & indeterminatas concedunt licentias, sub quarum vmbra, se iungũt quæstoribus & verbũ dei adulterantes, non animarum salutem quærunt, sed quæstum. Ordinamus, quod si quis taliũ in alicuius prioris localis terminos sui conuentus exiuerit, vel cum licentia prouincialis metas alterius prouinciæ intrauerit, apostata reputetur, & eo modo, voce & loco careat, capiaturq; vt præmissum est, & carceri mancipetur, ac omnia bona cum eo reperta communitati conuentus aut prouinciæ, in qua capietur, aplicentur, etiam cuiuscunq; gradus existat. Nolẽtes quod fratres nostri pro cuiusmodi causa discurrant, nisi ess. t pro cruciata & ex mãdato papæ. Qui amodo ab ordine nostro apostatauerit, cum habitu vel sine habitu, licet scandalum non cõmiserit, vel exierit propter enorme crimen etiã si eadẽ nocte vel die vel infra redierit, pœna carceris per xx. dies sustinebit. Si autẽ vltra tres dies morã fecerit, nõ poterit p aliu, quã per priorẽ generalẽm, vel capitulũ prouinciale

Apostata qua pœna sit plectendus.

ciale, a carcere liberari, donec vltra .xx. dies tãtũ ste terit in carcere, quantum constiterit ipsum extra ordinem steriste, & si cum scandalo apostatauerit, vel existens in apostasia ordinem scandalizauerit, vel propter crimen enorme, aut fracto carcere exiuerit aut fugerit, postquam etiam per se ad ordinem redierit, aut per alios captus fuerit. non valeat per alium quam per priorem generalem, aut capitulũgenerale velprouinciale liberari. Et quicunq; a nostro ordine apostatauerit vel apostatauit, ordinamus, quod ad prioratus officiũ, vel diffinitorẽ capituli gen̄ralis, vel prouincialis eligi non valeat, vel assummi, nisi cũ ipso, per generale capitulũ, vel per priorẽ generalẽ, aut per eum cui vices suas in hoc casu cõmiserit, fuerit, cũ testimonio laudabilis conuersationis suæ, misericorditer dispensatum. Declarantes, quod si talibus sit locus & vox restituta, indigent tamẽ dispensatione etiam in scriptis ad prædicta omnia, & ad promotionem alicuius studij, & gradus scientiæ, & ad omnia officia per electionem instituenda. Et quicunq; in apostasie per annum fuerit, vel etiam qui non fuerit, nisi per tres dies si bis apostatauerit, aut cum perpetratione criminis enormis, vel scandali manifesti ad studium aliquod, nullo modo admittatur, nec ad lectoratũ promoueatur, nec poterit eivox & locus restitui, nisi per capitulum generale, aut priorem generalem Et licet restituatur locus ei, qui in apostasia fuerit, tempus tamen quo in ipsa apostasia stetit quo ad locum, & grastum, inter fratres habendum, nullatenus computetur, prout iustum est & rationabili,

Apostata ad ordinẽrediẽs loco suo priuatur.

1 ☙ I T E M statuimus & mandamus omnibus prioribus prouintialibus, localibus, & vicarijs conuen-

Nullus pro fessus ꝑ quo cunq; vitio, a nostro ordine expellatur nisi.&c

tuum,vt omnes apostatas nostri ordinis vagātes, cū monachali habitu, non potentes legitime monstrare sui status translationem,capiant, & eos capi procurent, per iustitiam ecclesiasticam vel temporalē, & in carcere eos includant, a quo liberari non valeant,nisi a priore generali. Statuentes, quod nullus professus pro quocunq; vitio, ab ordine nostro expellatur,nisi litteras dimissorias a priore gen͂ralis obtinuerit. Et si quis acceptis litteris dimissorijs, ordinem exiuerit,& infra terminū ei datum, reddire voluerit,a nullo recipiatur,nisi vt nouitius, præterquā a priore generali,ita videlicet, vt vocem & locū inter professos non habeat,sed cum nouicijs in processionibus,choro,capitulo,& refectorio,locū teneat. & per omnes sextas ferias per annū integrūpœnam grauioris culpæ sustineat,atq; post cōpletoriū ī choro vnam recipiat disciplinā, nisi forte prior generalis partem dictæ pœnæ, misericorditer voluerit relaxare. Si autem infra terminum sibi cōcessum,alium ordinem non intrauerit,nec ad nostrū redierit,volumus,vt lapso termino,per quemcumq; superiorē capiatur celeriter,& carceri mancipetur, in eodē permansurus quousq; per priorē generalē misericorditer liberetur. Qui autē extra ordinem apostata existens,literas dimissorias a priore generali petierit & obtinuerit,per nullū alium recipiatur,nisi ad carceres,qui peracta penitētia,locū teneat cū nouicijs in processionibus,& in cæteris,quemadmodū iā dictū est,donec cum eo fuerit dispensatum.

§ De contumacibus,rebellibns, & se erigentibus contra maiores & officia maiorem vsurpantibus. Cap. ij.

1 STATVIMVS & præcipimus, vt omnes fratresſuis ſuperioribus vbiq; & ſemper, reuerentiã exhibeant,& eis obediãt in omnibus licitis & honeſtis. Et qui ſpeciali mandato a ſuo ſuperiore ſibi facto ſingulariter,vel ſibi & alijs pluraliter,non obedierit ſeu in contrarium iuerit, pœna rebellium,quæ ſtatim declarabitur puniatur. Et quicunq; in huiuſmodi præceptis in præſentia ſuiſuperioris pertinaciter non obedierit, aut inobedientiam ſuam malicioſe,& pertinaciter defenderit, ipſum inobedientem contumacem & rebellem iudicamus,& carceri mancipãdum, quamdiu priori generali videbitur expedire. Et idem iudicamus fieri & mandamus in poſterũ de omnibus manifeſte inobedientibus,contumacibus,& rebellibus.Iniungentes omnibus fratribus per obedientiam ſalutarem quod prælatis ſint in adiutorium contra inobediẽtes,contumaces,& rebelles ad eos capiendum,ligãdum,incarcerandũ quandocunq; eis iniungetur per eoſdem.Quod ſi non fecerint,voce & loco ſint priuati eo ipſo.

Fratres obediant ſuis ſuperioribus in licitis & honeſtis.

Fratres ſint in adiutoriũ prælatis contra inobediẽtes.

ITEM ſtatuimus, quod oẽs qui cõtra ordinis ſuperiores ſe erexerint eorũ officiũ vſurpãtes,ſeu impedire conãtes aut per ſe vel alios impedientes,ne ſuũ officiũ exercere valeãt cũ effectu,eccleſiæ prælatos,aut prĩcipes,& rectores excitãtes,vt ſuperiores ordinis per prædictos moleſtẽtur,grauẽtur,aut damnificẽtur in perſona,aut bonis,vel a ſuis officijs expellãtur,aut abſoluãtur, vel huiuſmodi ſe erigentibus,cõſiliũ,auxiliũ,prebentes vel fauorẽ,ſi talia vel ſimilia cõtra ſuũ prouincialẽ,aut eius vicariũ atten

Vſurpatores & impediẽtes prælatorum officia quomodo ſint puniendi

tare præsumpserint, loco & voce careant ipso facto carceri mancipentur. Si vero contra priorem generalem vel eius vicarium huiusmodi illicita perpetra uerint, carceri mancipentur, & voce & loco, gradu ac omni officio eo facto sint priuati, & secūdū qualitatem & quantitatem excessuū in carcere diutius teneantur, vt huiusmodi pœna cæteris cedat in exēplum. & formidine talis pœnæ, alij, excessibus temerarijs compescantur.

Impedientes reformatio-nem sentētiā excōmunicationis incurrunt.

3 ITEM statuimus, quod nullus cuiuscunq; gradus sit aut conditionis, impediat correctionem alicuius, vel alleget contra priorem, quod ex odio vel fauore procedat, criminosos liberando, innocentes condemnando quo minus ad correctionem procedatur sub tali pœna, quam reus subire deberet eo ipso infligenda. Item quicunq; impediūt correctionē vel inquisitionem, perdant eo facto locum & vocē Item quicunq; prælatis impedimentū tribuunt, aut procurant, quo minus corrigere insolentes, & reformare loca nostra valeant, incurrunt sententiam excommunicationis, auctoritate Calixti papæ tertij, a qua donec resipiscant, non valeant absolui, nisi p summum pontificem.

De appellationibus & eis adherentibus. Cap. iij.

Appellationes a correctione regulari pœnitus inhibentur.

1 APPELLATIONES a correctione regulari pœnitus inhibemus, cum non venerimus contendere, sed proprie voluntati ab renunciare. Et quicunq; hoc fecerit ab omnibus legitimis actibus ordinis, perpetuo sit eo facto exclusus & vsu omniū bonorū, quorū vsum incertū habere

videbatur,sit priuatus,& omni gradu & promotio ne tēpore perpetuo,& cōfestim sine cōtradictione carceri mācipetur in eodē permansurus donec per capitulū generale fuerit post tres annos cū eo mise ricorditer dispēsatū,nisi infra tres aut quatuor dies a sua appellatione desistat,& abrenunciet. Et idem iudiciū per omnia fieri mandamus de his qui appellantibus cōsentiunt,adherent vel appellationes defendunt. Et si appellantes,cōsentientes,adherentes appellationes defendēres in aliquo officio existant aut præsident eo ipso sint priuati, nec aliquis frater tenetur eis in quocunq; obedire, nec locū & vocē habeant in quacunq; electione,donec per capitulū generale fuerit cum eis dispensatum misericorditer post tres annos.

Prouinciales et priores,faciant cōstitutionem de appellatiōibus obseruari sub pœna &c.

2 S MANDAMVS & præcipimus prioribus pro uincialibus omnibus atq; localibus p salutē obiam & sub pœna depositionis ab officijs, quod præfatā constitutionem de appellationibus, & appellationi adherentibus, post quam ab appellatione ceciderint faciant inuiolabiliter obseruari. Et idē faciāt de se erigentibus cōtra superiores,erigētes & appellantes cū adherentibus & eorum appellationibus in communibus papiris prouinciæ, in quibus describuntur criminosi, conscribere in suis fore factis ac maleficijs non obmittant.

S De conspiratoribus & colligationem faciētibus Cap. iiij.

Nulli fratres colligationē aut confederationem faciant sub pœna &c.

1 IN virtute sanctæ obediētiæ districtæ præcipiendo mandamus,quod nulli fratres iuramēto,aut fide præstita,colligationē aut cōfederationē faciāt,quod sibi mutuo non deficient in suis defensionibus,

 substen

ſubſtentationibus vel huiuſmodi, quæ notam mali et cõſpirationis ſapiunt & oſtendit, ſub pœna excomunicationis, quam incurrant ipſo facto, ſi contra huiuſmodi mãdarumvenerint, quacunq; reuocatione ſentẽciarũ excomunicationis aliquando edita, etiã in cõtrariũ nõ obſtante, & ſi quis in capitulo per alterũ acclamauerit, culpã accuſati aggrauãdo vel diminuendo, ſeu aliter ibidem fratres moneat & ortetur, vt culpã teſtificentur vel timorẽ fratribus incutiant, ne per eos culpa cõmiſſa probetur, ſuper hoc per præſidentẽ minime requiſitus, ipſo facto ab omnibus conſpirator reputetur, & puniatur pœna cõſpiratoribus infligenda, de qua immediate dicetur. Si vero per cõiurationẽ, colligationẽ, malicioſam diſcordiã aduerſus ſuperiores ſuos, aut illicitũ vel inhoneſtũ machinatus fuerit, locũ & vocem perdat eo ipſo, & per.xl.dies adminus, pœnã grauioris culpæ ſuſtineat pro præmiſſis. Et ſi ad talẽ effectũ huiuſmodi cõiuratio vel cõſpiratio, colligatio & malitioſa diſcordia deuenerit, quod totus ordo vel aliqua prouincia, ſeu aliquis conuentus, aut aliquis maior ordinis malũ, ſiue detrimẽtũ, vel ſcandalũ notabile patiatur, per annũ integrũ carceri mãcipetur. Et ſi ex hoc in domibus vel ꝓuincijs ordinis, vel in toto ordine diuiſiones vel partes fierent, ſtatuimus quod faciẽtes vel conſentientes, excommunicationis ſentẽciam incurrãt cum eo facto, & carceri mãcipentur perpetuo, niſi per capitulum generale cũ eis ſuper hæc fuerit diſpenſatum.

Si quis cõminãdo dixerit ſi hoc enim erit etc. Conſpiratorũ pœna &c.

2 ITEM ſi quis cõuictus fuerit, quod de prælatis noſtri ordinis dixerit comminando ſic, niſi ille vel illi abſoluantur ab officijs, vel niſi ille ſeu illi ad officiũ vel officia eligantur, vel niſi ille vel ad gradum vel.

vel gradus magisterij,bachalariatus,lectoratus pro moti fuerint,vel nisi ille vel illi rer ardētur ad huius modi ꝓmotionis gradū,pax non erit in ordine aut prouīcia,vel cōuētu,aut multi apostatabūt vel mo rientur , aut hæc vel illa eueniēt , si hæc vel similia verba cōminando publicauerint & dixerint seminā do volumus,quod tales sine cōtradictione quacūq; conspiratorum Pœna puniantur.

De currentibus ad sæculares pro sua promotio ne aut defectum purgatione. Cap.v.

SI quis pro sua promotione,aut cōtinua tione studij , vel adeptione officij infra ordinē,aut pro defensione vel impunira te culpæ cōmissæ,aut ꝓmotione, aut stu dio , siue promora in conuentu in quo est aut altero , vel contra voluntatem sui superio ris ꝑ quacūq; gratia obtinēda,pces,vel literas præ latorū,pricipū,magistratuū, aut quorūcūq; nobiliū aut potētū psonarū extra ordinē nostrū per se,vel alios procurauerit,si propter huiusmodi preces aut literas opporteat vel cōtingat,quēcunq; maiorem vel prælatū nostri ordinis,ne ipse,aut ordo damnū, aut indignationē,seu offensam incurrāt taliū domi norū cōcedere vltra ꝓ beneplacitū gratiæ suæ tali fratri,quamuis & talis frater per se vel per aliū hu iusmodi literas vel preces minime ꝓcurauerit. Sta tuimus , quod si frater pro quo huiusmodi præces fuerit facta,gratia sibi taliter cōcessa vtatur,vel nisi præces aut literas sic cōcessas,sine indignatiōe præ latorū aut principū huiusmodi fecerit reuocari om nibus bonis quorū vsum incertū videbatur habere co facto,priuetur atq; voce & loco careat. Et si ex hoc offensa vel damnosa indignatio ordini vel præ lato

Fratres impetrātes literas principū pro obtinēda aliqua gratia contra voluntatem sui superioris , qua pœna etc

lato concitata fuerit,carceri mācipetur. Ordinātes iterum,quod si propter huiusmodi præces vel literas oporteret,aut contingeret ptiorē generalē, vel prouincialē mittere aliquē ad studiū generale,vel lecturā quācunq;,siue ad magisteriū promouere,aut in cōuentu dimittat permanere, talis sic missus vel promotus, nullam prouisionem de sua prouincia, nec de cōmunitate ordinis recipiat quoquo modo. Et nihilominus sit ipso facto priuatus omni gradu magisterij bachalariatus,lectoratus, & scolariatus, sic adepto , & etiā sit priuatus voce & loco tēpore sempiterno,nec super hoc statuto prior generalis, nec prouincialis poterunt dispensare.

[2 §➝ ITEM cū quidam insolētes omni timore dei post posito,suam malā vitam subdole paliare volētes,vt ordinis correctiones regulares effugare possint,in perniciem & scandalum plurimorum ad iudices non suos,sed extraneos,ecclesiasticos,aut sœculares recurrant cuiuscunq; sint potestatis,pro habendis purgationibus super diuersiscriminibus,quibus diffamari noscuntur,aut probabiliter sunt suspecti,spretis suis superioribus, iustitiam sibi fieri requirentes,aut quærentes prius excusari quam accusentur,& literas purgatorias & excusatorias procurātes quibus prælatorum obtenebrēt iudicia. Ideo statuimus,quod quicunq; frater cuiuscunq; gradus status aut cōdictionis existat, qui pro correctione, purgatione,excusatione ante accusationem aut aliquali executione iustitiæ ꝓ se aut pro alijs fratribus aut sæcularibus ad iudicē non suū,sine licentia prioris generalis,vel prouincialis cōfugerint,carcerimācipetur. Statuentes,quod quicunq; frater pro quocunq; facto proprio vel alieno,siue pro defensione cuius

Frater cuius cūq; gradus adiudicē nō suū sine licētia. p. g. vel prouincialis accedēs carceri mācipetur.

cuiuscunq; culpæ propriæ, vel alienæ, requisierit cõ silia aduocatorum siue quaruncunq; personarũ extranearum, sine licentia prælati sui, loco & voce priuetur, per hoc tamen non intendimus secludere, quin de culpis fratrũ & scãdalis possint superiores ordinis informari & certificari, per personas fide dignas, & consilium petere ab eisdem in agendis.

3 § QVONIAM vsque adeo creuit malitia, quod nullo modo aliqua fieri potest punitio infraclaustra conuentuum, quæ non deueniat ad aures sæculariũ Volentes, quod de cætero religio in sua sit libertate constituta. Ordinamus, ac statuimus, quod quoties aliquis pro demeritis seu culpis incarceratus, seu quoquomodo sequestratus fuerit, nemo audeat quoruncunq; sæculariũ fauores procurare, si quis autem quod pro aliquo huiusmodi extra ordinem intercesserit, seu procurauerit, ad sæculares detulerit deprehensus fuerit, seu euidenter suspectus, loco & voce, & actibus legitimis priuetur, & priuatus declaretur, & ad prouincialem mittatur, vt in alio conuentu, vsq; ad prouinciale capitulum proximũ futurum, sit carceri mancipandus.

Nemo audeat quorũcunq; sæculariũ pro se vel pro alio fauores procurare.

4 § ITEM quoniã totius corruptionis, & deformitatis in ordine, hæc in primis origo, & præcipua causa est, quod fratri nostri, vel ex eo sibi diuturnã procurant in cõuentibus permanentiã, nec se ab eisdẽ ad alios transmitti patiuntur, quia ius se habere in eisdẽ cõuẽtibus, diuturna permanẽtia, arbitrãtur in quibus ꝓfessionẽ emiserũt, & quorũ filij esse dicũtur Id circo volentes obuiam ire corruptelis & consuetudinibus prauis, ordinamus, quod de cætero fratres nostri sacri ordinis, nisi fuerint in gradibus, lectoratus, bachalariatus, & doctoratus legitime constituti

ſtituti. Qui pro literarijs exercitijs,ſolent & debent prout opus fuerit,diſponi & trāſmutari,vſq; ad qua drageſimum ſuæ ætatis annum,anno ſingulo,tēpore prouincialis capituli,ſeu viſitationis prouincialis de conuentibus in quibus per annum permanſerūt, ad alios conuentus trāſmutentur,& tranſmittātur, non obſtante,quod ſint aliquorum conuentuū filij, niſi forte cum aliquo foret per priorem generalem ob cauſas rationabiles rationabiliter diſpenſandū, præcipientes omnibus & ſingulis cuiuſcunq; cōditionis extiterint,ſub pœna rebellionis, & carceris, per menſem,vt nullo modo obedientia ſibi datacō traueniant,ſeu aliquo modo refragentur,poſt annū vero quadrageſſimum,in conuentibus vt permanere valeant,ſic permittantur,vt ſint conuentibus exēplis,& vitæ honeſtate vtiles,ſint autem arbitrio pro uincialium,ſeu diutius,ſi eorum diuturna permanētia expedire videbitur relinquendi, & ſi ſecus ammonendi.

Sacerdotes non attingentes quadrageſſimū annum ſingulo anno de conuentu ad conuentū trāſmutētur niſi. & c.

§ De lapſis in peccatum carnis. Cap. vj.

STATVIMVS, quod ſi quis in peccatum carnis lapſus fuerit, & confeſſus vel conuictus, aut violēter ſuſpectus,de qua ſuſpitione ſtatim dicetur,per dimidium annum carceri mancipetur,& cum hec locum & vocem ammittat.Si autem notorium fuerit,extraneis,per annum integrum in carceretur,ac locum & vocem ammittat quinq; annis,niſi propter laudabilem eius conuerſationē per priorem generalem,vel capitulum prouinciale poſt tres annos,fuerit cum eo diſpenſatum.Si autē religioſam vel conſaguineam quis cognouerit,vel virgi nem

Si quis in peccatum carnis lapſus fuerit quomodo ſit puniēdus.

nem deflorauit, tunc secundum qualitatem & quantitatem delicti, pœna rigidius ei agrauetur.

2 ❧ DICIMVS fratrem conuictum vel suspectū violenter de peccato carnis, si solus cum sola muliere in cella sua, clauso hostio, de die, aut de nocte repertus fuerit, vel auditus, nisi esset mater, vel mater, aut ita propinqua de genere, quod omnis suspicio merito tolli posset, aut alias propter infirmitatis grauis repentinum euentum valeret forsitan excusari, vel etiam nisi repertum sit, quod per aliū fratrem, sine suo scitu, maliciose fuerit introducta. Statuētes, quod frater in cuius cella seu camera mulier sola, clauso ostio aliter quam dictum est, inuenta fuerit, tanquam suspectus atq; conuictus carcerimā cipetur.

Qualiter dicatur fratrē aliquem de peccato carnis esse conuictum.

3 ❧ ITEM quicūq; frater mulierem osculatus fuerit, vel circa ipsā tactus vel actus impudicos exercuerit, pro qualibet vice pœna grauioris culpæ per viginti dies rigide puniatur. Et si talia aut consimilis facere duxerit in cōsuetudinem, tanquam suspectus de illicitis habeatur & incarceretur. Item frater quicunq; domos aut loca lenonum, aut diffamatarum, mulierum intrauerit, aut cum eis colloquium vel cōuersationem habuerit, ipsum suspectum de peccato carnis, si notorium fuerit iudicamus, & purgandum purgatione canonica ordinamus. Et dato quod purgetur, propter tamen huiusmodi ingressum, colloquium, notitiam, & familiaritatem frequētatā, quia scandalū alienis generat, & inducit, pœnam grauioris culpæ per quadraginta dies sustinebit.

Quicūq; mulierē osculatus fuerit pœna grauioris, &c.

4 ❧ SI quis autē in peccatū indicibile (quod absit) lapsus fuerit conuictus vel confessus, aut violenter suspectus quam violentam esse suspitionē dicimus, si per-

ſi per duos pueros vel plures publice hoc confiteatur, vel de hoc quereletur, vel ſi quis puerum ī cella ſua clauſo oſtio ex omni parte de nocte habuerit, vel de die, niſi ex defectu cameræ vel lecti ſecum for ſitam neceſſario iaceret vt hoſpes, & de licentia ſui maioris Et talis ſic violenter ſuſpectus introducatur in carcerem ibi temporeperpetuo miſerabiliter affligēdus: niſi forte cum eo fuerit aliquando per capitulum generale diſpenſatum.

Si quis in peccatum indicibile lapſus fuerit tēpore perpetuo car ceri mācipetur,

De luſoribus & nigromanticis. Cap. vij.

1 STATVIMVS, quod ſi quis cū taxillis vel aliorum ludorum genere ꝓ pecunia, libris, rauba, aut qui buſcunq; iocalibus luſerit, tā vnus quamalter frater ludens, ſiue cum extraneo ludat, ſeu cum fratre, aut familiari ordinis, per quemcunq; ſuperiorem ſuum, vſu bonorum omnium, quorum vſum incertum habere videbatur, priuetur, pariterq; omni gradu, ꝓmotione, ac voce, & loco, ac eriā car ceri maciperur, penſata qualitate & quāritatæ offen ſæ. Ludos etiā alearū & alios indecētes, & inhoneſtos, atq; ludos goliardicos, laruaticos, hiſtrionicos, atq; etiam incantaticos, pœnitus inhibemus ſub eadem pœna per. xl. dies infligenda.

Fratres ludētes quocunq; ludi genere priuētur omni gradu etc

2 ITEM ſtatuimus, quod alchimiſte, nigromātici, ſortilegi, & generaliter omnes qui ſcientijs prohibitis vtūtur, atq; ſtudent, ſeu libellos vel libros, carras aut cedulas apud ſe, de his & ſimilibus tenuerīt, vel habuerint, ſtatim carceri mācipētur, & tales libelli ſiue cartæ, igne concrementur, aut aliter deleantur.

Alchimiſte ſortilegi. & c carceri mā cipentur.

De

§ De diffamantibus & conuiciosis. Cap.viij.

1 CAVEANT ante omnia fratres cuiuscunq; gradus aut officij existant, quod prælatis ecclesiæ non detrahăt maliciose quoquomodo si quis conuictus fuerit quod de domino nostro papa (quod absit) detractorie locutus fuerit, aut verbŭ diffamatorium dixerit, carceri mancipetur. Et idem volum us, si de dominis cardinalibus, regibus, & reginis in omnibus obseruari, & in carcere maneat talis diffamator donec per capitulum generale liberetur, & ita si de ceteris prælatis & principibus, pĕsata qualitate, & quătitate excessus. Item fratres omnino caueat diffamare suos superiores. Sed si aliquis aduersus priorem suum aut eo superiorem, non malitiose sed in veritate habuerit quicquam, quod omnino nō deberet tollerari, primo inter se & ipsum solŭ, eum de sua correctione amoneat aliquoties, quam amonitionem, si neglexit aut cōtempsit, aliquis de senioribus & discretioribus fratribus ad eum monĕdum & corrigendum adducat vel ad hoc per se ipsos faciendum inducat. Et si adhuc nonle correxerit, superiori prælato, si habeat scribat, aut si ad visitandum venerit, tunc ei veritatem insinuet & declaret, vt sic per illum corrigatur, vel in capitulo generali aut prouinciali finaliter corrigĕdus demădetur, quod & fieri poterit [illegible] dicta monitione nō præmissa, dŭ tamĕ illud fuerit notabile, & sufficiĕter probari possit & monstrari, nec alio modo præsumat de suis prælatis obloqui, sub carceris pœna, pensata iniuriæ qualitate & quantitate, & ponderato gradu [illegible]lationis.

Si quis de summo pontifice verbŭ diffamatoriŭ xerit carceri. &c.

Caueat fratres suos superiores diffamare.

ITEM

Si quis cuicunq; fratri obiecerit, quod confessiones reuelauerit pœna. &c.

2 ITEM si quis cuicunq; fratri sacerdoti nostri ordinis, aut alterius obiecerit, quod confessiones reuelauerit, aut ipsum super hoc diffamauerit, siue alicui de lepra vel enorme vitio, aut de furto, homicidio, fornicatione, vel cōsimile conuitium vel improperium dixerit, aut aliquem defectum ipsius vel parentum suorum, famam denigrantes, directe vel indirecte, & probare non poterit, de his quæ probatione nem requirunt pœnam, grauioris culpæ per. xl. dies sustinebit, comedēdo in terra cum scapulari linguarum, de quo postea dicetur. Et omnis diffamator talı diffamato famam publice reddere compellatur. Et si defectus manifestos naturales aut latētes, sicut de lepra, vel deformitatibus alijs, quæ non sunt ī potestate hominum alicui obiecerit, propter quod oriri posset occasio se mutuo feriendi, pœna grauiori puniatur.

3 ITEM ordinamus, quod si quis habuerit locū accusandi coram suo prælato aliquem, & non accupauerit, & postea maliciose per literas, aut alio modo diffamauerit, de criminosis, & notabilibus locū, & vocem perdat eo ipso, & si qualitas diffamationis scandali vel periculi subsecuti hoc exigat, pensatis gradu, & conditione diffamati, diffamās carceri mācipetur.

Quicūq; totū ordinē diffamauerit loco tenore &c.

4 ET statuimus, quod si quis alicui fratri obiecerit crimen, de quo alias pœnitentiam egerit, & correctus fuerit, decem diebus, pœnæ grauioris culpæ obijciens puniatur. Item quicunq; fratrem aliquem vel conuentum aut totum ordinem, ratione, defensionis suæ apud quoscunq; extraneos diffamauerit, eo ipso loco & vocē sit priuatus, & non possit ei restitui, nisi per capitulum generale. Item statuimus,

quod

quod si quis in grauibus infamationibus, vel purgatione sui aut alterius, de qua in capite sequenti dicetur, siue alijs quibuscunq; notabilibus causis falsum testimonium contra aliquem vel aliquos dixisse conuincatur, suam faciat pœnitentiam, in terra comedendo coram toto conuentu in pluribus cōuentibus suæ prouinciæ ad hoc missus, per tot dies, quæ superiori videbitur expedire, sedēdo super terram, indutus aliquo scapulari, super quo duodecim linguæ aut circiter, ante & retro de pano rubeo vel albo consute hinc inde modo vario, insignū, quod propter magnum suæ linguæ vicium, illo modo merito sit puniendus, & postea carceri mācipetur, nec amplius ad aliquod testimonium admittatur.

Forma scapularij linguarum.

De diuisionibus & parcialitatibus cauendis, & de purgationibus diffamatorum. Cap. ix.

QVICVNQVE de diuisione, aut parcialitate in conuentibus, prouincijs, aut toto ordine conuicti, seu aliter probabiliter erunt suspecti, nisi possint se legitime purgare, tam ipsos, quam eorum defensores aut præbentes eis auxilium vel fauorem, carceri mancipentur. Item statuimus, quod si quis apud bonas & notabiles personas de crimine aliquo fuerit diffamatus, & etiam si quis de aliquo crimine, suspitione probabili sit suspectus, & per testimonium certum vel per propriam confessionem conuinci non possit. Indicabitur sibi purgatio canonica, vt tandem cōuincatur si in purgatione defecerit vel recuperet bonam famam.

Quicunq; partialitatē in cōuētibus .s. ceritcarceri mancipetur.

P Decla

2 Declarātes,quod de probabili ſuſpitione purgatio canonica indicatur,de violēta autem ſuſpitione vnuſquiſq; puniri poſſit,ac ſi confeſſus fuerit vel cō uictus,quam ſuſpitionem forte probabilem aut violentam, præſidēs in capitulo,cum quatuor vel quinq; fratribus conuentus habeat iudicare,vt dicitur in capite de capitulo conuentuali. Et ſicut ibi dicitur, vbicunq; conſtitutiones noſtræ, cēnt diminute vel defectuoſæ,omnia fiant ſecundum iuſtitiam,& con ſcientiam bonam. Purgatio canonica ſi erit incapitulo facienda,& etiā indicēda, cum frater ſuſpectus probabiliter de aliquo crimine,ne i crimine aut ſuſpitione remaneat inculpatus,ad præceptum ſui maioris,cum tribus aunt quinq;, vel ſex bonis fratribus aut pluribus vel paucioribus, ſicut placuerit præſidenti. Si tamen purgandus plures allegare voluerit, admittantur,qui quidem fratres purgatores ſint bonæ famæ,& a longo tēpore eius cōuerſationem nouerint,ſecum etiam conuerſantes , & eoſdē ſacros ordines,ſicut purgandus, habentes & qui fuerit de dicta ſuſpitione & ſuſpitionis cauſa, informati plenarie,& demum in illorum preſentia coram præſidente & cæteris fratribus,ſupra ſancta dei euangelia ſolēniter iuret, quod ipſe nunquam perpetrauit illud crimen,vel illas criminoſas res,aut ſceleratas, de quo vel quibus eſt infamatus , quo iuramēto ab eo ſic facto,ſtatim illi purgatores ibidem, etiam coram præſidente & fratribus ſtantes, ſigillatim iurabunt,quod ipſi credunt ipſum vera iuraſſe & dixiſſe,& ſic ſe reddat dictus ſuſpectus & infamatus a crimine expurgatum. Qui ſi ſic fuerit debite purgatus debet continuo per præſidētem in bona ſua fama, & innocentia reſtitui & reponi. Si vero ſe purgare nequi-

Purgatio canonica quomodo ſit facienda in capitulo.

uerit,tanquam reus & conuictus, secundum criminis grauitatem puniatur. Et notandum,quod purgatio canonica indicitur , quando aliquis apud bonas & graues personas,siue per suos inimicos, siue per alios infamatur, non autē indicitur huiusmodi purgatio,quando quis apud viles personas , quacunq; præsumptione fuerit infamatus. Item frater infamatus,si nō potest conuinci, tenetur se per iuramentū purgare,& ad purgationem cogendus est,ita quod in voluntate sua non consistit,sed in arbitrio præsidentis,quid autem faciendum sit ei , vel purgatoribus si periurasse conuincantur,dictum est in fine capitis præcedentis.

De minantibus percutiētibus & arma tenētibus Cap. x.

1 SI quis minatur animo irato ad percutiendum, etiam si non percusse rit,pœna grauioris culpæ tribus diebus subiaceat,siuero lapidem,vel baculum,aut quæcunq; arma. Seu munimenta leuauerit ad percutiēdum., licet non percusserit prædicta pœna ei duplicetur. Si autem contra priorē prædicta arma leuauerit, per quadraginta dies eandem pœnam substineat. Si autem contra priorem generalem,aut prouincialem arma ad percutiendum leuauerit,carceri mancipetur.

Si quis arma leuauerit ad percutiendū p.g. vel localē pœna. &c

Si quis malitiose aliquem fratrem percusserit., ipso facto est excommunicatus,necpoterit absolui per quemcunq;,nisi per priorē generalē aut prouincialē suum, vel eum , cui super hoc ipsi potestatem

Si quis mali tiose aliquē fratrē percusserit siue.p. g.aut prouincialē seu.p. localē leuiter siue grauiter, quomodo sit puniendus.

commiserit,& pœnam grauioris culpæ per xx. dies substinebit. Si autem quemcunq; fratrē aliquis enormiter leserit, absoluendus est a domino Papa & carceri mācipetur in eodem permansurus, quousq; per capitulum generale sibi misericordia concedatur pensatis qualitate & quantitate delictorum, & illicitæ lesionis. Si quis priorem localē suum quantuncunq; leuiter malitiose percusserit, carceri mācipetur per annum,& erit absoluendus, vt supra a domino papa. Si quis etiam leuiter (quod absit) percusserit priorem generalem, carceri mancipetur, per tres annos,& vocem & locum amittat. Si quis vero quēcunq; fratrem grauiter percusserit, seu verberauerit ab excommunicatione qua incurrit non potest absolui, nisi a priori generali, vel ab eo cui vices suas commiserit,& carceri mācipetur, quam diu capitulo prouinciali videbitur expedire. Si autem priorem prouincialē, aut localem, quis grauiter percusserit, ab excommunicatione quam inurrit absoluēdus est a papa,& carceri mancipetur, quousq; per capitulum generale liberetur. Et si quis) quod absit priorem generalem grauiter percusserit carceri mancipetur toto tempore vitæ suæ. Vt autem sciatur quæ leuis iniectio, vel injuria leuis sit,& quæ grauis, aut quæ enormis, seu atrox,& duritia earūdem, vt errare non valeant, qui de manuum iniectionibus absoluendi aliquem, habet potestatem, declarationem per dominum Innocentium Papam quartum editam, & in curia publicatam, directam quibusdam episcopis, super præmissis dubitationibus hoc scribere expedit, quæ talis est.

Innocentius episcopus.&c.

PER LECTIS literis vestris circa excommunicatos, vos ĩ eis dubitare perspeximus, quæ esset modica vel leuis iniuria, circa quod loquitur sic decretalis, & absoluẽdi vobis committimus, potestatẽ ad quam tamen iuris potius quã facti sit quomodo, vobis sic prout possumus respõdemus. Illam intelligimus leuem & modicam iniuriam, quæ modica percussione, aut impulsione pugni, palmi, digiti, pedis, vel lapidis, aut baculi, est contracta. Ad leuem vero, mutilatio membri, fractio dẽtis, decapillatio capillorum non modica, vel effusio sanguinis, non procedit, nec tamẽ si acus, aut virgæ percussione, sanguinem emiserit, transire in atrocẽ iniuriã profitemur, vt propter hoc, sit ab absolutione talium abstinendum, cum nõ solum ipsum factũ sed etiam facti qualitas, vel percutientis iniuriandi modus, circa hoc diligentius attendatur, vt ipsius facti circunstantijs, loci videlicet & personæ. Loci quidem, vt in theatro, vel foro iniecerit, vel coram iudice, vel rege, vel prælato ac etiã coram multis in aliquo loco publico, alicui iniuria inferatur. Personæ vero, vt si magister, dominus, prælatus pater, aut patronus, iudex, aut magistratus, vel quisquam in dignitate constitutus, ab inferiori, vel humili, cõtra formam iuris iniuriam patiantur, per hec quidem, quæ graues videantur iniuriæ, & quæ sint leues, aut modicæ, ex ipso facto cognoscantur. Et subdit sane negotij, quia causa non patitur, vel ad plenum omnia referantur. Iudicium talium, aut sit modica vel enormis iniuria, vestro duximus arbitrio cõmittendum. Ita tamen potestatẽ vestram cum ad hoc pro cesse-

Declaratio q̃ sit leuis et grauis iniuria & diferẽtia earũdẽ per innocentium. iiij &c.

 ritis

ritis,temperetis etiã infra metas huiusmodi,potius quam vltra,ne de absolutione confisi, de facili in atroces procedant iniurias,vel percussiones,& etiam sentẽtiã canonũ periculosius contẽnentes,in excõmunicationes citius prolabantur. Hæc Innocẽtius.

Si frater clericũ sacularẽ percusserit,a quo sit absoluendus.

3 §. N V L L V S etiã famulum fratrum percutiat, vel quemcunq; sæcularem,etiã laicũ,sub pœna grauioris culpæ,vel etiam carceris, secũdum qualitatẽ & quantitatem delicti grauiter infligenda. Si autem frater,clericum sæcularem percusserit,absoluatur a diocesano a sententia excommunicationis quã incurrit,& si percusserit quẽquam alterius religionis, absoluendus est a prælato percussi,& pœna taxata de percussione fratrum nostrorum aggrauetur. Si percusserit quemquam extraneum,etiã satisfactione facta,tam leso,quã suo prælato carceri ordinis mãcipetur,si iniuria hæc reqsierit. Volumus etiã quod secundum qualitatem& quantitatẽ excessuum,tam istæ pœnæ, quam aliæ taxatæ in cõstitutionibus aggrauẽtur,pẽsatis gradu & dignitate,patiẽtis iniuriã.

Fratres nostri arma nõ habeãt neq; teneant sub pœna.&c.

4 §. I T E M statuimus,quod fratres nostri arma nõ habeant neq; teneant,neq; portẽt,sed nec custodiãt nec haberi,portari,aut custodiri ab alijs faciant ad suos proprios vsus,infra cõuentũ vel extra, vel ĩ capitulis,aut cõgregationibus quibuscunq;,vel inuiis, sub pœna priuationis vocis & loci,nisi forte de licẽtia sui superioris in casu necessario si cõtingerit,nec habeant cultellos pũctatos,vel acutos, etiã ad scindẽdũ panẽ, nec etiã quæcũq; alia periculosa portẽt vel nociua,præter paruum temperatorium,ad pennas aptandum, nec cultelli habeant ferrum vltra lõgitudinem manus extrãsuerso,sub pœna grauis culpæ per tres dies infligenda.

Forma gladij

De-

De proprietarijs. Cap. xj.

Nullus frater aliquid teneat, sine sui prioris.

1 CVM proprietatis abdicatio sit de essentia nostræ professionis, nec aliquis frater quicquam sibi proprium dicere debet. Statuimus, quod nullus pecuniam, vel quod cunq; munus sibi datum vel oblatum, seu aliquod depositū teneat, libros, vestes, aut alia quæcunq; bona, quantūcunq; modica, nisi de prioris sui licētia speciali, & assensu, dūmodo sibi notescendi tempus habere poterit oportunum, sub pœna proprietariorū, de qua in fine huius capitis dicetur grauiter infligenda. Item prohibemus, ne aliqua deponantur, a quocunq; donantur, in custodia, vel manibus secularium personarū, vel religiosorum extra conuentum, per modumde positi, vel quouis aliomodo, nisi de scitu & assensu prioris, & trium clauariorū personarū sæcularium, quæ sint in sæculo fide digni sub præfata pœna.

Mercationes fratribus pœnitus inhibētur.

2 ITEM mercationes fratribus nostris directe vel indirecte districtissime, & sub omni pœna inhibem. Qui autem bona, & res communitatis, furtiue, vel alio modo indebite alienauerit, vt puta oblationes, elemosinas, procurationes, seu legata, libros, vtensilia, raubas vel lectisternia, pecunias, & iocalia, & quæcunq; ad ecclesiam, vel sacristam, aut alias ad conuētum spectantia, si de his & similibus alienatis cōuictus fuerit, retenta restituat, & dicta proprietariorū pœna inferius declaranda, rigide puniatur.

Questores teneantur q̄stas integre prioribus præsentare,

3 ITEM statuimus, quod fratres terminarij visitātes terminos, & faciendas quæstas, teneatur integre reuelare, & præsentare prioribus suis & tribus custodibus cōuētus, ea quæ d̄ quæstibus suis seu pcu

rationibus in terminis,& nomina dantium elemosinas notabiles a quibus acquisierunt,sub pœna proprietariorum.Item ordinamus, quod bona q̃ apud proprietarios,apostatas, appellantes a correctione regulari,fures,latrones,& alios criminosos sceleratos,inuenta per priores locales capiantur & i vsus cõmunitatis conuentuum , de scitu trium custodũ conuerrantur,vel per priorem prouincialem, i vsus cõmunitatis prouinciarum,vel per priorem generalem,in vsus communes totius ordinis applicentur. Et ipsi,qui dictos defectus cõmiserunt carceri mancipentur,prout in locis suis est signatum.

Quando aliqua per modũ depositi ĩ custodia traduntur nõ recipiãtur nisi, &c.

4 ITEM ordinamus,quod quando aliqua p̃ modum depositi a quocunq; extraneo sæculari,vel religioso in custodia traduntur teseruanda, non recipiantur a quocunq; vel teneantur, nisi a priore & tribus fratribus custodibus,ad hoc electis,in cõmuni custodia reponantur,& numerabilia numerẽtur & ponderabilia ponderentur, & mensurabilia mensurentur,nec aliquid de sic cõmissis amoueatur,vel mutuo recipiatur,nisi de licẽtia reponentis,sub pœna carceris transgressoribus infligenda. Qui autem quicquam de depositis amouere præsumpserit,tanquam furtum ab omnibus reputetur.Si quis autem proprietarius conuictus fuerit,aut confessus sufficienter,a quocunq; suo iudice,data sententia,carceri detrudatur,nec possit liberari,nisi per priorem generalem vel capitulum prouinciale. Et si inuentus fuerit proprietarius in morte,& sic obierit,extra cimiterium fratrum puta in orto,vel alibi,absq; diuino officio sit sepultus,nisi forsan , ex tali sepultura, scandalum sæcularibus generaretur.

De-

§ De pœnis in communi. Cap. j.

1 QVIA constitutiones nostri ordinis neminem ex se intendunt obligare ad culpam, sed ad pœnas scriptas, si propter trãsgressiones a superioribus infligantur, nec obligant, nisi propter contemptũ. Ideo nunc dicendũ est consequẽter, de pœnis, quæ transgressoribus correspondent. Et quamuis in plerisq; locis harum constitutionum pœna culpæ correspondens sit in speciali continuo adiuncta. Statuimus tamen, quod si quis conuictus fuerit de culpa notabili, pro cuius punitione in constitutionibus, nulla specialis pœna imponitur, quod præsidens in capitulo, coassumptis duobus aut tribus de discretioribus fratribus eiusdẽ capituli, quos duxerit assumendo, consilio habito cum eisdem, huiusmodi fratri conuicto, imponat, prout sibi videbitur, condignam pœnitentiam pro commissis.

Cõstitutiones non obligãt nisi propter contemptũ.

2 § ITEM cum in constitutionibus nostris frequẽter ponatur pœna depositionis ab officio prælatorũ & aliorum officialium ipso facto, propter multa pericula, quæ possẽt inde cõtingere declaramus, quod intelligitur ipso facto, postquam in capitulo fuerint conuicti & confessi, coram superiore.

Quomodo intelligitur ly ipso facto.

§ De pœna priuationis vocis & loci. Cap. ij.

1 PRIVATIO vocis & loci quandoq; dicitur infligẽda, & quãdoq; dicitur inflicta scilicet eo facto, & quomodo intelligi debeat, dicetur in fine huius capitis. Est autẽ infligenda si quis vẽdat census ad vitam,

Priuatio vocis & loci quando dicatur infligenda, & quãdo inflicta. s. eo facto.

consensu prouincialis aut generalis, aut nisi sit pro emendo aliquo hospitio, aut aliqua portione terræ Si quis potat in tabernis. Si quis ebriosus. Si quis de deo & de sanctis turpiter iurauerit, & monitus bis aut ter a suo superiore se nõ emẽdauerit. Si fratres venientes ad locum vbi habemus conuentũ, & nõ visitato cõuentu, cum habet tẽpus congruũ ad hospitium declinantes, sine maioris licẽtia extra cõuẽtum comedant. Si pro se vel alio, quis absq; maiorũ licentia querit consilia aduocatorum.

Prohibetur prædicatoribus barbam nutriri.

2 S. QVI mulierem quamcunq; duxerit ad dormitorium, contra formam constitutionis de itinerãtibus. Frater vadens sine socio extra, nisi quando vadit parisijs causa studij, aut inde redit. Si faciat cuiuscumq; ambasciatam odiosam. Si prædicet aliqua futura, sine auctoritate sacræ scripturæ, aut nouas opiniones non proferentes ad bonum moris, aut ĩ prædicationibus contentiose disputauerit. Si prædicantes nutriant barbas, aut faciant vexilla, & similia signa extranea. Si quis locũ capituli generalis, aut prouincialis, ante vigiliam vigiliæ, sine licentia ingressus fuerit. Si quis promouerit apostatam per annum ad gradus, etiã magister sub quo promoueretur, si sciret & admitteret eum. Si quis arma sine licentia tenuerit vel portauerit.

Quando etiã hæc pœna, ipso facto sit infligenda.

3 S. INFLIGITVR etiã hæc pœna ipso facto si prior & procurator locum indebitet notabiliter, & possessiones alienet, absq; consensu prouincialis capituli. Si prior statum sui loci sub sigillo cõuentus, ad prouinciale capitulum, suo sciente socio, nõ portauerit. Si quis facto signo post complectoriũ intrat camerã alterius. Si quis extra villam licentia habita vadens, & extra de nocte manens ad tacẽdum sine

licẽtia

licentia remanserit. Si quis prior, lector, bachalarius seu alius simplex frater, priuatum famulum tenuerit. Qui parisijs scolarem nouam beianizauerit. Si quis camisias de lino portauerit. Si quis literas priori generali vel prouinciali missas, vel per eos alicubi directas scienter, & maliciose retinuerit, aut si ad se non mittebantur aperuerit. Si quis promotionem aliquam contra voluntatem maiorum, præce magnorũ extraneorum per se vel per alios procurauerit si gratia sibi obtenta vtatur. Si quis absq; licẽtia scepta loci indebite exiuerit. Si quis etiam ad maiorem suum non petita licentia perrexerit. Si quis ab ordine apostatauerit. Et si quis bis apostatauerit non recuperet vocem & locum, nisi per capitulũ generale Si quis dimissorijs obtentis, & recesserit, & ad ordinem redierit. Si quis speciali mãdato sui prioris sibi per se, vel cum alijs facto non obedierit, sed in cõtrarium ierit. Si quis in adiutorium suo priori, aut præsidenti in cõuentu non fuerit, cõtra malefactores, si per eum fuerit requisitus. Si quis inquisitionem vel correctionem impedierit. Si quis a correctione regulari appellauerit, vel appellanti fauorem dederit. Si quis contra superiores se erexerit. Si quis per cõspirationem, aut colligationem, vel malitiosam discordiam, aut illicitum machinatus fuerit. Si quis fratrem aliquem, aut conuentum, vel totum ordinem, causa defensionis sui apud extraneos diffamauerit, aut ad alios iudices non suos recurrerit. Si quis habens locum aliquem accusandi, & non accusauerit & postea malitiose eum diffamauerit. Si quis proprietarius inuẽtus fuerit. Si quis propter foræ facta sua iustæ incarceratus fuerit, eo facto priuatus est voce & loco.

Et

So Et intelligitur ipso facto de facto priuatus quando quis in capitulo conuictus, aut confessus fuerit coram superiore suo, quia ex tunc sine alia sententia inferenda, non potest rite locum nec vocem habere donec sibi restituta fuerit per eum, qui restituendi habet auctoritatem. Priuatus voce & loco non sit de gremio cuiuscunq; capituli, nec vocem & locum habeat in electione quacunq;, actiue, nec passiue, nec statum aliquem obtineat in ordine, sed dum in aliquo capitulo conuentuali fuerit, dicat post laicos, aut nouicios culpas suas, & recepta proinde penitentia, antequam ad culpas aliorum procedatur, exeat & recedat de capitulo. Statuentes, quod priuatus voce & loco, vltimum locum teneat in choro capitulo, & refectorio, iuxta nouicios, & etiam vbicunq; fratres fuerint congregati, quod si voce & loco priuatus, alium locum quam vltimum, vt dictũ est, tenere præsumpserit, ex tunc ad recuperandum vocem sit inhabilis ipso facto.

Priuatus loco & voce nõ sit de gremio. &c

So De sententia excõmunicationis. Cap. iij.

POENA excommunicationis ab ordine ipso facto lata est. Si quis scienter aliquem fratrem absoluerit de casibus reseruatis, & retentis a superioribus ordinis. Et est aduertendum, quod fugitiuorum & apostatarum absolutio, reseruata priori generali, vel suis prouincialibus, a quorũ fugierunt obedientia Si quis cõtra suos superiores conspirator extiterit, & si conspirationem aut colligatio

gationem, seu maliciosam discordiam aduersus superiores, vel aliquid inhonestum & illicitum machinatus fuerit, ex quibus in domibus vel prouinciis, aut toto ordine diuisiones & partes fuerint ortæ & factæ. Si quis iuramento, vel fide præstita confœderationem fecerit, quod sibi mutuo in defensionibus non deficiet. Si fratres conuentus parisiensis in cameris comederint. Si quis promotus ad lecturā sententiarum extra vniuersitatem parisiensē, præsumat gradum licētie, & magisterij suscipere, absq; licētia prioris generalis, non obstante, quod in litera suæ promotionis ponatur vsq; ad gradū magisterij, aut licentiaturæ, quia intelligitur exclusiue, talis est tanquam excommunicatus euitandus. Pœna autem excommunicationis a iure ipso facto est. Si quis manus in clericum vel laicum religiosum iniecerit. Si quis frater habitum conueniētem ordini suo, temerarie dimiserit, aut ipsum habitum sæcularissē transformatum pro actibus temerarijs agendis, aut etiā cooperuerit & celauerit. Si quis ecclesiastica sacramenta, sine curatorum parochianorum licentia ministrauerit; & ab ista absoluendus est a Papa. Si quis publice excommunicatum in cimiterio scienter sepelierit. Si quis suspensus ab officio suo, se de illo intromiserit. Item quicunq;, impedit reformationem conuentuum & correctionem insolētiarum & hoc per speciale indultum Calixti Papæ tertij, & multa alia, quæ in iure latius continentur, quæ non potest hoc ex integro declarari.

Licentia magisterij, intelligitur exclusiue.

Impediēs reformationē, ēe xcōicatus

2 Poterit autem prior prouincialis in sua prouincia, & localis in suo conuentu facere aliqua particularia statuta in cōuentibus, sub pœna excommunicationis ipso facto transgressoribus infligenda, si necesse

necesse fuerit & honestum, & eis videbitur expedire. Omnis autem excõmunicatus quacunq; excommunicatione, non ingrediatur ecclesiam, capitulum vel alia loca cõmunia, sed nec electiones quascũq; quinimo quandiu steterit sic., ab omnibus euitetur. Excommunicatus autem vbi non fuerit ad dominum Papam remittendus, per priorem generalẽ vel prouincialem suum, aut per illum cui super hoc commisissent vices suas, absoluatur, eo modo quo dicitur in capite de eorum officijs, & lesis satisfaciãt secuddum quod casus vel iniuria postulabunt, & de inde nisi prius punitus fuerit, puniatur secundũ ordinis statuta, & exigẽtiam delicti. Poterit etiã prior localis absoluere subditum, a sentẽtia qua incurrit ex transgressione præcepti per eum, sub pœna excõmunicationis ipso facto dati.

Prouintialis in sua prouĩtia & prior in suo cõuentu, poteruut &c.

3 § IRREGVLARITAS est, si quis homicidiũ volũtarie fecerit. Si quis nõ ordinatus celebrauerit, & de istis null9 potest nisi Papa dispẽsare. Si quis quacũq; excõmunicatione ligatus fuerit, & missam celebrauerit, alias in suis ordinibus ministrauerit, si in diuinis se indebite immiscuerit. Si quissibi, vel alteri, mẽbrum ex indignatione abstulerit, multa alia quæ in iure habẽtur, & omnis irregularis a susceptione ordinum, & ab eorum executione est ineptus, donec fuerit cum eo dispensatum. Cum quibus poterunt prior generalis, & prouincialis dispensare super irregularibus contractis, potes videre capita in eorũ officijs, & priuilegijs per sedem apostolicam indultis, scilicet per Eugenium.iiij.bulla.xx.& per sixtum quartum, bulla.iiij. § xj.

Irregularitas quid sit.

§ De pœna leui. Cap. iiij.

1 LEVIS culpa est, si quis male legendo, vel cantando offendens, nō statim coram omnibus se humiliauerit, manum suam ponendo ad terram, in signū recognitionis culpæ, & quod defecerit, aut si vestes sacras, vel libros ecclesiasticos male tractauerit, & de his & similibus in capitulo veniam petentibus, iniungatur a præsidente vnus psalmus, vel oratio aliqua ipsis sicut placuerit.

Quid leuis culpa.

De pœna mediæ culpæ Cap. v.

Media culpa quid sit

1 MEDIA culpa est, si quis in diuinis officijs, in oratorio existens, inordinate se habuerit. Si quis mentis ostenderit leuitatem in risu vel gestu. Si quis aliud cantare vel legere præsumpserit, quā communis vsus ecclesiæ approbat, siue tenet. Si quis turpem sermonem vel vaniloquium in vsum habuerit. Si quis in officio deputato negligens repertus fuerit. Si quis mandatum ad quod totus cōuentus tenetur, scienter dimiserit. Si quis etiam genuflexiones & inclinationes suas in choro, capitulo sicut cæteri facere consueuerunt, neglexerit. Si quis aliquem seruientem, vel alterum sæcularem, vel regularem ad cellam suam, vel alterius, sine licentia vocare præsumpserit.

2 De supradictis & similibus culpis veniam petentibus, fiat in capitulo vnius correctionis disciplina, cū tot p̄s, quot præsidenti placuerit.

De pœna graui. Cap. vj.

Quid grauis culpa sit.

1 GRAVIS culpa est. Si quis in præsentia sæcularium inhoneste cum aliquo contenderit; & si frater intus vel foris lites habuerit. Si quis pro aliquo commisso, a fratre suo indulgentiam petat, & ipse a quo petitur, veniam negauerit. Si quis indumenta vel aliqua alia, alteri fratri data vel concessa, sine prioris licentia acceperit. Si quis silentium in locis prohibitis non tenere in consuetudinē duxerit. Si quis culpam suam vel alterius extra iudicium defenderit. Si quis in aliquibus verbis malitiosis, vel inordinatis reprehensus fuerit. Si quis nimiū, vt in loquendo fieri solet, leuiter iurare consueuerit. Si quis ieiunia ordinis consueta, sine licentia fregerit. Si quis cellam suam sine sui prioris licentia mutauerit, aut lectisternia, etiam cum alio permutauerit. Si quis sine euidenti necessitate, de die cellam alterius intrauerit.

2 ¶ Pro his culpis & similibus petentibus veniam, & non accusatis, duæ disciplinæ dentur in capitulo, et per duos dies in pane et aqua ieiunet, accusatis vero vna dies & vna disciplina superadditur. Fratres autem in ieiunio panis & aquæ deputati, per pœnitētiam diebus sibi assignatis, coram conuentu in vltimo loco mensæ, comedant panē suum, nec audeāt suas pœnitentias, absq; prioris sufficiētia retardare, quod si fecerit, pœna grauis ī grauiorē trāsmutatur

¶ De pœna grauioris culpæ. Cap. vij.

Quid culpa grauior sit.

1 GRAVIOR culpa est, si quis cum maiore suo intus vel foris, quantumcumq; leuiter, contendere ausus fuerit, vel si quis præceptum eius omiserit. Si quis villam sin

sine licentia superioris, per quamcunq; paruulā morā, etiam de die intrauerit, si quis susurro vel detractor, vel manifeste mendax, repertus fuerit. Si quis ebrius aliquando, etiam sola vice deprehēsus fuerit

2 SI hæc, & alia grauia similia quis perpetrauerit & accusatus negare nequiuerit, suam penitētiam faciat in hunc modum, primo in capitulo coram præsidente denudatus condignam suis demeritis accipiet disciplinam, qua accepta, ad cellam sibi a priore assignatam vadat, in ea manens, vsq; ad horā comedendi, & cum tempus cōmestionis aduenerit, intret refectorium, & sedens in terra in medio cū pane, & aqua, super asserem nudū, humiliter vescatur, nisi ei a priore aliquid per misericordiā impendatur qui postquam comederit, facto signo per præsidentem, ad cellam redeat patienter. Nullus audeat secō iungere illi, vel ei loqui, vel ille alteri, nec ei aliquid mandare, sine superioris licentia speciali, vt cognoscat se ire sequestratum a cōsortio aliorum, quo priuabitur & sequestrabitur, nisi per penitentiā, redeat ad consortia angelorum. Prior tamen ne in desperationem labi possit, quando sibi videbitur expedire mittat ad eum fratrem, vel fratres discretos & deuotos, qui ipsum moneant & confortent ad suā pœnitentiam faciendam humiliter & deuote, & talis quandiu fuerit in penitencia non cōmunicet, necveniat ad osculum pacis, nec ecclesiā ingrediatur, & nulla sibi committatur obedientia, ante satisfactionem plenariam huiusmodi pœnitētiæ sibi iniunctæ & inflictæ, neq; intersit alicui electioni. nec licitis actibus cuiuscunq; capituli, sed si electionem aliquā, ipso existente in pœnitentia, necessario fieri oportet, aut electio differatur vsq; ad pœnitentiā con-

Modus faciēdi penitētiā.

Q pletā,

Frater in pœnitentia existens ecclesiã nõ ingrediatur, neq; alicui electioni interesse poterit nisi &c.

pletam, aut ipse frater a dicta pœnitentia relevetur, vt intersit electioni,& electione facta, ad pœnitẽtiã redeat, & cuiuscunq; officij ordinis vel gradus fuerit, durante sua pœnitẽtia, non fungatur. Illi autem, per quorum excessus prædictos, & alios, citra grauissimam culpam, religio nostra in sæculo notabiliter scandalizata fuerit, vel qui occasionẽ notabilis scandali dederint pœnam prædictam totaliter sustinebunt,& ad omnes horas vel gratias, ante portam vel hostium oratorij, fratribus intrantibus & exeuntibus prostrati iaceant, non obstante præsentia cuiuscunq; sæcularis, aut extranei religiosi. Qui autem adiudicatus fuerit, vt ad terram panem & aquã comedat per tot dies, sine porta,&etiam sine solitaria cella, statuimus, quod tunc, talis pane & aqua vescatur super asserem nudum, sedens in cappa humiliter ad terram, cum tali misericordia de cibarijs sibi faciẽnda, sicut placuerit præsidenti, volentes, quod ipse ibidem sedeat,& expectet vsq; ad vltimum signũ complete refectionis omnium aliorum & tũc alijs surgentibus de mensa, ipse a terra surgat, & vsq; ad chorum post nouicios,& post carẽtes voce & loco ad gratias vadat, cum nõ sit ab ecclesia, nec ab aliorum frattum consortio sequestratus, sed solũ in pane & aqua adiudicatus.

De grauissima pœna. Cap.viij.

GRAVISSIMA culpa est incorrigibilitas illius, qui culpas non timet committere, & pœnitentiam recusat facere, siue spernit,& talia facit crimina, proquibus in his cõstitutionibus est pœna grauissimæ

uissime submittendus, contra quem data sententia a priore generali, vel prouinciali ac etiã locali, siue quocumq; præsidente ordinis, carceri mancipentur in eodem permansurus, quousq; tẽpus taxatum aduenerit. si pro illo crimine certũ tempus statuta diffiniant, vel donec per priorem prouincialem, si constitutio ei cõcedat, vel capitulum prouinciale, si illi reseruetur, vel per priorem generalem, aut per capitulum generale prout de tali crimine loquens constitutio cercius informabit. Item si quis in quocũq; lapsus crimine, pro quo, aliasvoce & loco caruit vel caret de præsenti, pro lapsu, incarceretur, donec per capitulum prouinciale, misericorditer liberetur, nisi fuerit casus: cuius restitutio vocis spectat ad capitulum generale, vel priorem generalem.

2 ITEM statuimus, quod si aliquis infametur de aliquo crimine, aut notetur, propter quod, si verum esset, merito puniretur pœna carceris, si de eius fuga visibiliter timeatur, præsidens in cõuentu possit ipsum in firma custodia retinere, etiam infra carcerem, si necesse fuerit, & locum alium non habuerit tuciorem, ipsum etiam vinculando, non per modũ carceris, sed per modum custodiæ, ne euadat, quousq; de crimine prædicto fuerit informatus. Mandamus eidem præsidenti, quod statim & celeriter procedat ad inquisitionem faciẽdam de crimine supra dicto. Et secundum quod cum inuenerit per inquestam, habeat iudicare culpabilem, aut purgandũ, aut punire secundum demerita, vel reddere innocentẽ. Non intendentes, quod talis frater pro huiusmodi custodia, locum & vocem amittat, nisi cõtra ipsum lata fuerit sententia, & debite executa.

Præsidens debet facere diligentẽ inquisitionẽ de crimine, de quo aliquis fuerit suspectus

QVICVNQVE autẽ incarceratus fuerit, feriis

secundis, quartis, & sextis, ad minus ieiunet in pane & aqua, nisi de licētia prioris, aliquid sibi misericorditer ministretur, statuētes, quod quicūq; iuste incarceratus fuerit, locū & vocē se nouerit perdidisse. Si autē per negligentiā, aut per malitiā custodis carceris, vel alterius fratris, aliquis incarceratus fugerit, ille pro cuius malitia aut negligētia fugerit, cuiuscūq; gradus, aut præsidētiæ fuerit, incarceretur in carcere, loco fugiētis, quousq; per illū, per quē poterat fugiens liberari, liberetur. Si quis incarcerato limā vel martellū, aut quodcunq; aliud instrumētū tradiderit, vel tradi procurauerit, ad infrigēda vel soluēda vincula quoquo modo, seu talia instrumēta præstiterit euadendi, licet non euaserit, pœnā carceris sustineat per xx. dies. Si autem euaserit, carceri mancipetur, sine spe gratiæ, quandiu ille cui dedit auxilium vt euaderet, debuit remansisse.

De pœna incarcerati.

De prabenti bus auxil ū incarcerati.

4. ITEM ordinamus, quod nullus frater cuiuscūq; gradus, aut cōditionis existat, ingrediatur ad incarceratos, causa visitationis aut ministratiōis, aut quouis alio modo, sine licentia sui superioris speciali, sub pœna carceris, tā ingredięti, quā custodi permittenti infligenda. Etiā mandamus, quod in quolibet cōuentu carcer construatur, quod si prior fuerit in construendo carcerē negligēs repertus, de excutione sui officij suspēdatur, subiacēdo pœna grauis culpæ, quousq; carcerem procurauerit construi.

De pœna ingredietis carceres sine licentia.

Quomodo prior debet puniri si non habuerit carcerem in conuentu.

5. ITEM circa pœnas supradictas statuimus quod fratribus assuetis leui culpæ, pœna leuis mutetur eis in mediā, & assuetis mediæ, illa mutetur in grauē & cōsuetis graui, mutetur in grauiorē, & assuetis grauiori, illa mutetur grauissimā, & sic sēper aggrauātibus culpas, aggrauetur pœna, dōec tales emēdētur.

Quomodo fit ascensus de pœna in pœnam.

§ De capitulo generali & eius præsidente, & qui possunt interesse. Cap. j.

1 GENERALE capitulum de sexenio in sexenium celebretur, nisi forte propter mortem & assumptionem prioris generalis, ipsum oporteat accelerari, vel nisi ex causis rationabilibus præcedens capitulum generale diffinisset, tempus esse prolongandum. Et debet tantummodo de prioribus prouintialibus, aut vicarijs prouincialibus electis, cum duobus socijs, quilibet cũ priore generali & duobus eius socijs, qui etiam eo defuncto vel assũpto, aut alio modo ab offitio amoto, sunt admittendi in capitulo proximo, cum procuratore generali ordinis in curia, si venerit personaliter. Statuẽtes & mandantes omnibus prioribus prouintialibus & electis vicarijs per capitulum prouintiale, vacãte offitio prouintialatus, vt veniant ad capitulum generale quilibet cum duobus socijs canonice electis, in capitulo prouintiali, rite celebrato, qui fratrum omniũ vocem & auctoritatem habeant ad eligendum, cõstituendum, ordinandum, & faciendum omnia illa, quæ in capitulo generali sunt facienda, tanquam si omnes fratres suæ prouintiæ personaliter interessent, nec aliquis prouintialis, aut vicarius capitulo generali, quacunq; simulatione, audeat se absentare nisi infirmitate, aut debilitate contingeret detinere vel nisi licẽtiam a priore generali petitã obtinuisset.

Qui sunt illi qui habẽt locum & vocem in capitulo gen̄rali

De sociorum prouincialiũ auctoritate.

2 § VNVS autem prædictorum, sit in prouintiali capitulo electus in diffinitorem capituli generalis, & si ille abesse contingeret dicto capitulo, secũdus

fit diffinitor,& si duo defuerint,tertius præsens pro diffinirore habeatur,non obstante quod fuisset diffinitor in capitulì præcedente. Et si in eodē capitulo contingeret aliquem diffinitorem in priorem generalem eligi.Secundus aut tertius suæ prouintiæ pro diffinitore habeatur.Et defferant huiusmodi diffinitor, & electi literas testimoniales de sua electione expresse,sub forma posita in capite de capitulo prouintiali.Statuētes quod prouintialis absolutus, qui ante suam absolutionem,aut resignationem fuisset electus in diffinitorem capituli generalis sit diffinitor,nisi fuerit inhabilis factus, aut nisi post eius absolutionem , facta fuisset electio noui prouintialis, aut vicarij,quia tunc in isto casu,volumus quod fiat electio de omnibus quæ spectant ad generale capitulum.

Quis potest esse diffinitor i capitulo generali.

3 §. PRIORIBVS prouintialibus & præsidētibus socijs prouideatur rationabiliter in expensis a tota prouintia per diffinitores capituli prouincialis,pro eundo & redeundo,iuxta quātitatem viæ,aut regionum qualitates.Ordinamus,quod huiusmodi expēsæ tempestiue soluantur,ita primo prouideatur diffinitori,qui cuiquam alteri.Volumus tamen , quod si contingeret prouintialem aut alterum sotiorum quocunq; casu remanere, pecuniam pro eo taxatā non recipiat,& si recepisset,restituat,sub pœna proprietariorum.

De prouisione fienda per prouīciā pro uinciali & socijs eūtibus ad capitulū generale.

4 §. ITEM ordinamus, quod prouintialis veniens ad generale capitulum,portet secū in scriptis numerum fratrum viuorum,& quot defucti fuerint citra vltimum capitulū,& quod recepti. Item mādamus omnibus prouintialibus,vt apud reges,& principes, & dominos suarum prouintiarū. Elemosinam procurent

curent,pro generali capitulo diligēter, & eam secū portent,sub pœna depositionis ab eorum officijs. Nullus intret capitulum generale,nisi sex annos,cō pleuerit in ordine, includendo annum probationis & nisi triginta annos habeat in ætate. Item nisi fuerit prior,qui sciat loqui latine,vel sit lector, bachalarius aut magister. Item nullus ad locum capituli generalis vel prouincialis veniat,ante vigiliam vigiliæ, quando in crastinum est capitulum inchoandū, sub pœna priuationis vocis et loci ipso facto,nisi a præsidente licentiam obtinuerit specialem.

Quid debent facere eū nti euntes ad capitulū generale pro capitulo generali celebrari.

Quid aggendū sit absente prior general. Cap. ij.

1 SI prior generalis ad capitulum generale venire non possit infirmitate vel alia iusta causa forsan impeditus, mittat socios suos & sigillū, atq; priuilegium suæ potestatis, & diffinitorum capituli generalis, sigillo prouinciæ, in qua detinetur munitum, vel sigillis prioris & conuentus, in quo remanet per prouincialem aut diffinitorem illius prouinciæ. Et si vicarium mittat, præsidebit vsq; ad scrutinium factum, & tunc terminetur eius auctoritas, & prouincialis antiquior, secundum ordinem prouinciarum præsidebit, donec prior generalis fuerit in officio confirmatus, qui etiam ab initio præsidebit, vsq; ad confirmationem generalis, si non miserit vicarium, Et priore generali absente, & cōfirmato, eligatur vnus de diffinitoribus in præsidentem a toto capitulo, in qua electione præsideat etiā dictus prouincialis antiquior nec huiusmodi electione rei

Si prior generalis non possit interesse capitulo quid fiendum sit.

 teretur

feretur, sed qui plures voces habuerit sit vicarius Et si plures in vocibus sint equales, ille preficiatur de eisdem, qui antiquioris prouinciæ erit diffinitor, & tempore quo ipse præsidebit, vtatur sigillo vicarij capituli generalis, quod quidem sigillum, vna cũ sigillo communitatis ordinis simul includantur, capitulo celebrato.

§ Quid agẽdum sit mortuo priore generali assumpto vel amoto. Cap. iij.

Quis debet esse vicarius gẽnralis mortuo vel assumpto &c.

VACANTE officio generalatus quocunq; modo, prior prouincialis illius prouinciæ, in qua capitulum generale erat assignatum, aut si prouĩcialatus vacauerit per mortem, aut assumptionem prouincialis, & fuerit vicarius electus in ea, Vicarius talis, vt vicarius totius ordinis, & fungatur auctoritate plenaria prioris generalis, ac vocet capitulum generale, & præsideat, donec prior generalis sit electus, & confirmatus. Et infra annum a vacatione generalatus conuocet capitulum pro priore generali eligendo. & si terminus ordinatus multoplus distraceret quam per annum, aut forte generalatus offitium, tali vacaret tempore, qui propter discõuenientiam temporis, non posset infra annum conuocari conuenienter celebrandum, tunc enim de bonorum fratrum consilio, poterit prolongari ad tres aut quattuor menses, & non vltra, sub pœna arbitraria diffinitorũ proximi capituli. Et si tunc illa prouincia, nec prouincialem, nec sic vicarium haberet electum, prior localis, aut vicarius electus cõuentus

in quo proximum capitulum in dicta prouincia erat celebrandum, vel primam vocem habens in illo cõuentu, si priorem aut vicarium non habuerit electũ citissime habeat capitulum prouinciale conuocare, in quo iuxta formam positam de capitulo prouinciali, eligatur prior prouincialis vel vicarius, eo ipso quo rite est electus, sit vicarius totius ordinis. Et antequam capitulum prouinciale præfatum terminetur, eligantur socij et diffinitores pro capitulo generali, & per dictum vicarium ordinis, capitulũ generale conuocetur celeriter, vt dictum est. Si vero post modũ vicarius ille defuerit in ordine, vel alias, prior localis conuentus, aut vicarius per conuentum electus, in quo capitulum generale est celebrandũ; fungatur prædicta auctoritate, vsq; ad capitulum cõgregatum & ex tunc senior prouincialis secundũ antiquitatem prouinciarum præsideat, vsq; ad electionẽ prioris generalis, quem etiam habeat confirmare.

2 Eos S T A T V E N T E S, quotiescunq; officiũ generalatus vacauerit, vt semper in proximo capitulo generali, electio alterius celebretur, antequam aliquid diffiniatur, sciliter immediate facto scrutinio d culpis prouincialium. Item statuimus, quod si eligatur in priorem generalem vnus absens, statim vnus de diffinitoribus eligatur ad præsidendũ modo prædicto. Inhibemus autem districte, ne vacante officio generalatus, vicarius generalis aliquid præsumat facere vel innouare, quod cedat in præiudiciũ aliquarum prouinciarum vel conuentuum, prior autẽ prouincialis in cuius prouincia prior generalis obierit vel assumptus fuerit, accipiat sigillum officij generalatus, & coram toto conuentu illius loci concludat illud, sigillo communitatis cõuentus, & fideliter cu-

Si eligatur in gñrale vnus absens quis debet præsidere.

sto-

ftodiens illud defferat ad capitulũ generale, ducens secum socios generalis defuncti vel assumptivel. &c. quibus comunitas ordinis debeat in expensis prouidere.

§. De modo celebrandi generale capitulũ. Cap. iiij.

Ordo dum capitulũ generale incipit celebrari.

CVM dies assignata aduenerit, nõ obstante cuiuscunq; absentia, generale capitulum incipiatur celebrari in vigilia diei assignatæ. Et primo, summo mane dicatur solemniter missa de spiritu sctõ, deinde fiat sermo, & post sermonem, fiat commemoratio frattum, familiarium, patronorum benefactorum, & litteras confraternitatis habentiũ defunctorum, ex singulis prouincijs citra generale capitulum vltimo celebratũ. Et in fine dicatur. ps. De profundis. Kyriel. Xpel. Lyrieley. Pater noster. Vers. Et ne nos. A porta inferi. Vers. Credo videre bona domini. Ver. Domine exaudi. Vers. Dominus vobiscum. &c. Oratio.

ABsolue quesumus domine animas famulorum famularumq; tuarum ab omni vinculo delicto rum, vt in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos resuscitati respirent. Per christum dominũ nostrum. Amen. Et statim incipiat præsidẽs. Hymnũ Veni creator spiritum. &c. require. Cap. v. de induitione nouitiorum, quem hymnum prosequatur capitulum altissone, in fine dicat præsidens. Kyriel. &c. Pater noster. Vers. Et ne nos. Vers. Emitte spiritũ tuũ, & creabuntur. Res. Et renouabis faciem terræ. Ver. Domine exaudi orationẽ. Ver. Dñs vobiscũ. Oratio

Deus

DEVS qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere & de eius semper consolatione gaudere. Per christum. Quibus dictis, & exclusis omnibus, qui nõ sunt de gremio capituli, videantur litteræ diffinitorum, & sociorum, & fiat diligenter scrutinium si rite & canonice venerunt, & fuerunt electi. Et si quis aliter venerit, non debet interesse capitulo. Si autem contingat aliquem electum diffinitorem venire post scrutiniũ factũ, postquã aliquis de sua prouĩcia fuisset admissus, nõ admittatur ad diffinitionẽ.

2 ❧ DEINDE, si prior generalis nõ habeatur, quia mortuus est vel assumptus &c. tunc audiantur culpæ prouincialium, & responsiones eorum, & si aliqui amiserint vocem & locum, ipso facto excludantur, & nulla pœnitentia alia eis tunc iniungatur, donec per priorem generalem, post eius electionẽ, & diffinitores, fuerint discussæ culpa eorum. Si autem prior generalis habeatur, dicetur post in capite sequenti, quando prouinciales facient culpas suas.

Si quis prouĩcialiũ amittit locũ et vocem, aliud sibi non iniungatur donec &c.

❧ Quid agẽdũ sit p̃test[illegible] prioris gñalis. Cap.v.

1 SI prior generalis habeatur, & fuerit præsens, facto scrutinio, ponat sigillum officij cum priuilegio suo & diffinitorum, & reddat diffinitoribus humiliter & benigne. Vel si absens fuerit, ponant sigillum per quos miserit. Deinde, præsidente diffinitore illius prouinciæ, in capitulum celebratur diligẽter audiant difinitores culpas prioris generalis

Quãdo generalis debet deponere sigillum in capitulo generali.

Excessus propter quos. p. g. ab eius officio est absoluendus.

generalis, quibus auditis, determinēt an ī officio sit permittēdus, vel ab eo absoluēdus, declarātes quod excessus ꝑpter quos generalis est absoluēdus, sunt quatuor, videlicet pro heresi, pro incorrigibilitate, ꝑ peccato notorio, quod sine scādalo ordinis nō possit tollerari, vltimo si omnino sit inutilis. Si prior generalis pro culpis debeat absolui, pœnitētia ei pro modo culparum iniungatur. Ipsi quoq; diffinitores, super excessus, prioris generalis, de eo corrigēdo & pœnitus amouendo, plenariam habēt potestatēquorum licentia, ab omnibus est obseruanda, ita quod, nemini liceat ab eorum iusta sentēcia appellare, & si appellatum fuerit, pro nulla appellatio habeatur, cum appellatio a correctione regulari sit friuola, & in nostro sacro ordine per sanctam obedientiā, sub pœna rebellionis inhibita, capite de contumacibus.

2 §. Si autem absoluatur, statim eo amoto, audiātur culpæ prouincialium. Et si tales sint, quod eo facto, vocem & locum amiserint, eijciantur de capitulo, nec alia eis iniungatur pœnitencia, donec eorū culpæ discutiantur in diffinitorio, vt dictum est.

§. De electione prioris generalis. Cap. vj.

Quis non potest eligi ī priorē generalē

1 AVDITIS culpis prouincialiū statim & ante omnia, ad electionem prioris generalis procedatur, si officium vacauerit, & non potest eligi aliquis in priorem generalē, qui non compleuerit in nostro ordine annos. xv. & qui aliquando ab ordine apostatauerit, de hoc videatur capite de electionibus in generali. Electio autē eius fiat hoc modo, præsidens in capitulo, iuxta declarata, cum duobus diffi-

diffinitoribus primarum prouinciarum, conscribat voces singulorum gremialiũ, ita quod, ipse qui præsidet, primo vocem suam alijs nescientibus, scribat, deinde secundus, solo præsidente audiente postmodum, tertius, audientibus duobus primis, deinde singuli aliorum coram illis tribus. Et caueant omnes, sub animarum suarum graui periculo, quod fideliter eligant vnum fratrem ordinis, quem ad tantum officium existimauerint digniorem illis tribus, nominando, quo electo, antequam recedant adinuicẽ scripturam publicent coram toto capitulo. Et tũc ille in quem pars maior & sanior cõuenerit omniũ eligentium, ita videlicet, vt pars sua partes alias simul iunctas excedat; ille prior generalis habeatur ab omnibus, sic tamen, quod si non excedat, & alij voces aliquas habent, & in eum non descendant reiteretur electio, vsq; tertio, & publicatione vocum tunc facta, habens primam vocem, de maiori & saniori parte facta electionem cõmunem coram omnibus in hac forma, requirat primo alios, qui in eligendo a maiori parte discordant, quod assentiant in eum, qui a maiori parte est electus, deinde, siue assentiant, siue non, dummodo nullum impedimentũ appareat, dicat. Ego talis nomine meo, & nomine aliorum mecum in nominatione, & publicatione vocum, in talem fratrem concordantium, eligo, & denuncio talem fratrem esse priorem generalẽ ordinis nostri, in quem tales & tales consentiunt; supposito tamen, quod prius consenserit, & pronuncio eũ virtute priuilegij ordini nostro indulti, fore priorem generalem legitime confirmatum. In nomine patris & filij &c. Si tamen electioni consenserit.

Quomodo debeat fieri electio prioris generalis.

Quomodo cõfirmatur generalis.

IPSO autem sic cõfirmato, ducãt eum fratres

ad

ad ecclesiam cantantes. Te deum laudamus. Vbi an te altare, tapetis reuerenter apositis, se prosternat, donec percantetur, quo dicto Kyriel. Xpel. Kyriel. Pater nos. Et dicat qui præerat eius electioni, vel qui confirmauit. Et ne nos. Vers. Emitte spiritũ tuũ, & creabuntur. Res. Et renouabis faciem terræ. Vers. Confirma hoc deus quod operatus es in eo. Vers. Saluum fac seruum tuum. Res. Deus meus sperantẽ in te. Vers. Ora pro eo sancta dei genitrix. Res. Vt di gnus efficiatur promissionibus christi. Ver. Domine exaudi. Vers. Dominus vobis. Ver. Oremus. Oratio.

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da ei in codẽ spiritu recta sapere & de eius semper consolatione gaudere. Oratio.

Pretende domine famulo tuo dexteram cœlestis auxilij, vt te toto corde perquirat, & quæ digna postulat, assequatur. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus, prætende super famulum tuũ, & super cunctam congregationem illi commissam, spiritum gratiæ salutaris, & vt in veritate tibi complaceat, perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde. Oratio.

Protege domine famulum tuum subsidijs pacis, et beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs cõfidentem, a cunctis hostibus redde securũ. Per xp̃m. Deinde surgat & osculetur altare reuerẽter & præsentetur ei aspersorium, qui se primo, deinde alios aspergat. Tũc sedeat in loco sibi ante altare parato reuerenter, & fratres singuli ad eum accedentes, genibus flexis, manus eius osculentur humiliter & deuote, & ipse de cetero sit diligens & intentus cũ dei timore, ad regimen ordinis, & reformationẽ morũ.

De

De diffinitorio ipsius capituli generalis. Cap. vij.

1 HABITO ergo priore generali, in officio confirmato, ipse si præsens sit, vel vicarius electus in eius absentia, cum diffinitoribus, de instituendis & murandis prioribus prouincialibus, plenariam habeant potestatem, prout eis videbitur, & de alijs diffiniendis in dicto capitulo. Et si prior generalis, vel vicarius, in aliquo discordauerit, & in partes inequales se diuiserint, sententia plurium prævalebit, quibus prior generalis, vel vicarius concordabit.

De potestate diffinitorii in constitutione prouincialiu

2 ORDINANTES, quod in conuentibus romanæ curiæ & parisiensis, priores instituātur, & nō possint absolui, nisi per priorem generalem, ita tamē, quod in omnibus alijs subdātur prouincialibus suis, sicut ceteri priores. Similiter ordinetur per eos de procuratore in romana curia, & de bachalarijs lecturis parisijs, & in alijs vniuersitatibus, & etiam de regentibus, si necesse fuerit, & cum bona discretione discutiant culpas prouincialium, & ordinent de illis, & de ceteris pacifice.

Priores qui nō possūt nisi per.p.ge.absolui.

3 PRIOR GENERALIS vel vicarius eius, & procurator ordinis, in præsentia capituli reddāt rationem de expēsis factis pro negocijs ordinis exequendis, similiter & procuratores generalis capituli, & fratres ordinati ad recipiendum, & exponendum, priori generali, coram diffinitoribus & alijs fratribus, quos vocare voluerint.

.p.g. in præsentia capitu li reddat rationem &c.

De-

§. De publicatione & litteris ac sigillationibus actorum capituli generalis. Cap. viij.

De modo publicãdi acta capituli generalis.

1 VOLVMVS autẽ, quod cũ publicanda fuerint acta capituli generalis, pulsata nola capitulari et cõgregatis fratribus, statim priores prouinciales, & etiã locales romanæ curiæ & parisiensis ab officijs suis absoluantur, & statim sigilla cũ litetis officiorum suorum, teddere non obmitãt præsidenti & diffinitoribus. Vnde statuimus, quod si cõtingerit, prouinciales remanere causa infirmitatis, vel alia legitima, habeant per socios suos sigilla, cũ literis mittere, sub pœna arbitraria diffinitorũ, quibus redditis, omnia acta & diffinita legantur, & penitentiæ denuncientur. Similiter & gratiæ pœnarũ relaxatiue, & cæteræ sentẽtiæ promulgentur, quibus peractis, præsidens vocet instituendos prouinciales propriis nominibus, & prædictos priores locales sigillatim, qui vocati coram ipso genua flectentes. Et ipse singulis tradẽdo sigillum prouincialatus dicat, Auctoritate nostra & vnanimi assensu diffinitorum præsentis capituli, facimus & ordinamus vos priorem prouincialem nostræ prouinciæ. N. dantes vobis curam animarum omnium fratrum dicte prouĩciæ, & administrationem omnium bonorum, & in spiritualibus, & temporalibus, secundum nostri ordinis instituta. In nomine patris. &c. Et ille cum humilitate & reuerentia sigillum recipiat, manũ præsidentis osculando & dicendo, deo gratias. Et si ille fuerit absens, dicatur in tertia persona, nos facimus & ordinamus talem fratrem priorem prouincialẽ,

De institutione prouincialium.

vel

vel priorem nostri conuentus parisiensis. &c.

2 ⸿ QVIBVS omnibus institutis, dentur eis literæ testimoniales, munite sigillis præsidentis & communitatis ordinis pendentibus, de iniunctis sibi officijs. Et statuimus, quod nulla litera sigillo cōmunitatis ordinis, aut cuiuscunq; prouinciæ, vel conuētus sigilletur, nisi coram toto capitulo, cuius est sigillum, & atente legatur, & nisi etiam a maiori & sa niore parte concedatur, sub pœna falsariorum infligenda, demptis literis de promotionibus, & officijs lectis, & actis capitulorum, & in libro communi redactis, aut redigendis. Item statuimus, quod sigillum cōmune capituli generalis, celebrato capitulo, & literis sigillatis, in presentia totius capituli, signatum sigillo prioris generalis & prouincialis, in cuius prouincia fuit celebratum capitulum, ac prioris illius conuētus, cum papiro, similiter signatum, tradatur prouinciali, in cuius prouincia futurum capitulum erit assignatum, & ponatur in conuentu illo, sub cōmuni custodia diligenter cōseruandum. Suo modo sigillum commune cuiuslibet prouinciæ, vna cum papiro communi, coram toto capitulo prouinciali concludantur sub sigillo præsidentis, & prioris loci in quo capitulum fuit celebratum, & tradatur priori conuentus, in quo sequēs capitulum prouinciale erit assignatū, ibi reseruandum in archa communi.

De sigillo cō munitatis totius ordinis et etiā cōmunitatis singularum prouīciarum.

3 ⸿ ITEM statuimus, quod socij prioris generalis iurent capitulo, quod erunt ei & officio suo fideles, & quod nullam literam gratiæ, aut iustitiæ obediētiæ, vel licentiæ, sigillabunt, quæ non sit scripta, aut signata manu eius in aliqua parte sui, nec sigillari faciant, aut permittant, nisi teneant sigillum, aut fuerint præsentes & videntes. Et idem volumus de so-

Pro sigillatione literarũ nihil recipiatur.

cijs prouincialium, & eorum literis suo modo fieri per omnia, & obseruari. Item nullus socios prioris generalis, vel prouincialis, aut cuiuscũq; vicarij, vel prioris localis ab aliquo fratre, pro sigillatione qualicunq; recipiat aliquod munus, sub pœna grauioris culpæ per quinq; dies infligenda. Item ordinamus, quod omnis falsarius literarum prælatorum, aut cõmunitatum ordinis, si conuictus aut confessus fuerit, carceri mancipetur, quandiu priori generali videbitur expedire.

De terminatione ipsius gen̄ralis capituli. Cap. ix.

Quid agendũ ĩ terminatione ipsius gen̄ra. ca.

FINALITER, post prædictas institutiones, fiat commemoratio fratrum, familiarium, patronorũ, benefactorum, aut literas confraternitatis habentium viuorũ, per singulas prouincias, & specialiter illorum qui generale capitulũ, notabili elemosinã visitauerint. Et illis recomendatis dicatur. Psalmus. Ad te leuaui ocu. Gloria patri. &c Kirieleison Xpeleison. Kirieleison. Pater noster. Et ne nos. Versus. Saluos fac seruos tuos. Resp. Deus meus sperãtes in te. Ver. Esto eis domine turris for Res. A facie inimici. Ver. Nihil proficiet inimicus ĩ eis. Res. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere eis. Ver. Ora pro eis sancta dei genitrix. Res. Vt digni efficiantur. Ver. Dñe exaudi. Ver. Dñs vobiscũ. Oratio

PRetende domine famulis & famulabus tuis dexterã cœlestis auxilij, vt te toto corde perquirant & quæ digne postulãt assequãtur. Oratio Deus q̃ charitatis dona per gratiã sancti spiritus tuorum cordibus fidelium infundis, dã famulis & famulabus tuis

pro

pro quibus tuã deprecamur clemẽtiam salutẽ mentis & corporis, vt te tota virtute diligant, & quæ tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Oratio. Protege domine famulos tuos subsidijs pacis & beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs confidentes, a cunctis hostibus redde securos. Per xp̃m dñm &c. Quibus finitis præsidens incipiat alta voce. Te deũ laudamvs. Et vadant fratres ad chorum cantando, quo facto dicat. Kiriel. Xpelei. Kiriel. Pater noster. Et deinde dicat præsidens versus. Et ne nos. Vers. Emitte spiritũ tuum & creabuntur. Resp. Et renouabis faciem terræ. Ver. Manda deus virtutis tuæ, Res. Confirma hoc quod deus operatus es in eis. Vers. Saluos fac seruos tuos. Res. Deus meus sperãtes in te. Vers. Ora pro nobis. Vers. Dominus vobiscum. Oratio. Deus qui corda fidelium, Sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Oratio. Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus, prætende super famulos tuos, & super cunctas congregationes illis commissas spiritum gratiæ salutaris, & vt in veritate tibi complaceant, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Oratio. Prætende domine super famulis tuis dexteram cœlestis auxilij, vt te toto corde perquirant, & quæ digne postulant, assequantur. Oratio. Deus virtutũ cuius est totũ, quod est optimũ, insere pectoribus nostris amorem tui nominis & præsta in nobis religionis augmentum, vt quæ sunt bona nutrias, ac pietatis studio, quæ sunt nutrita custodias. Oratio. Adesto domine supplicationibus nostris, & viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone, vt inter viæ & vitæ huius varieta-

tes tuo semper protegantur auxilio. Oratio. Protege domine famulos tuos.

§ Quibus completis, omnes coram præsidēte prostrati dicant, Confiteor deo. Et ipse subiungat. Misereatur vestri, &c. Indulgentiam. Et fiat generalis absolutio super fratres, prout præsidenti placuerit. Et in fine dicat. Benedictio dei omnipotentis, patris, & filij & spiritus sancti descendat super vos & maneat semper. Amen.

§ Quando & de quibus est prouinciale capitulum celebrandum Cap. j.

Capitulum prouinciale singulis annis celebratur, aut ad tardius ad biennium, nec possit vltra duos annos prolongari, nisi per generale capitulum inmedietate præcedēs, vel per priorem generalem, ex causa rationabili dispensetur de vno anno, sub pœna vsurpantium officium maiorū prouincialibus & diffinitoribus aliter ordinātibus infligenda. Et est celebrandum de prioribus & vicarijs conuentuum electis, & quolibet eorum cum vno socio rite a conuentu electio, cum prouinciali & socio eius. Poterunt etiam procuratores nouorū locorum in quibus degunt fratres numerum quaternarium excedentes, vocem & locum habentes interesse etiā cum socio rite electo, & interessetenebuntur qui quidem socij habeant auctoritatem ad omnia, quæ in capitulo erunt facienda, ac si omnes fratres conuētus personaliter interessent. Declarantes quod si in aliquibus domibus nostris, sint aliquisub nomine prioris constituti, qui præfatum numerum quaternarium excedētes, fratres nō habeant. Tales

Quæ sit auctoritas sociorum in capitulo.

non,

non habent vocem & locū in capitulis prouinciali bus, sicut nec locorū nouorum procuratores, neq; prouincialis, cōsentientibus etiā gremialibus omni bus, poterit eis vocē, & locū dare, sub pœna prædi- cta, nō obstante quacūq; cōsuetudine aliquarū pro uinciarū. Item sub eadem pœna, non præsumant in capitulis suis, priores nouos aut socios creare pro aliorū absentia, cum nō possint priores absolui, nisi in diffinitorio, & socij non canonice electi in con- uētibus, de qua electione facere debent fidem litte- raliter sub sigillo cōmuni conuentus, aliter nō po- ssint interesse. Item poterunt magistri in theologia qui promotionem tenuerūt per ordinem sibi factā, complēdo cursus suos in vniuersitatibus, iuxta ordi nis statuta interesse, sed conuētus non tenebuntur eis expensas facere, nisi essent priores vel eorum so cij, ceteri vero, qui gradum aliter sibi procurauerūt nullatenus admittantur, nisi essent priores vel eorū socij, aut vicarij rite etiam electi, sub pœna prædi- cta admittentibus infligēda. Item nullus sit gremia lis in capitulo prouinciali, nisi a sua professione cō pleuerit tres annos ī ordine, nec aliquis socius prio ris, vicarij, aut procuratoris noui loci, qui ante rece ssum sui maioris a conuentu, per dies octo aut plu- res fuerit electus, si absq; euidenti danno conuētus fratres infra octo dies ante recessum possint intere sse electioni. Item nullus frater ab illo conuentu, postquam electus fuerit socius ad capitulū, mutatus habeat vocē in electione socij in conuentu ad quē mutatur, etiā si in eis obediētia caueatur, quod sibi datur vox & locus.

De prioribus non habentibus locū & vocē in cap. pro.

Qui magistri habēt locum in capitulo prouin.

Qui non possunt esse gremiales in capitulo prouinciali.

2 ¶ ITEM in capitulo, sequēte generale capitulū habeant vocē & locū socij, qui fuerūt in præcedēte

electi ad generale capitulum,dato etiam,quodnon interfuissent generali capitulo, si fecissent quod in se fuit,vt accederent,& ostendere habent, quod legitimo impedimento occurrente,non valuerunt interesse,vt puta infirmitate,de prædatione violenta, detentione &c. quod discernere habeat capitulum prouinciale. Similiter prior prouincialis, aut vicarius prouincialis absolutus in generali capitulo, etiam vicarius electus in custodem prouinciæ, dato etiam,quod prouincialis custodisset prouinciam,& non accessisset ad gen͂rale capitulum,erunt gremiales si intersint, & valeant omnes præfati eligere & eligi,nisi aliud impedimentũ legittimũ obstaret. Et volumus hoc intelligi,nõ de capitulo quod celebratur cũ capitulo generali,sicut cõmuniter fit in eadẽ prouincia,sed de capitulo quod celebrabitur post illud.Itẽ sub pœna priuatiõis vocis & loci ipso facto in dicto capitulo,nullus devocalibus accedat ad capitulũ ante vigiliã vigiliæ,scilicet dũ in crastinũ est capitulũ inchoandũ sine expressa licẽtia præsidentis.

Qui potest esse gremiales in cap. pro. g.c.immediate sequente.

So De forma celebrandi prouinciale capit. Cap. ij.

Quid agendum,dum capitulum prouinciale inniciatur

1 CVM dies assignata venerit,scilicet vigilia festi, non obstante cuiuscumq; absentia,inchoetur eodem modo sicut capitulum generale. Primo dicatur missa, fiat sermo,& comendentur fratres defuncti singulorum conuentuum &c.vsq; ad scrutinium completum,& examinatis litteris sociorum,omnes gremiales a præsidente interrogentur, si in aliquo sociorum, aut magistrorum, sciant aliquod impedimentum,propter quod,non deberent habere locum,quod si reperiatur confessum,aut su

fficienter probatum, statim eiiciatur, antequam vltra procedatur. Facto autem prædicto scrutinio, immediate culpæ priorum audiantur, & accusationes cõuentuum recipiantur, & depositiones testium recitentur in omnium præsentia, sine expressione nominum testificantium, nisi euidens necessitas hoc requirat. Et si tales culpæ propter quas secundum statuta ordinis ammisissent vocem & locum, ipso facto excludantur a capitulo, nec prouincialis possit in hoc dispensare, nisi in fine capituli, de consensu diffinitorum, si statuta in casu illo eis remittant, nulla alia ~~pœnitentia~~ eis iniungatur, donec in diffinitorio fuerint eorum culpæ pertractatæ.

penſa

2 § Statuimus autem, quod quolibet prior conuentualis portet secum sub sigillo conuentus, scientes facio, statum domus, scilicet rerum sacristiæ, librariæ, cibilium, potabilium, omnium prouisionum, quantitatem & numerum, & breuiter omnium rerũ notabilium conuentus. Et si quæ citra capitulum prouinciale fuerint perditæ, vẽditæ, vel alienatæ quouismodo, & debita omnia, tam actiua, quam passiua, & in culpa sua præsentet prouinciali, sub pœna priuationis vocis & loci eo facto, quo negligenter omiserit dictum scriptum in diffinitorio aperiendũ, & discutiendũ in præsentia discreti cõuentus. Et faciant præsidẽs & diffinitores omnia illa inuentaria simul scribi, & prouincialis illa secũ deferat in visitatione & prioribus quibuslibet restituat scriptum suum.

Quæ tenẽtur deferre priores in capitulo prouĩciali

§ Quid agendũ sit prouintiali absente mortuo vel assumpto. Cap. iij.

1 VACante prouincialatus officio quoquomodo statim denũcietur per priorem, in cuius termi nis hoc acciderit priori, vel vicario per electionem

 posit

Quis debet vocare capitulũ prouinciale, off. cio prouincialatus vacante.

posito in cõuentu, in quo prouinciale capitulũ erat assignatũ. Et ille, cõpetent festinatione, capitulum prouinciale cõuocet, sitq; vicarius prouincialis cũ plenaria auctoritate, vsq; ad dictũ capitulum in quo etiam præsideat, quousq; electi sint diffinitores, scilicet in scrutinio auditione culparũ cæterorũ priorũ, & in scribendo electiones diffinitorum, quibus electis, ante omnia alia faciat culpam suã ipse, corã diffinitoribus, primo eorũ præsidente. Et si contingeret, quod cõuentus ille non haberet tunc priorẽ, neq; vicariũ per electionem quãdo pronũciatur huiusmodi prouincialatus vacatio, habens primã vocem in conuentu præfacto, festinanter dictũ capitulũ conuocet, in quo tunc præsideat prior primi cõuentus, donec fuerint diffinitores electi, coram quibus, etiã faciet culpã suam, & fratres dicti cõuentus in quo capitulum est celebrandũ, præsidẽte iã dicto, iuxta eos primã vocem habentẽ, & habeant eligere vicariũ conuẽtus, & socium discretũ pro capitulo prouinciali, iuxta formã electionis positã in capite de electione socij prioris, nec propter hoc, talis vicarius electus, post denũciationẽ officij prouincialatus, fungatur aliqua auctoritate super prouinciam.

De electione diffinitorum. Cap. iiij.

Quis non potest esse diffinitor in cap. prouin.

AVDITIS culpis, vt dictũ est priorum, localiũ, et electis eijciendis, procedatur ante omnia ad electionem diffinitorũ citissime, quilibet antẽ gremialium eligat quatuor fratres, etiam gremiales, qui non fuerunt in vltimo capitulo diffinitores,

tores, eos nominando sigillatim. Nullus potest eligi in diffinitorem, nisi sit adeptus ordinē sacerdotalem, videatur etiā diligenter capite de electionibus in cōmuni, ne aliquis error in speciali cōtingere possit. Et in hac electione, prior generalis, si ibi præsideat, vel eius vicarius in sui absentia, & prouicialis, & eorum socij habeant voces suas. Et in eodē loco antequam discedant ad inuicem, electionē publicēt & qui plures voces in electione habuerit: erit primus diffinitor, qui vero plures post illum erit secundus, & sic de alijs. Si autem plures æquales voces habuerint, teneant ordinē quē habēt in ordine aliūde.

§ De culpa prioris prouincialis faciēda. Cap. v.

1. ELECTIS diffinitoribus si non præsideat prior generalis, aut eius vicarius, primo diffinitore præsidente, prouicialis coram eo dicat culpas suas, & accusationes conuentuum audiat humiliter, & deuote, mansuereq;. Et si inueniatur parcialis, sic quod affectione quacūq; bonos deprimat, aut nō promoueat, & malos ac indignos promoueat, et exaltet, dūmodo hoc euidenter pateat, proponatur corā eo, & eius respōsio audiatur, & si negauerit, probetur per testes fide dignos & sufficientes; quorum depositiones redigantur in scriptis per diffinitores, & si ipse respōdere nequiuerit, aut noluerit, & talia fuerit contra eum sufficienter probata, propter quæ incurrisset rebellionis vel priuationis vocis & loci, aut depositionis ab officio pœnā, ipso facto ipsi diffinitores teneantur ab officio

Quid fieri debeat, si prouīcialis dum est ī culpa accusetur.

Propter quid prouincialis ilico, potest ab eius officio absolui.

cum

eum absoluere. Item si diffinitoribus aut maiori & saniori parti capituli videatur, quod prouincialis tales expensas faciat, per quas prouincia excessiue grauetur, dicti diffinitores ipsum absoluere teneantur, maxime postquam ipsum semel monuissent in aliquo capitulo prouinciali. Et tūc capitulū prouinciale eligat aliū, quē prior gene. cōfirmare teneatur.

Infra quod spaciū tēporis prouīcialis non potest deponi.

2 ¶ NVLLVS tamen prouincialis potest abrenūciare spōte officio suo, absq; prioris generalis licentia. Et si illa obtenta, sponte abrenunciauerit, sit ipse illo anno de gremio capituli, sed non diffinitor, nisi eligatur. Nec poterunt etiam diffinitores ꝓ demeritis, prouincialē deponere, si generale capitulū esset infra.xv.menses celebrādum, sed accusationes cōtra eum & respōsiones eius, & depositiones testium mittent per eius socios ad capitulum generale priori generali & diffinitoribus, sub sigillo cōmunitatis prouinciæ præsentādas, & ita in prouinciali capitulo proximo generali capitulo infra. xv. menses celebrando, præsidentibus diffinitoribus, si culpæ notabiles præponātur cōtra eum, & eas negauerit, examinētur testes diligēter in eius absentia, & si sufficiēter probētur, redigantur in scriptis, & postmodū in pleno capitulo, præsente, & audiēte prouinciali, legātur, & sigillentur statim. Ita tamen, quod nomina deponētium nō exprimantur in eius audientia, nisi requisierit, & vna cū hoc maiori & saniori parti capituli videatur expedire, & postea tradātur socijs eius præsentāde priori generali, & diffinitoribus capituli generalis. Et postquam huiusmodi literæ fuerint sigillatæ, detur ipsi prouinciali copia, tam de culpis, quam depōnibus testium, sine expressione nominum testificantiū, & hoc sub sigillo communitatis prouin-

prouiciæ,si requireret.Caueāt autē diffinitores quā do examināt culpas prouīcialis iā absentis, quod nō recipiāt aliquā accusationē, nec ī scriptis redigant, quæ nō fuerit corā eo proposita,& post cōfessā, vel p testes idoneos & fide dignos, sufficiēter probata.

De electione prouincialis. Cap. vj.

MORTVO priore prouinciali, assumpto, vel amoto, præsidēte primo diffinitore, si prior generalis nō fuerit, aut eius vicarius: præses procedāt, antequam aliud diffiniatur, ad electionē prioris prouincialis. Et præsidens scribat singulorū voces, coassistētibus ei duobus diffinitoribus. Et est sciēdum quod nullus potest eligi extra prouintiam suam in prouincialem, nisi de licentia prioris generalis. Item non possunt bachalarij præsentati, sed neq; qui infra tres annos essent præsentandi, absq; necessitate magna & euidenter apparente. Item neq; bachalarij, aut scolares a parisien. aut alijs studijs generalibus redeuntes, donec in prouincia alicui legerit per tres annos, videatur etiam diligenter capite de electionibus in communi. Electio autem prouincialis fiat modo & forma, quibus electio prioris generalis fit, de qua supra capite primo, & diligenter obseruētur omnia illa quæ ibi ponūtur, excepto quod prouincialis est per priorem generalem confirmandus antequā officiū exequatur, quem etiam prior generalis confirmare tenebitur, nisi in ipso vel electoribus, aut electione, error euidens appareret, quem errorem, generalem iudicandum determinamus, & eum confirmet sub hac forma. Ego auctoritate qua fungor vos. N. rite electum & canonice

Quis non potest eligi in capitulo pro. in prouincialē.

nice denūcio in priorē prouincialē talis prouinciæ nostræ,& cōfirmo auctoritate prædicta, tribuendo vobis curā omniū fratrū dictæ prouinciæ nostræ,& administrationē omniū bonorū in spiritualibus & temporalibus,secūdum ordinis instituta.In nomine patris & filij.&c. Et tali confirmato, det ei litteram testimonialem suæ confirmationis.

Generalis tenetur prouincialē confirmare nisi fuerit error in electoribus, aut electione

¶ PRO tēpore vero, quo prouincialis non fuerit cōfirmatus,nō se intromittat,finito capitulo, de officij executione,sed prior ille in cuius cōuentū electio facta est,sit vicarius. Electus autē,in literis capituli dandis, nō se prouincialē simpliciter nominet, sed electū in prouincialē. Si autē contingeret vnum de diffinitoribus in prouincialē eligi, vel vicarium prouinciæ,quia nō elegerunt absentē in prouincialem,tunc statim post electi pronūciationem, alius eligatur diffinitor loco eius. Si absentem cōtingat aliquem eligi in prouincialem,vel vicarium prouincialem,ordinamus,quod per literas sigillo cōmuni prouintiæ sigillatas, eius electio a præsidente & diffinitoribus ei insinuetur,primo,sub dicto sigillo, modus & forma electionis perfecte, & nomina eligentium,& electorum, nil pœnitus subticendo, lucide significentur.

¶ De electione sociorum prouincialis ituri ad generale capitulum & diffinitorum. Cap. v.

1 PROVINCIALI in officio manente,aut eo nouiter electo,attendendum est, si sit iturus ad capitulum generale,quia tunc absq; mora eligantur ei duo socij, neq; prior generalis, nec prouincialis vocē habent. Vlterius ordinamus

quod

quod non possit eligi in socium huiusmodi, nisi fuerit magister, bachalarius, aut lector in theologia, vel nisi fuerit alias prior, & sciat loqui latine, & etiam nisi habeat .xxx. annos in ætate, nec potest aliquis existens prior, aut lector, aut conuentualis in aliqua prouincia eligi in altera, sed solum in ipsa in qua ipse est constitutus prior, lector, aut cōuentualis. Itē nullus etiam qui fuerit electus socius pro capitulo generali immediate præcedente, licet nō accesserit. Studentes vero & graduati parisijs, vel in alijs vniuersitatibus, aut studijs generalibus non actu legentes, poterunt eligi in suis prouincijs. Nullus tamē regens parisijs, pro tempore quo generale capitulum debet celebrari, neq; bachalarius legens, neq; biblicus possunt eligi in socios prædictos. Nullus etiam vicarius missus ad prædicādum, potest eligi in sociū talem, extra prouīciam suam. Item nullus mutatus de prouincia sua ad prouinciam, postquā socij sunt electi in prouincia a qua mutatur, vocem habere possit in prouincia, ad quam mutatus est, attendatur etiam capite de electionibus in communi.

Qui possunt eligi in socios prouincialis ituri ad.c.g.

2 § I.N electione horum, voces recipiat primus diffinitor in presentia prouincialis, & secūdi diffinitoris, vel prioris generalis, si præsens fuerit. Et illi qui plures voces habuerint quam omnes alij simul iuncti, ex hoc ipso, socij habeantur, & si cōtingat tales electores non concordare, tertia vice, illi qui plures voces habuerint qua aliqui alij, sint socij. Et si æquales voces duo vel plures habuerint, illi præponātur qui primum locum tenent in ordine, attenta tamē antiquitate, aut gradu. Quibus electis, statim de prouinciali & illis duobus socijs, vnus eligatur in diffinitorem generalis capituli, qui non fuerit electus, aut

Qualiter procedendum sit ī electiōe sociorum pro ad cap.g.etc.

aut

aut diffinitor in capitulo generali immediate, prædictis autem socijs & diffinitori, dentur literæ testimoniales de electionibus suis, & super constituendis, innouandis,& agendis in capitulo generali, habeāt potestatem, ac si oēs fratres prouīciæ adessent præsentes,& fiat huiusmodi litera in forma sequēti.

Forma literæ sociorum prouincialiū ad generali capitulū &c I

Literæ sociorū iturorū ad capitū gn̄ale. Cap. viij

REVERENDIS in christo patribus, priori generali & diffinitoribus capituli generalis, anno tali,& die tali, in tali fœsto, in tali cōuentu celebrādi, ordinis beatæ dei genitricis Mariæ de monte Carmeli, sui humiles filij & subiecti, diffinitores,& cæteri fratres de gremio capituli prouincialis, prouinciæ talis, in cōuentu tali eiusdē ordinis, in fœsta tali, anno tali,& die tali celebrati, obedientiā debitā,& sancti spiritus consiliū in agendis. Venerā de discretioni vestre pateat euidenter, quod nos in dicto loco & tēpore pro præfato capitulo nostro celebrādo, ad electionē sociorū nostri prioris prouincialis, ituri ad capitulū generalē supradictum, & diffinitoris capituli prædicti ꝓcederemus,& essemus tot eligētes, nemine indebite excluso, vel admisso, frater talis pro primo socio, tot voces habuit, frater talis, tot pro secundo, de numero eligētium prædictorum. In secūda vero electione, pro diffinitore eligēdo, prior prouincia. vel frater talis a tot fratribus,& talis a tot in diffinitorē fuit electus, quibus sic electis, damus licētiam& auctoritatē nostrā, atq; posse eligendi, constituēdi, amouēdi, diffiniendi, ac omnia alia agēdi pro nobis in dicto capitulo generali,

rali quæ facere possemus, si omnes præsentes essemus, ratum & gratũ habẽtes quicquid factum fuerit per eosdẽ. Datũ & actũ, loco & tẽpore, quibus supra in quorum testimoniũ sigillũ cõmune nostræ prouinciæ præsentibus est a tergo impressum.

De electione vicarij & eius potestate. Cap. ix.

Eligatur vicarius pro dum eũdum est ad cap. g. a tota prouincia.

ELECTIS socijs & diffinitoribus pro capitulo generale conuenienter eligatur vicarius ad custodiam prouinciæ, tẽpore quo prouincialis iuerit ad capitulũ genrale ĩ qua electione præsidens, coassistente sibi primo diffinitore, voces scribat, aut scribi faciat per primũ diffinitorẽ, ĩ qua electione & prior generalis & prouĩcialis habẽt vocẽ & qui plures voces habuerit, sit eo ipso vicarius & custos prouinciæ. Quo electo, prior prouincialis ꝓ casu fortuito, auctoritate sua aliũ substituat, qui primi per mortẽ, aut alias deficiẽtis, vel a prouincia absentis, vices suppleat, & auctoritatẽ habeat ad quæcunq;. Declarãtes, quod si dictus vicarius electus nõ fuerit mortuus, aut ĩ infirmitate inualidus, vel a prouincia absens, vicarius per prouincialẽ institutus, nulla fungetur auctoritate in administratione aut regimine supradicto. Ordinãtes, quod in casu quo quilibet vicariorũ ꝑdictorũ pro tẽpore quo sua vigebit auctoritas nõ solũ propter infirmitatẽ, sed etiã propter aliã legitimã causam & necessariã nõ possetcõuẽtũ in quo erit dimittere, possit aliũ vicariũ substituere loco sui ad visitãdũ aliquẽ cõuentum. vel aliquos cõuentus, si necessitas hoc requirat, & si vocatus per priorẽ, aut meliores cõuẽtus. Nec tamẽ aliquis vicarius de ꝑdictis aliquid ordinet aut faciat cõtra

Prouincialis pro casu fortuito eligat alium.

tra

Nullus vicariorũ a iquid faciat cõtra ordinationẽ prouin.

tra ordinationem prouĩcialis,nec aliquid immutet de statu prouinciæ, absq; magna necessitate & con silio seniorum,vsq; ad regressum prouincialis a capitulo,quo tũc cessat eius auctoritas,sub pœna grauioris culpæ,secundum qualitatem delicti.Si autem priorem prouincialem,aut vicarium prouincialem contingeret in sua prouincia remanere , ipse per se prouinciam custodiat, & custodiri faciat , retinens sibi sigillum vicarij,& eo vtatur ĩ agendis, & sigillũ prouincialatus mittat per socios ad capitulũ generale sigillatum sigillo cõmunitatisprouinciæ,publice coram fratribus capituli loci in quo reseruatur, & sub sigillo cõuentus in quo ipsum remanere contingeret.

Si contingat prouĩcialem mori pro tẽpore capitu. ge.quid agẽdum.

2 ☙N E C aliquisvicarius quantumcunq; sic electus habeat se intromittere de regimine prouinciæ, pro uinciali remanente. Item si contingat prouincialẽ mori, vel assummi post electionem sociorum, atq; vicarij pro tẽpore capituli generalis,volumus quod non obstante conuocatione prouinciæ pro electione noui prouincialis faciẽdã,omnia ante acta in capit.prouin.proximo precedente , quo ad prædictas electiones in vigore maneant,nisi eo casu quo contingeret aliquem electorumprædictorũ eligi in priorem prouincialem , quia alius esset eligendus loco eius , aut nisi prouincialis amotus fuisset diffinitor capituli generalis,quia tunc electo prouinciali,esset diffinitor eligendus . Item non obstante electione vicarij facta pro prouincia custodiẽda tempore capituli generalis, prouintiali mortuo vel assumpto , prior in conuentu cuius capitulum prouincialis est assignatum,fungatur auctoritate plenaria prouĩcialis. Et si capitulum prouincialisnõ posset celebrari

Prouincialẽ mortuo quis prior eius auctoritate fungi debeat.

ad

ad prouincialis electionem propter instans de propinquo generale cap. prior præfatus erit vicarius, quo vsq; eũ dum sit ad capitulum generale sed illo tempore quo sotij erunt extra, vicarius electus habea regimen prouinciæ, quousq; per generale capit sit dispositum de prouinciali. Si autem generale capitulum remittere prouĩciæ electionem, prouincialis dum hæc primo innotuerit, cessabit auctoritas vicarij, & prior qui habebat capitulũ recipere, fungatur plenaria auctoritate, & celeriter cõuocet capitulum: & præsideat vsq; ad electionem diffinitorum inclusiue, nisi generale capitulum aliter ordinasset esse faciendum.

In casu, quis in prouincia exercere vicariatus offi cium habet.

De processu capituli prouincialis & terminatione eiusdem. Cap. ix.

SIC igitur factis electionibus, præsidens capitulo, vna cum diffinitoribus, procedat in nomine domini ad ordinandum de regimine prouinciæ. Et volumus, quod prouincialis cum diffinitoribus, libere possint absoluere priores locales, & cæteros officiales, quorum institutio ex consuetudine, aut alias ad prouinciale spectat capitulum, seruato illeso indulto apostolico, in fauorem obseruãtiæ dato, quia fratribus in obseruantia efficaciter viuere studentibus, non poterũt priorem dare aliũ ab eo quem elegerunt, sed habebunt cõfirmare. In cæteris autem poterunt ipsos priores instituere, prout eis videbitur expedire. Sic tamen, quod nullus prior pro suis demeritis notabilibus, & potissime pro scandalo ab offitio absolutus, a quocunq; visitatore, vel in capitulo prouinciali, in eodẽ cap.

Quibus spectatea, quæ ĩ capitulo prouinciali agẽ da sunt ordinare.

vel sequente,nõ poterit etiã alibi prior institui per quemcunq;.Itẽ nullus qui non valet ministrare in sacris,promoueatur ad curam animarũ,dũt etiã p prouincialẽ & diffinitores,negotia prouinciæ pertractari,corrigi & ordinari,Item poterũt aliqua statuere,pro regimine prouinciæ,quæ tamẽ regulã,& statuta capituli ge nõ lędant,duratura adminus de capitulo vsq; ad capitulum sequens, & omnia per eos diffinita,debent in fine capituli promulgari.

2 ¶ ITEM quilibet prouincialis aut visitator, habeat rationem reddere de culpis inuentis in visitatione sua,vt disponatur de penitẽtijs iniungendis, aut relaxandis pro eisdem. Et quecunq; notabilia, furta,periuria,rebelliones,aut alia scandalosa, quæ fuerint commissa in cõmuni libro prouinciæ scribãtur,& ipsorũ perpetranciũ nomina,vt postmodũ facilius videantur electiones,quãdo erũt a saniori parte,aut rite facte,& quãdo poterũt diffinitores ĩ pænis dispensare,& quomodo. Et hoc habeãt prouinciales facere,sub pæna depositionis ab offitio, & diffinitores sub pæna inhabilitationis ad diffiniẽdum postmodum. Poterit prior prouincialis,de assensu diffinitorum in capitulo solum restituere vocem & locum carentibus suæ prouinciæ, qui sine scandalo sæcularium perdiderunt,non poterunt tamen inhabiles ad officia quæcunq;,diffinitores ad studia habilitare,sine prioris.g.aut capituli.g.licẽtia illorũ videlicet,quorũ dispẽsatio in statutis eorũ auctoritati reseruatur. Itẽ prouĩciales hẽant reddere rõnẽ capitulo prouĩciali de receptis & expositis, p negocijs prouĩciæ. Et etiã ipse,cũ diffinitoribus recipiat rõnẽ bonorũ,quorũ fratres defuncti aliquid ordinauerunt,& etiam illis ordinare, quid agẽdũ secundũ ordinis instituta.

Maleficia a fratribus cõmissa in cõmuni libro p̃uinciæ scribantur: sub pæna prouinciali et diffinito. &c.

Et

§ Et omnibus dispositis per diffinitoriū, finaliter acta capituli conscribantur in libro prouinciæ. Et vocatis fratribus, ad pulsum nolle capitualis. Absolutis, auctoritate præsidentis & diffinitorum omnibus prioribus, suo modo fiat in singulis, instar terminationis capituli generalis. §. Volumus autem cilicet.ca.viij. De electione generalis.

Acta capituli scribuntur in libro prouinciæ.

§ De capitulo conuentuali. Cap j.

1 CAPITVLVM conuentuale in qualibet septimana per priorem, aut subpriorem, aut vicarium, ad minus semel teneatur, vbi excessus fratrum, & culpæ, cum diligentia inquiratur & corrigantur, & ieiuno stomacho semper celebretur, nisi casus aliquis contingeret, in quo differri, sine dispendio, forsitam non valeret, pulsato autē signo, omnes fratres conueniant ad capitulum sine mora, quibus congregatis, ille qui preest capitulo, iniungat alicui fratri legere lectionem ex questionibus, & lecturus dicat. Iube domne benedicere, & præsidēs subiūgat. Regularibꝰ disciplinis nos instruere dignetur magister cælestis. Res. Amē. Tūc legat vsq; ad signū præsidētis, quo facto dicat legens. Tu autē dñe miserere. Deinde dicat præsidēs fratribus. Benedicite, & illi, dñs respōdeant. Postea si sint nouicij, se pariter prosternāt, & surgētes stent suprapedes suos, & dicant culpas suas ab antiquioribus incipientes, & moneantur proficere in moribus, & scientia, vitare ocium, & eorum negligentiæ ostendantur eis, quibus egressis, laici professi dicant culpas suas, & similiter charitatiue moneantur & ortentur perseuerare in deuotione, & labore &c.

Capitulū cō uentuale celebretur ieiuno stomacho nisi.&c.

Modus celebrandi cap. conuen.

quibus tecedentibus & penitentiatis pro culpis. Fratres clerici:si qui sint,voce & loco carentes,faciant culpas suas,quibus omnibus expeditis, & exeuntibus,omnes cæteri fratres cuiuscumq; gradus, aut conditionis existant,tam conuentuales,quam hospites,si vocati fuerint,similiter se prosternāt humiliter veniam de commissis, & omissis petentes. Deinde incipiendo a senioribus successiue suas culpas dicant,capite discoperto, stantes coram præsidente,cæteris sedētibus,quas cum dixerint,humili voce dicant,quod si in alijs,aliquis frater noscat cū defectuosum,charitatiue dicat, & libenter audiat, atq; studeat emendari. Tunc præsidens dicat, vult aliquis fratrem istum inculpare,quod si aliquis voluerit in loco inculpare,aut monere,non exageret verba,sed simpliciter proponat in hūc modum, frater noster fecit,vel neglexit hoc,aut illud,vel etiam assuetus sic delinquere nominando culpam.Accusatus vero humiliter suscipiens dicat,mea culpa,deinde iussus surgat,& si se culpabilem nō cognoscat dicat breuiter, pater non recordor me hoc fecisse, vel dixisse,aut omisisse,quod dicit frater,& tuncnō replicet accusans:nisi a præsidente vlterius interrogetur,sed si alius frater dictam culpam cognouerit esse veram quæ negatur, bene licet ei testimonium perhibere in loco suo,esset non interrogatus, simpliciter dicendo,frater noster me vidente,aut audiente.&c.reus est in quo accusabatur,postea ꝑ modulo culpæ & qualitate personæ moderetur pæna satisfactiua,ita quod,si culpa digna fuerit disciplina præparet se reus humiliter ad recipiēdum,eam, ita quod nudatis spatulis,flexis genibus, dicat psalmū, quem sibi iniunxerit præsidens,& confessionem fa-

Quādo licet in capitulote stimoniū peribere.

ciat

ciat generalem dicẽdo.Confiteor.&c. disciplinam cum virgis a præsidente,aut ab eo cui iniūxerit patienter & deuote recepturus.& licet priores & præsidentes in culpis possint pro se libere pœnas scriptas iniungere:tamẽ propter suā & omniū fratrū pacẽ,cū pœna grauis culpæ fuerit iniungẽda, aut grauior,tūc in absentia fratris de quo agitur, declaret culpā cōuentui,& pœnā correspōdẽtem illi deinde fratre vocato,pœnā per constitutionẽ taxatam sibi iniungat,sine cōtradictione cuiuscunq;.

Priores possunt pro se libere pœnas scriptas iniūgere tamen. &c.

2 Et si quis de culpa fuerit notabili cōuictus, de qua in cōstitutionibus nulla penitẽtia determinetur,præsidẽs capituli, assumptis duobus, aut tribus discretioribus fratribus cōuentus,quos sua discretio direxit assumendos,illorū cōsilio.fratri conuicto,penitentiā cōdignam imponat. Si quis autẽ cū accusatur,vel deprehẽditur impatienter nimis.aut furibūde respōdeat,tūc grauius puniatur, aut secūdū præsidentis discretionẽ, grauior pœna ad tẽpus sedatæ passionis differatur. Nullus frater acclamet culpā fratris,quā iā cōfessus fuerit. Et nullus frater rñdeat,nisi iussus,& humiliter,sed nec illo die sic accusantẽ reprehẽdat,sed se totū ad emẽdationẽ disponat,& accusans aliquẽ,vno cōtextu,oīa de quibus accusare intẽdit proponat. Itẽ vno die, nullus amplius qua de culpis,in eodẽ capitulo accuset. Si militer plures tribus,aut quattuor fratribus nō accusent eūdẽ fratrẽ pro diuersis culpis, etiā de vna, sedbene vnus frater pro eadem culpa poteritplures accusare, & tunc omnes accusati nominatī, simul surgant ad petendum veniam.

Si quis furibunde respōdeat,tūc grauius puniatur.

Nullus vno die amplius quā de trib9 culpis in eodem. &c.

3 ITEM nullus præsumat culpā suam,aut alterius in capitulo vel alibi pertinaciter defendere sub

Nullus culpā suā pertinaciter defẽdat

pœna grauioris culpæ per diẽ. Et est in capitulo obseruandũ diligenter, ne ad verba, facile prorumpãt nisi se, aut alios mãsuete accusando, vel nisi forte, iussi aut interrogati a præsidente, nec ad inuicẽ loqui præsumant, sed solũ præsidẽti: quod si quis aliter loquatur, pœnæ grauiori subiaceat. Et nisi post primam monitionẽ, silentio sibi in posito siluerit, expellatur de capitulo pro illo die, nec habeat locũ ibi & vocem.

Inquisitiões de culpis notabilibus et negatis, semper. &c.

4 ¶ Quicumq; vero aliũ accusare voluerit parẽ vel superiorem, audiatur patienter: dũmodo se obliget ad poenam talionis: si defecerit in probando, & de eo fiat iustitiæ complementũ. Itaq; similem pœnam substineat accusans, si in probatione defecerit, qualem deberet portare accusatus, si conuinceretur. Accusationes quotuncũq; fratrum, tam priorũ quã aliorũ superiorũ, fiant in eorũ pñtia, sed inquisitiones de culpis notabilibus & negatis, semper in illorũ absentia fieri hñt. Caueãt quoq; fratres, quod nullũ accusent ex sola suspitione. Et ne sub modo denũciationis nominẽt aliquẽ fratrẽ expresse in capitulo vel i cõuẽtu, quia si hæc fecerint, erũt obligati ad pœna talionis, nec dicãt ego credo illum fecisse hoc vel illud, ad cõsensisse faciẽtibus, quia talis insinuatio personarũ, expressiua accusatio reputaretur & obligat ad talionẽ, poterũt tñ in gñali manifestare excessus factos, & requirere maiorẽ, vt inquirãt de reis. Itẽ laborãte fama alicuius scãdali superior quilibet ad cuius noticiã venerit, habeat veritatem inquirere, eo modo, quo videbitur expedire, siue ad iuramẽtũ præstandũ: ad quod oẽs fratres volumus astringi, aut alio modo in presentia duorũ vel triũ proborũ fratrũ, nõ obstãte absentia diffamati, sed

nullo

nullo modo procedatur ad punitionẽ,vsq; quo appareat si talis diffamatus se poterit excusare legitime corã illo superiore vel altero,cui vices suas cõmiserit super hæc.Per nullũ tamẽ præsidentẽ in ordine cogatur aliquis per incarcerationẽ,aut torturã violentã ad cognoscẽdũ,vel fatendũ aliquid crimen sibi vel alteri impositũ,nec pro huiusmodi puniatur,nisi crimen,fuerit euidẽs aut sufficiẽter probatũ,vel nisi violẽta suspicio habeatur quãsuspicio nẽ habeant iudicare violentã vel nõ violẽtam præsidens cũ quattuor,aut quinq; fratribus de discretioribus cõuẽtus. Et si tunc talis suspitio habeatur indicetur ei purgatio canonica prout in capite de diuisionibus & parcialitatibus dicitur. Verũtamen appostatas,criminosos,defectuosos, & incorrigibiles,poterũt per indultũ Pij papę secũdi,prior generalis & prouincialis,quos ad hæc discretos & idoneos iudicauerit, torquere & torqueri facere per fratres,aut seculares clericos,aut etiã ministros secularis potestatis, dũmodo presentes sint duo fratres antiquiores, & de eorum fiat assensu,absq; cuiuscunq; censuræ incursu.

Defectuosos et incorrigibiles,poterit prior genera lis torquere. &c.

5 Si quis secreta capituli cuiuscũq; illa (quæ prælatus cellãda commiserit sæcularibus,aut alijs religiosis reuelauerit,ipso facto careat voce & loco,& pẽsato scandalo,siue dãno inde contingente, pœna grauioris culpæ rigide puniatur. Fratres clerici & sacerdotes, quottidie in capitulo de culpis in choro perperratis petant veniam, & pænitentiã sibi in iunctã humiliter faciant,nisi in fæstis duplicibus,& supra forsitan dimittatur. Etnõ obstãte cõfessione facta in capitulo,& pænitentia suscepta,confiteantur nõ minus priori sacramẽtaliter,vel alteri sacer-

Si quis secre ta capituli secularibus reuelauerit, ipso facto.et

doti ad hoc constituto, & pænitentiam suscipiant. In fine cuiuslibet capituli, fiat recōmendatio bene factorum ordinis viuorum & morruorū. ps. Deus misereatur nostri.&c.vt consuetum est.

So Mortuo priore locali & de eius electione quid faciendum. Cap. ij.

Sub prior tenetur prouinciali, mortē prioris statī significare.

STATIM prioris localis mors, 1 priori prouinciali significeturper subpriorem, qui cōuētus sub priorem non habuerit, habens primā vocē in cōuentu præsideat in electione vicarij, qui per conuētum eligatur ad regimen eius., & ille mortē prioris denunciet in dilare prouinciali; qui quidem de priore nouo prouideat, quē non ei licebit ponere pro libito voluntatis, nisi frattes super hoc vnanimiter in eum cōpromittāt, sed cōstituat pet electionē. Nullus potest eligi in priorē, vel sub priorē, aut sacristā extra conuentum suum ,ppriū, de ijs quæ ad hanc materiam pertinent, videatur capite de electionibus in generali. Item nullus vicarius missus ad visitandum aliquos conuentus ad præsidendum electioni prioris, possit in priorem eligi, nisi sit de illo conuentu, etiā si sit de eadē prouincia, sine expressa licētia prioris generalis, aut prouincialis. Item nullus, qui ab officio prioratus pro pter sua demerita fuit depositus in illo vel in alio conuentu eligi potest, Item qui in sacris non valet ministrare, non potest eligi, nec qui alterius ordinis fuerit professus. Item nullus spurius poterit eligi in priorem localem, nec etiā qui non compleuerit in

Nullus spurius potest eligi in priorē nec etiā.&c

ordi

ordine quinq; annos, & qui appostatauerit ab ordine donec cum eo sit dispensatum.

§ Et procedatur in electione prioris localis sic, quod præsidens capitulo conuentuali coassistentibus ei duobus de senioribus conuentus, aut si conuentus sit paruus coassistente sibi seniore, voces eligentium scribat & pronunciet, & qui plures voces habuerit quã omnes cõiunctim, sit prior. Et electus per superiorem, nisi occurrerit legitimum impedimentum, confirmetur in hac forma. Ego auctoritate qua fungor. Si sit ordinarius, & si sit cõmissarius dicat. Ego auctoritate mihi commissa nomine meo & nomine omnium vos eligentiũ: eligo & denũcio vos priorem huius conuentus, & confirmo auctoritate prædicta secundum ordinis instituta, tribuẽs vobis curam animarũ omnium fratrum dicti conuentus, & administrationem omnium bonorum. In nomine patris & filij &c. Quo facto, si noluerit facere solemnitatem, dicat orationes sine cantu, quæ dici solent post electionẽ prioris generalis.

Qualiter procedendum sit in electione prioris localis.

§ De electione socij ituri ad capitulũ prouinciale. Cap. iiij.

INFRA octo dies antequã prior recedat ad capitulum prouinciale, conuocatis omnibus fratribus de conuentu, qui capitulo cõuentuali dñt interesse. Primo, culpæ per priorẽ aut præsidentem audiatur, deinde expulsis non habentibus vocẽ, fiat electio socij ituri ad capitulum prouinciale, in qua, nullus frater mutatus de aliquo cõuẽtu, post electionẽ socij prioris, in ipso conuentu factã, habeat vocẽ in conuẽtu, ad quem mutatur, in ele

Quid agẽdũ prior ad cap prouinciale iturus est, et qualiter sit eius socius eligendus.

in electione socij præfati. Et in hac electione, habēs primā voce post priorem, ī presentia prioris, voces fratrū conscribat, in qua electione, prior nō habet vocem, & qui habet plures voces quam omnes alij simul iuncti, eo ipso socius habeatur, & si cōtingat electores nō concordare: tertia vice, qui plures habuerit quā aliquis alius sit socius. Et si plures habuerint voces æquales, ille sit socius, qui reperitur antiquior in ordine. Et si sub prior eligatur in socium prioris, vel si conuētus subpriorē non habuerit, simili electione, qua eligendus est socius, eligatur vicarius ad custodiā & regimen cōuentus, sed si sub prior habeatur, & nō eligatur in socium, nullus eligatur vicarius, sed ipse custodiat conuentum. Si tamen cōtingat priorē remanere infirmitatis vel alterius necessitatis causa, nullus præter eum habeat curā regiminis, nihil tamē ab electione socij valeat aut præsumat innouare vel immutare, nec quicquā alienare, nisi cum consensu totius conuentus, & in necessitate.

Socius prioris ad quæ teneatur, immediate post quā fuit electus.

¶ Electo socio prioris ad capitulum ituri, & vicario si sit eligendus, statim præsidente socio, si prior generalis vel prouincialis nō essent, priore ibi pn̄te fiat diligens inquisitio. Et tā excessus quā negligētiæ in eo notabiles, & sufficienter in eius absentia probate, si eas neget, redigātur in scriptis, & nomina accusantium & testificantium, quæ legantur in prioris præsentia, nominibus tamen testificantium nō expressis, nisi prior hoc requirat, & vna cū maiori & saniori parte cōuētus: videatur fieri debere, eidemq; socio, sub sigillo cōmuni cōuentus priori prouīciali et diffinitoribus capituli dētur huiusmodi litteræ præsentādæ. Et statim post sigillationē, de

tur

tur priori per sociū copia de dictis culpis. Et si aliquis habeat quicquā cōtra prouincialē, vel aliquē de gremio capituli pro quæ in veritate nō debeant tolerari, dū tamē possint sufficiēter in illo cōuētu probari per personas fide dignas, ptoponat coram socio supradicto, qui habeat inquirere vetitatē dili gêter, coassistēte sibi priore dictē domus. Sivero præ dicta fuerint notabilia, & sufficiēter ptobata, testimonio, & fide dignotū, præfatus socius, processum cōtinētem nomina ptoponentis & testificantiū su pradicta, sub sigillo cōmuni conuentus ad capitulū similiter deferat, & nomē illius qui prædicta propo suit illū cōtra quē sunt proposita, si presens fuerit, habeat accusare, offerēs dictū processum i testimo niū premissorū. Et si accusatus se sufficiētet excusa re nequeat, tūc puniatur: prout videbitur capitulo. Idem fiat suo modo in capitulo prouinciali, quādo eundū est ad generale cap. si contra generalem vel prouincialē vel aliquē de gremio dicti capituli ge nera aliquid notabile habeatur, quod sub sigillo cō muni prouinciæ offeratur per diffinitorē dicti cap. generalis, nec volumus, quod testificātes, accusato nominētur, nisi euidēs necessitas hoc requirat. Nulla tamen culpa cap. generali vel prouin. ptesentetur, quæ potestate priore generali, vel prouinciali, vel vicario eorū potuit corrigi in cōuētu, & nisi no tabilis & sufficiēter probata p personas fide dignas §. Socius etiā prioris, de electione sua litteras habeat sub cōmuni sigillo cōuētus, cōtinentes nume rū & nomina eligentium, & similiter electorū & a quot est electus, & fiant litteræ sequēdo formā lite ræ sociorū prouincialis ad cap. generale, vt in capi te de cap. prouinciali. ca. viij. Reuerēdis in xpo. &c.

Nulla culpa capitulo aliquo presentetur, quæ presente p. g. potuit corrigi in conuentu.

Omnia

Nullo sotio credatur in aliquo nisi. &c.

Vbi et quando celebrãda est missa de spiritu sctõ, pro capitulo &c.

Durãte capitulo: aliqua die, missa p defũctis &c

Oĩa autẽ capitulo pro. pñtãda,volumus, quod sub sigillo cõuẽtuũ clausa presentẽtur,nec alicui socio accusanti credatur in aliquo,nisi in culpis scriptis, & nisi cõuentus remiserit accusationẽ cap.prouinciali faciendã, excepto in culpis prioris, quas post exitũ a conuentu suo,ipsum cõtingerit comisisse. Idem autẽ dicimus de culpis prouincialiũ ad cap. generale iturorũ.Instituimus aut, quod in die incoationis capituli prouin.in quolibet conuentu prouinciæ,valde mane missa de spũ sancto celebretur, & ibi orent fratres,vt dictum cap.prospere celebretur. Et durãte capitulo,aliqua die, missa pro defunctis solẽniter celebretur pro animabus fratrũ,benefactorũ,& litteras cõfraternitatis habẽtium.Et singuli fratres etiã in missis suis priuatis,orent pro ipsis Et idem fieri volumus in omnibus conuentibus ordinis,in incoatione capituli generalis,& eo durãte.

So De electionibus in communi & qui possunt eis interesse. Cap.iiij.

Fratres non va-ẽtes electionibus interesse.

1 IN nulla electione intersint nouicij,laici,loco & voce carentes,nec infames, aut qui ab ordine apposstatauerunt,licet sit eis datus locus donec cũ eis fuerit specialiter dispensatũ,nec excõmunicati,nec irregulares,nec etiã professi nõ attĩgẽtes decimũ octauũ annũ,nec qui in sacris nõ existunt.Nulli etiã fratres fatui,deliri,vel lunatici, nisi forte electionis tẽpore habuerint lucida interualla Item nullus qui a correctione regulari appellauerit,vel qui appellanti consensit,aut qui appellationem defenderit , quousq; per generale capitulum, per tres annos post , fuerit cum eo misericorditer dispẽ

difpenfatum.Item nullus qui non fubfit obedietiæ ordinis,& qui fe capellanos prælatorum,aut principum fieri litteraliter faciunt,& non funt de ralium dominorum familia cum eis quotidie refidentes. Item nullus frater alienæ prouinciæ,etiamper priorem generalem mutatus & affignatus,nifi in obedientia fua,de fua voce fiat expreffa mentio, aut nifi effet magifter regens,prior,lector,vel bachalarius. Et fimilimodo nullus frater in eadē prouincia mutatus de conuentu ad conuentum per quencumq; maiorem,donec conftet an fi habilis,actiue vel paffiue,vel vtroq;.Item nullus fcolaris forēfis parifijs aut in quocunq; alio ftudio valeat elligere vel elligi,exceptis magiftris & bachalarijs,poftquam legerint fententias,non intendentes illos effe voce priuatos,fed fufpenfos ibi. Studentes vero prouinciæ Franciæ,parifiorum, & fimiliter aliarum prouinciarum in eftudijs fuæ prouinciæ in quibufcunq; electionibus,habeant vocem & locum in conuentu in quo funt affignati,& non alibi.

Studentes in ftudijs fuæ prouinciæ habent. &c.

2 ¶ ITEM magiftri,bachalarij vniuerfitatum angliæ,& ftudentes ibi exiftentes conuetuales,quādo eft eundum ad capitulum prouinciale,fi fiat electio focij prioris ad prouinciale capitulū ituri, citra ceffationem magiftrorum in eftate,habeat voces fuas nec in alijs conuentibus valeant intereffe electioni fociorum,nec in quibufcumq; alijs electionibus eligere vel eligi & fimilimodo in cunctis prouincijs. Ordinantes,quod fi ex caufa neceffaria,citra huiufmodi ceffationem magiftrorū in eftate,aliquis frater de prædictis magiftris bachalarijs,a cōuentibus exoniorum,vel cantabrigiæ,per ordinationem prouincialis receffcrit, tunc ante receffum fuum, pro

Magiftri & bachalarij vniuerfitatū angliæ quando & quomodo poffūt habere voces in electionib.

electio

electione socij prioris ituri ad capitulũ, cõmittat secrete alicui,& relinquat in scriptis,& sigillatã vocem suam.Nullus insuper qui elegerit socium prioris,ad capitulum prouinciale,habeat vocem actiuã in electionẽ diffinitorũ illius capituli prouincialis.

Item nullus subornator, qui aliquẽ induxerit, prece,aut precio,siue minis,aut quacunq; violẽtia aliquem fratrem habentẽ vocẽ in electione prioris subprioris,socij,aut vicarij,aut alterius cuiuscunq; vt tali vel tali det vocẽ suam sigillatim eos nominãdo,sit admissus in capitulo,sed expellatur,priuatus voce & loco,vsq; ad capitulum generale sequens.

Subornator priuatur voce & loco vsq; ad capi.g sequens.

Item nullus frater potest habere plures voces actiuas,non obstante quod ex pluribus habeat vocem puta quia magister,socius vicarius &c.Item nullus frater procurator,absens in electione,potest eligere semetipsum.Et est sciendum, quod in electione subprioris,sacristæ,& trium custodũ,semper præsidens capitulo, coassistẽte sibi fratre habẽte primã vocem post ipsum,scribat voces fratrũ, secundum modũ superius annotatũ,de electione socii prioris in capite immediate præcedente,hoc addito,quod si cõuẽtus ĩ electione huiusmodi cõcordare nequiuerit,prior localis aut supperior præsidens,poterit prout ei placuerit, de talibus officialibus ꝓuidere.

De induitione nouitiorum. Cap. v.

PRæsuppositis statutis dictis superius de receptione nouitiorũ. Cum dies aduenerit,quo recipere habẽt ordinis habitũ,primo calcietur induẽdus, more fratrum,atq; radatur,& indutus alba tunica veniente

vsq;

vsq; ad mediā tibiā,cū aliqua fæculari veste desup. Pulsato ad capitulū,.& omnibus fratribus ibidem congregatis,adducatur per fratrem qui eum instruxerit de petendis,dicēdis,& agendis,ad capitulum, coram præsidente,qui in collo stollā super capā habeat,& sedeat in sede parata, habeat aquam benedictam in vna parte,& tunicā cū scapulari diffuto, zonam & capam in alia. Et nouitius se ante eum prosternat super tapetum.Tunc dicat illi præsidēs, quid petis. Respōdeat induēdus,dei misericordiam Et ordinis paupertatē,ac societatē fratrum. Quo sursum super genua erecto,exponat ei præsidēs,labores ordinis,austeritates,difficultates.&c. Postea querat ab eo aperte, licet antea in cōuentu quesierit corā fratribus,forsan,& amicis. Et primo, si de aliqua heresi in fide fuerit aliquādo suspectus, secūdo,si alicui vxori matrimonio iunctus. Tertio, si alterius ordinis mēdicatium professus,Quarto, si ab isto vel altero ordine repulsus.5. si ex legitimo matrimonio procreatus.6. si seruituti alicuius mancipatus.7. si ratiocinijs fuerit obligatus.8. si habet aliquod membrum mutilatum. 9. si alicuius membri amiserit vsum.10. si habet aliquam infirmitatem latentem.xj si habet aliquam corporis deformitatē. 12. si perseuerandi in ordine habet voluntatem. Et si se in omnibus, nullum habere impedimentū respondeat. Exponat ei præsidens tres articulos,quos obseruare eum oportet.s.obedienter,caste,& sine proprio viuere,quibus declaratis,præsidens requirat,si ista deuote & propter amorem dei vellit obseruare,& si respondeat quod cum gratia dei,& oratio nibus fratrum fulcitus,ea obseruare intendit. Dicat tunc præsidens. Deus qui te incæpit in nobis

Modus noui tio.induendi

Petitio religionē ingre.

De quibus interrogandus sit induēdus

Que exponēda sint religionem ingredientibus.

nobis;ipse te perficiat, per xp̄m dominū nostrum. Res. Amen. Et eo sursum erecto, præsidens exuat eū vestibus sæcularibus dicendo. Exuat te dominus vetere hominem cum actibus suis. Res. Amen. Quo exuto, antequam induatur, flectat iterum genua, & præsidens si se expedire voluerit se erigat, & fratres similiter. Et dicat. Ver. Domine deus virtutum conuerte nos. Res. Et ostende faciem. Ver. Dn̄s vobiscū.

Domine deus virtutum, supplices Oratio, deprecamur clementiam tuam, vt hunc famulum tuum, miserationis tuæ habundantia, ab omni vetustatis ereptione expurget, & capazem sanctæ nouitatis efficiat. Per christum. &c.

Si autem maiorem solennitatē voluerit facere dimissa dicta oratione dicat tres sequētes. Oratio.

Orationes dicendæ, dum aliquis de facto est induēdus.

Deus indulgētiæ & misericordiarum pater, qui seueritatem tuæ discretionis temperans indulsisti, ne filius portet iniquitatem patris. Et qui mirabili dispensatione, malis bene vtens, tuæ dignationis gratiam per peccatorum ministerium frequenter largiris, quæsumus immensam clementiam tuā, vt huic famulo tuo non obsistat, quod habitum nostræ sacræ religionis, ad honorem beatæ mariæ virginis de monte carmello dedicate, per nos tāto ac tali misterio indignos hodie suscipit, sed ministeriū quod per nos exterius exhibetur, tu interius perdonum sancti spiritus exequaris. Per christum dominū nostrum. Ver. Oremus. Oratio.

Domine iesu xp̄e æterni patris vnigenite, qui nostræ mortalitatis regimen, in beatæ & intemeratæ virginis Mariæ vtero induere, & mundum peccatis inueteratum, per tuæ incarnationis misterium renouare dignatus es, te supplices exoramus,

intercedente ipsa tua genitrice maria, huius sanctæ religionis patrona precipua, hic famulus tuus in spiritu mentis suæ renouatus, veterem hominem cũ actibus suis exuat, & nouum hominem qui secũdũ deum creatus est induere mereatur. Qui viuis, & regnas. Oratio. Ver. Oremus.

SAnctæ spiritus, qui te deum ac dominum reuelare dignatus es mortalibus, inmensam tuæ pietatis postulamus gratiam, vt sicut vbi vis spiras, sic & huic famulo tuo, affectum deuotionis concedas vt per intercessionem beatissimæ virginis Mariæ, cui peculiariter, in sancta religione, deuotum exhibere disposuit famulatũ, cum a vanitate sæculi veraciter conuertas, & ad huius sancti propositi obseruantiam facias ita certatim feruere, vt iuste & pie viuendo, per talem humilitatis, & obedientiæ castitatis, abdicationisq; proprietatis, in fraterna charitate feruidius: fœlici perseuerãtia huius sancti propositi, cursum salubriter valeat consumare, quẽ ipse præstare digneris, qui cum patre & filio viuis & regnas deus in sæcula sæculorũ. Res. Amen.

Mox oratione vel orationibus dictis, præsides eum induat habitum ordinis, primo imponẽdo tunicam, faciat signum crucis & dicat. Induat te dominus nouum hominem, qui secundũ deus creatus es in iustitia & sanctitate veritatis. In nomine patris &c. Deinde det ei cingulum siue zonam dicẽdo. Cum esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas, cum autem senueris alius te ciget. In nomine patris & c. Imponẽdo scapulare, cum caputio diffuto ad differentiam professorum, dicat. Tolle iugum christi suaue, & onus eius leue. In nomine patris. &c. Imponendo capam, dicat. Qui sequutur

Quid dicere debeat praelatus imponẽdo tunicã scapulare cum caputio et capa.

T agnum

agnum sine macula, ambulabunt cum eo in albis, ideo sint semper tua vestimenta cãdida in signũ in ternæ puritatis. In nomine patris & filij. &c. Quo facto, nouicius genibus flexis curuet ceruicẽ, & prælatus eum aqua benedicta aspergat, postea dicat super eum extendens manum. Vers. Dominus vobiscum. Vers. Oremus.

Adesto supplicationibus nostris, & hunc famulum tuum, cui in tuo sancto nomine habitum nostræ sacræ religionis imposuimus, bene ✠ dicere digneris, & præsta, vt te largiente, deuotus in ecclesia persistat, & vitam mereatur eternam. Per christum dominum nostrũ. Et tunc præsidens genibus flexis cum cæteris fratribus incipiat hymnũ. Veni creator. Et dicto primo versu, surgant, & cantando vadant processionaliter ad ecclesiam, nouiter indutus, prosternat se ante medium altaris supra tapetũ cæteris fratribus stantibus in stallis suis, & prælato iuxta cornu altaris. Hymnus.

Modus eundi ad ecclesiam & quid agẽdum sit circa indutum.

Veni creator spiritus, mentes tuorum visita imple superna gratia, quæ tu creasti pectora. Qui paracletus diceris, donũ dei altissimi, fons viuus ignis charitas, & spiritalis vnctio. Tu septiformis munere, dexteræ dei tu digitus, tu rite promissum patris, sermone ditans gutturra. Accende lumen sensibus, infunde amorem cordibus, infirma nostri corporis, virtute firmans perpetim. Hostem repellas lõgius, pacemq; do nes protinus, ductore sit te præuio vitemus omne noxium. Per te sciamus da patrem, noscamus atq; filium, teutriusq; spiritum, credamus omni tempore. Sit laus patri cum filio, sancto simul paraclito, nobisq; mittat filius: charissi. ma

mun..., T

ma sancti spiritus. Amen. Et hymno dicto, dicatur ab omnibus. Kyrie eleison, christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et dicat præsidens, voce mediocri. Et ne nos. Versus, Manda deus virtuti tui. Resp. Confirma hoc deus quod operatus es in eo. Ver. Saluum fac seruum tuum Resp. Deus meus spe rantem in te. Vers. Esto ei domine turris fortitudinis. Resp. A facie inimici. Vers. Nihil proficiet inimicus in eo. Res. Et filius iniquitatis non apponat no cere ei. Vers. Ora pro eo sancta dei genitrix. Vers. Vt digni efficiatur promissionibus christi. Vers. Domine exaudi orationem meam. Vers. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DEus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da ei in eodem spiritu recta sapere, & de eius sēper cōsolatione gaudere. Oratio.

PRotege domine famulum tuum subsidijs pacis et beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs cōfidentem, a cunctis hostibus redde securū. Oratio.

DEus misericors, deus clemens, cui cuncta beneplacent: sine quo, nihil boni inchoatur, sine quo, nihil boni perficitur, adsint nostris humilimis præcibus tuæ pietatis aures, & hunc famulū tuum cui in tuo sancto nomine, nostræ sacræ religionis habitum imposuimus, ab omni mundiali vanitate, & sæculari impedimento, ac carnali desiderio defende, & concede ei propitius, vt in hoc sancto proposito deuotus persistere valeat, & remissione peccatorum percepta, ad electorum tuorum consortium valeat fæliciter peruenire. Oratio.

DEus qui non vis mortem peccatoris, sed per pœnitentiam, emendationē vitæ semper inquiris, te suppliciter deprecamur, vt huic famulo tuo,

sæcularibus actibus renuncianti, largam tuæ miserationis gratiam benignus infundere digneris quatenus castris tuis insertus, ita tibi militando stadium vitæ præsentis, percurrere valeat, vt æternæ remunerationis brauium: te donante percipiat, & sicut iste, te deo inspirante, nostris optat iungi consortiis, propter quod, damus ei cõemviuendi nobiscum societatem, quantum apud te possumus promereri, & nostrum est largiri, sic cum electis tuis a te remuneratore omnium bonorum, valeat repromissa præmia percipere. Per christum. ❧ Quibus dictis, aspergatur aqua benedicta, & post a terra eleuetur, et manibus iunctis, ducatur ad osculandũ altare reuerenter, & deuote, deinde manum prælati, & postea gemnam eius, deinde singulos fratres secundum ordinem suum, dicendo sacerdotibus, ora deum pro me pater, cæteris autem, ora deum pro me frater. Et post collocetur ĩ vltimo stallo versus altare, vbi stet vsq; in fine missæ, & tunc cõmunicet deuote. Vestes quoq; eius sæculares per priorem, aut vestiariũ fratrem reseruentur vsq; ad professionem, nisi aliud de eius voluntate ordinaretur.

Finitis oratio nibus, quid a gere debeat tunc tus.

❧ De modo professandi. Cap. vj.

Modus professandi.

CVM tempus professionis alicuius aduenerit, congregatis fratribus sicut in indutione, adducatur nouitius in tunica ordinis, absq; cingulo, & scapulari, & se prosternat coram præsidente habente stollã in collo, & iuxta se scapulare sutum in capitulo, zonam, & capam in vna parte, & aquam

aquam benedictā in altera. Tunc querat prælatus quid petat &c. Omnia ſicut factum eſt in induitione, tam de queſtionibus, quam de votis. Et ſi nullū patiatur impedimentum, appropinquet ad præſidentem, & flexis genibus, manus ſuas, in quibus ſit cedula continens ſuam profeſſionem, ſua manu, ſi ſcribere ſciat ſcriptam, & ſignatam, ponat inter manus prælati. Si autem neſciat, faciat in ea, aliena manu ſcripta, ſignum crucis, & in dorſo ponatur, dies menſis, & annus profeſſionis huiuſmodi. Et vocetenus dicat ſuam profeſſionem. Si prior generalis fuerit præſens, dicat in hac forma. Ego frater. N. facio profeſſionem meam: & promitto obedientiā deo, & beatæ Mariæ virgini de monte Carmeli: & tibi fratri. N. priori generali fratrum ordinis beatæ dei genitricis Mariæ de monte carmeli, tuiſq; ſucceſſoribus, ſecundum regulam prædicti ordinis, vſq; ad mortem. Si autem aliquis alius præſideat, dicat ſic. Ego frater. N. facio profeſſionē meam, & promitto obedientiam deo, & beatæ Mariæ virgini de monte carmeli, & fratri. N. priori generali fratrum ordinis beatæ dei genitricis mariæ đ mōte carmeli ſuiſq; ſucceſſoribus, ſecūdum regulam prædicti ordinis vſq; ad mortem. Et ſi ſit laicus: aut non intelligens latinum, dicat in vulgari, quod etiam faciat clericus, ſi ſint aliqui ſæculares præſentes quibus repetitis, dicat prælatus, Immola deo ſacrificium laudis. Reſpondeant fratres. Et redde altiſſimo vota tua. Tunc profeſſus ponat cedulam in manibus prælati dicendo. Vota mea domino reddam in cōſpectu omnis populi eius, in atrijs domus domini. Et illa cedula diligenter cuſtodiatur in arca communi, in qua am modo ponantur pariter, vt ad omnem

Si.p.g. fuerit in presentia aut nō, quid diceredebeat professandus

Professus ponat cedulam in manibus. &c.

omnem euentum possit scire, quod & quando fue rint professi. Consequenter dicat præsidens. Deus qui te incœpit in nobis, ipse te perficiat. Per christum dominum nostrum. Resp. Amen. Tunc surgat prælatus & omnes fratres, excepto professo, & fiat benedictio super eum. Dicatq; præsidens. Versus. Dominus vobiscum. Respōsō. Et cum spiritu tuo, Versus. Oremus.

Benedictio dicenda supra professum.

SEmpiterne deus & omnipotens pater, qui humanæ fragilitatis infirmitatem agnoscis, respice quæsumus super hunc famulum tuum, & larga tuæ benedictionis habundantia, imbecillitatem eius corroborare digneris, vt promissa vota, quæ præueniendo aspirasti, per auxilium gratiæ tuæ, sanctæ piæ, ac religiose viuendo, valeat vigilanter obserua re, & obseruando, vitam promereri sempiternam. Per christum. Et si plures præsidens eicere voluerit dicat. Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe eterni patris vnigenite, qui nostræ mortalitatis regimen, in beatæ & inte meratæ virginis Mariæ vtero induere, & mundum peccatis inueteratum, per tuæ incarnationis misterium renouare dignatus es, te supplices exoramus, vt intercedente ipsa tua genitrice maria, huius sanctæ religionis patrona præcipua, hic famulus tuus in spiritu mentis suæ renouatus, veterem hominē cum actibus suis exuat, & nouum hominem, qui secundum deum creatus est induere mereatur, qui viuit & regnat. Oratio.

SAncte spiritus, qui te deum, ac dominum reuelasti mortalibus, immēsam tuæ pietatis postulamus gratiam, vt sicut vbi vis spiras, sic & huic famulo tuo affectum deuotionis concedas, vt per

intercessionem beatissimæ virginis Mariæ, cui pecu liariter, in sancta religione, deuotum exhibere disposuit famulatum: cum a vanitate sæculi veraciter conuertas, & ad huius sancti propositi obseruātiā, facias ita certatim feruere, vt iuste & pie viuendo, per talem humilitatis & obedientiæ, castitatis, abdicationisq; proprietatis, in fraternę charitate feruidius, fœlici perseuerantia, huius sancti propositi, cursum salubriter valeat cōsumare, quem ipse præstare digneris, qui cum patre & filio viuis & regnas deus in sæcula sæculorum. Res. Amē. Postea conuertat se prælatus ad vestes, & dicat. Ver. Ostende nobis domine. Domine deus virtutum conuerte nos. Ver. Domine exaudi orationem. Ver. Dominus vobiscum. Vers. Oremus.

Eterne pater & omnipotens deus, qui vnigenitum tuum vestem nostræ mortalitatis induere voluisti, obsecramus immensam tuæ largitatis bene ✠ dictionem, in hoc genus effluere vestimenti, quod sancti patres, ad innocentiæ & humilitatis inditium, abrenunciantibus sæculo, gestare sanxerūt, & sic ipsum bene ✠ dicere digneris, vt famulus tuus qui eo vsus fuerit induere mereatur ipsum dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū viuit. &c. Vers. Oremus.

Domine iesu christe auctor virtutum, & amator pœnitentium, qui maxime humilitatem, paupertatem, iustitiam, castitatem cum cæteris virtutibus corporaliter in mundo elegisti, & peccatores ad pœnitētiā misericorditer vocare venisti, ac omnes fideliter credētes pie suscepisti, tuā inefabilē misericordiā suppliciter exoramus, quatenus hunc

habitum sancti ✠ ficare, ac bene ✠ dicere digneris & concede propitius, vt quicunq; illum deuote, in sanctæ conuersationis signum gestauerit, cũ veste candida & immaculata ante tribunal tuum, in sanctorum agmine glorificatus, i die iudicii valeat apparere. Qui cum patre & spiritu sancto viuis & regnas. Deinde aspergantur vestes aqua benedicta dicendo. In nomine patris &c. Tunc prælatus ponat cingulum dicendo. Cum esses iunior vt supra. Imponendo scapulare cum caputio suto dicat. Induat te dominus, vt supra. Ponendo cappam dicat. Qui sequatur agnum &c. vt supra, in induitione. Et aspergat eum aqua benedicta, quibus peractis, dicat super professum, genua flectentem, & capite depressum, sine dominus vobiscum, istam orationem.

Ponendo cingulum dicat prælatus, cũ esses iunior.

Dominus iesus christus pater misericordiarum, & peccatorum cõsolatio, qui nõ vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat, qui non iustos, sed peccatores ad pœnitẽtiam vocat, ipse tibi, sua ineffabili misericordia, & solita pietate, veram & continuam cordis contritionem, ac sanctæ pœnitentiæ inspiret, vt digne habitum sanctæ professionis gerere, & promissa ordinis sancti, valeas adimplere, ac ĩ suo sancto seruitio perseuerare, & cum electis eius ad æterna gaudia fœliciter peruenire. Qui cum patre & spiritu sancto viuit, deinde aspergendo dicat. In nomine patris. &c. Tunc præsidens incipiat. Te deũ laudamus. Et ducatur ad chorum & omnia vt in induitione.

Oremus

Forma faciendi iubileum. Cap. vij.

FRATER qui debet facere Iubileum, debet per octo dies ante humiliter & deuote petere priori generali, si præsens fuerit; vel priori prouinciali, & in eorum absentia priori locali licentiam confitendi generaliter fratri idoneo: qui de eorum auctoritate, possit eum absoluere de omnibus peccatis suis. Deinde, die quā debet facere iubileum, prædictus frater bono mane, cælebrabit missam cum summa deuotionis intentione, qua cælebrata, reuertatur ad cellam suam in oratione persistens: quousq; per priorem suum fuerit vocatus, dicta autem tertia in conuentu, prior habens stolam in collo suo cum omnibus fratribus processionaliter, cruce cum ceroferarijs præcedentibus, mediocri voce. Psalmodiando, cantabūt. ps. Ad dominū cum tribularer, & sic de alijs ps sequentibus, donec peruenerint ad cellam prædicti fratris, & remanentibus fratribus extra cellam processionaliter ordinatis. Solus prior, cum vno socio pricipaliori inter omnes fratres qui erunt ibi, intrabit ad dictum fratrem, & per manum illum ducens vsq; ad conspectum fratrum, & ante hostium dictæ cellæ persistēs dictus prior incipiat cantando Aña. Hic vir despiciens mundum & c. quam cantando fratres processionaliter vadant ad capitulum vel refectorium, si capitulum non habeatur, & aña. percantata, psalmodiabunt. ps. Iubilate deo omnis terra, seruite, & postea dictam añam repetant. Debet autem dictus frater qui facit Iubileum, cereum non accensum portare in manu sua, & ire inter dictum priorem & principaliorem fratrem, sicut per ipsos extrahi

Quid agere debeat, qui iubileū facere decreuit.

Prior quid agere debeat dū clicu fratri grads iubilei dandus sit.

trahitur de cella. Deinde intrabunt capitulum, in quo sint scamna cooperta tapetis. Et in medio capituli sit scãnum tapeto coopertum, ante quod, dictus frater qui facit iubileum, debet stare flexis genibus cum dicto cereo non accenso in manu sua. Prior autem præsidebit, alijs fratribus in locis suis deuote astantibus, cum sæcularibus interesse volẽtibus. Et tunc dicat prior Kyrieleison, christeleison Kyrieleison. Pater noster. Vers. Et ne nos. Versus. Manda deus virtute tue. Res. Confirma hoc deus, quod operatus es in eo. Vers. Saluum fac seruum tuum. Res. Deus meus sperantem in te. Vers. Esto ei domine turris fortitudinis. Resp. A facie inimici Versus. Nihil proficiet inimicus in eo. Res. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. Ver. Ora pro eo sancta dei genitrix. Res. Vt dignus efficiatur promissionibus christi. Vers. Domine exaudi. Ver. Dominus vobiscum. Ver. Oremus. Oratio.

DEus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da ei in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

DEus misericors, deus clemens, cui Oratio cuncta bona placent, & sine quo nihil boni inchoatur, nihilq; boni perficitur, ad sint nostris humilimis præcibus tuæ pietatis aures, & hunc famulum tuum fratrem nostrum, cui ad eius religiositatis, & vitæ approbationem, & semper ad tui nominis honorem, annum iubileum cælebrare concedimus: annue præcibus nostris, vt quod libertatis figuratiuum exterius agimus, tuorum sanctorum iubilum leticiæ, in cœlesti ierusalem, quæ libera est, perfectius percipere valeamus. Per christum dominum

num nostrum. Amen. Deinde vocetur frater per priorem ad sedendum iuxta seipsum,& postea fiat vna breuis collatio in latino vel vulgari. Qua facta, surgat frater qui facit iubileum, & reuertatur ad primum locum ante scamnum, quod est in medio capituli, tenens cereum in manu. Et flexis genibus fit attentus ad respondendum priori. Tunc prior dicat ei, frater quid petis? respondeat ipse, misericordiam dei, libertates & gratias ordinis. Tunc dicat prior ei. Quoniam in nostro ordine per quinquaginta annos bene & honeste, cum omni obedientia, castitate,& paupertate, & alijs obseruantijs regularibus, sine reprehensione secundum tuam possibilitatem, domino adiuuante, vixisti, & etiam cum apostolo, bonum certamen certasti, fidem deo & ordini seruasti: & cursum tuum, quasi vsq; ad vltimos dies vitæ tuæ laudabiliter consumasti. Ideo nos in hac die, quam tibi diem & annum iubileum statuisti, more antiquorum patrum, libertates nostri ordinis,& gratias, sicut olim in lege promittebantur, volente, ac etiam iubente domino dabantur leuiticis. xxv. Quis petis humiliter & requiris, tibi quantum possumus concedimus,& optamus, deum suppliciter deprecantes, vt ipse deus & dominus noster iesus christus, desideratam & promissam tibi reddat pro mercede coronam: quam fidelibus suis redditurus est in illa die iustus iudex. Qui cum deo patre & spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Ress. Amen. In nomine patris ✠ & filij ✠ Et spiritus sancti. Respon. Amen. Aspergendo aqua benedicta. His cōpletis, frater incipiat cantando deuotius quam poterit. Resp. Regnum mundi

Prioris petitio.

mundi. Quod cantando, fratres vadant processionaliter per claustra, taliter, quod in fine ipsius responsorij, perueniant ad exteriorem portam ecclesiæ conuentus. Et tunc intrando ecclesiam, cantores incipiant alta voce. Te deum laudamus, & sic cantando intrabunt ecclesiam, & ibunt ad stallos suos. Priori vero accedat ad medium altaris: & qui facit iubileum, prosternat se ante altare super tapetum ad hoc præparatum. Tunc prior cum fratribus dicat. Kyrieleison, christeleison. Kyrieleison Pater noster. Deinde prior stando iuxta illum qui facit iubileum, dicat. Et ne nos inducas. Vers. Iubilate deo omnis terra. Res. Seruite domino in letitia. Vers. Saluum fac seruum tuum. Resp. Deus meus sperantem in te. Vers. Ora pro eo sancta dei genitrix. Res. Vt dignus efficiatur. Vers. Domine exaudi orationē. Vers. Dominus vobiscū. Oremus

Qui facit iubileū prosternat seante altare.

Omnipotens sempiterne deus, qui per moysen famulum tuum præcibus in deserto annum Iubilei cælebrare, statuto tempore, præcepisti, & tunc debita, & onera relaxare iussisti, seruosq; ad libertatem reduci mandasti, terram & agros ab omni cultura pausari pro tempore voluisti, & mandata tua vsq; in finem custodientibus, ac in lege tua perseuerantibus, largam tuæ benedictionis habundantiam promisisti, tribue quæsumus huic famulo tuo, cuius anni iubilei diem, de ingressu deserti nostræ sacræ religionis præsentialiter cælebramus, tuæ gratiæ largitatem, vt qui amore tui nominis, iugo tuæ seruitutis in nostro ordine, diutius se astrinxit, ac mandatis sanctorum patrum, secundum suæ fragilitatis possibilitatem, & tui auxilij largitatem humiliter obediuit, cœlestis gloriæ

Oratio.

Orationes dicend: dū qui facit iubileū erit prostrat9

ræ

riæ perpetuam mereamur percipere mansionem. Per xp̄m dominum nostrum. Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe, qui es via, sine qua nemo venit ad patrem, & sine qua, nemo potest in stadio præsentis vitæ currens accipere brauium, quiq; hunc famulum tuum fratrem nostrū, ab adolescentia sua, vsq; ad hunc diem, per quinquaginta annos a carnalibus desiderijs abstractum, in nostro ordine dei genitricis mariæ de monte carmelo dedicate ministrare fecisti, ipsum per viam regularis disciplinæ gratuite deducendo, quiq; etiam peccatores vocare dignatus es sicut iustos dicēs. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos, & qui mihi ministrat me sequatur, præsta quæsumus, vt hic famulus tuus frater noster, tua dulci refectione substentetur, & a te in cuius vinea, vsq; ad decrepitam & vltimam quasi vitæ suæ horam, iuxta posse fideliter laborauit, promissum diurnum præmium pro mercede, opere consumato, a te finaliter percipere mereatur. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen. Oremus. Oratio.

PRotege domine famulum tuum subsidijs pacis & beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs cōfidentem; a cunctis hostibus redde securum. Per christum dominum nostrum. Amen. Tunc asperga tur aqua benedicta dicendo. In nomine patris & filij. &c. Et osculato altari, statim incipiatur missa solenniter, & ponat se frater genus flexis in gradu diachoni in parte sinistra altaris, ibidem manēs vsq; in finem missæ. Et tunc dimisso prædicto cereo sup altare, associatus a fratribus, redeat ad cellam suā, & de cætero fruatur gratijs ordinis & libertatibus talibus fratribus antiquis dari consuetis. Si vero

prior

Si prior generalis faceret iubileum aut &c.

prior generalis vel aliquis alius solennis frater maior, faciat annum suum Iubileum non decet, quod prosternat se in principio coram quocumqꝫ alio, sed dicatur ei ab illo cui comiserit. Post collationē factam, vt supra.&c. Quoniā in sacro nostro ordine per quinquaginta annos bene.& honeste.&c. Et dicatur in plurali numero propter eius reuerentiam & residuum fiat sicut prius, vel sicut ipse dictauerit ¶ Iubilei validi,& potentes ambulare, habeant visitare chorum horis diurnis,& missas priuatas celebrare ad ordinationem prioris, ad minus ter in hebdomada, sub pœna priuationis libertatū. Item ordinamus, quod iubilei habeant locum supra lectores vacantes, nisi merita eorum nimium excederent propter prædicationis famam.

Iubilei ad quæ tenentur

¶ Forma recipiendi ad beneficia ordinis. Cap. viij.

CVM aliquis petit recipi ad nostri ordinis beneficia, si talis sit persona propter quam iudicio prælati conuocandus sit conuentus, prouideat prior de aliquo fratre honesto vel fratribus, qui in aliquo loco, extra capitulum, cum associent,& interim conuocetur conuentus, Cōgregatis vero fratribus & priore in capitulo, vnus frater cui prior iniunxerit, vadat adducendum illum qui recipiendus fuerit,& ipso ingrediente capitulum, si sit persona multū excellens, assurgant prior & fratres, ita quod prior procedat aliquantulū obuiā ei, fratribus alijs stantibus per ordinē ī locis suis. Post modū si fuerit Rex, episcopus, cardinalis, vel legatus aut talis multum excellēs persona, prior collocet eam

eam in loco suo,& ipse iuxta eam remaneat. Si autẽ non sustinuerit, vel aliunde ita excellens persona non fuerit, prior remanens ĩ loco suo collocet eam iuxta se, in assurgendo vel non assurgendo huiusmodi personis recipiendis, dũ intrat capitulum, cõuẽtus immittetur priorẽ, cuius discretio videat quando fuerit faciendum. Tunc talis, si est persona quæ sciat,& velit proponere petitionẽ suã, proponat, si vero nõ vult proponere, vel ad proponendũ non sit ydonea, prior proponat conuẽtui vice eius petitionẽ suã, proposita petitione, ostendat prior cõuentui quantũ fratres tenentur ei. Exprimendo quãtum, salua conscientia, poterit deuotionis affectum,& beneficia illius personæ ad ordinẽ,& quomodo propter ista,& propter fiduciam quã habet in orationibus fratrũ merito exaudiẽda est, in sua petitione, quo facto, prior dirigens sermonem ad personã illam, quod ipse cũ conuentu libenter vult annuere petitioni suæ. Deinde surgat prior,& fratres & persona recipienda, flexis genibus adoret. Tunc prior incipiat. p̃s. Deus misereatur nostri. vel. p̃s. Magnus dominus, conuentus alternatim prosequatur. p̃s. Ecce quã bonum.&c. añ. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secundũ nomen tuum, ita laus tua in fines terræ, iustitia plena est dextera tua. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. Versus. Saluum fac seruum tuum. Res. Deus meus sperantem in te. Ver. Mitte ei domine auxilium de sancto. Respõ. Et de syon tuere eum. Vers. Nihil proficiet inimicus in eo. Resp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Vers. Domine exaudi. Res. Dominus vobiscum. Vers. Oremus. Oratio.

Susci-

SVscipiat te christus in numero fideliũ suorũ, & nos:licet indigni, te suscepimus in orationibus nostris,cõcedat tibi deus per vnigenitũ suũ media torẽ dei & hominũ tẽpus bene viuendi,constantiã bene perseuerãdi, & ad æterne vitæ hereditatẽ fœ liciter perueniendi,& sicut nos hodie,forma chari tatis spiritualiter iungit in terris. Ita diuina pietas, quæ dilectionis est auctrix & amatrix,nos cũ fideli bus suis coniungere dignetur in cœlis,prestãte do mino nostro iesu xp̃o. Qui cũ deo patre & spiritu sctõ viuit & regnat in sæcula seculo.Amẽ.Oremus

ADesto domine supplicationibus Oratio. nostris,& hunc famulum tuum,quem in tuo sancto nomine,ad participationẽ omnium bonorum spiritualium, & fraternitatẽ recipimus huius sacræ religionis,beatæ genitrici tuæ virgini Mariæ specialiter dedicate,bene dicere dignetis Et præsta,vt te largiente,deuotus in ecclesia persistere valeat cum augmẽto virtutũ,atq; suffragijs huiusmo di nostri sacri ordinis adiutus,vitã percipere mereatur æternã.Per christũ.Tunc dicat prælatus persone recipiendæ.Ego ex potestate mihi concessa,do vobis participationẽ in omnibus missis, orationibus,ieiunijs, abstinentijs,vigilijs, laboribus,& quibuscunq; bonis,quæ dominus dederit fieri per fratres huius conuentus,& ad prædicta omnia vos recipio.In nomine patris.&c. Conuentus respõdeat. Amen. Deinde prior aspergat illam personã aqua benedicta,& ipsa osculetur primo librum,vbi prædicta oratio. Suscipiat,scribitur,& postea priorem tantum,vel si fœmina fuerit librum solum.

De con

De confirmatione harum constitutionum.
Caput vltimum.

QVæcunq; autem statuta prædictis statutis cõtraria aut regulæ nostræ dissonãtia, in quibuscunq; capitulis præteritis ædita, pœnitus, reuocamus,& præsentia statuta confirmamus, Prioribus prouintialibus præcipientes, per obedientiam salutarem, quatenus in singulis conuentibus suarũprouintiarum, istas constitutiones seriose faciant innouari, omnibus alijs reuocatis, atq; frequenter legi faciant & videri. Priores conuentuales se & subditos suos, ad eorum custodiam coaptent, & ad obseruantiam suos subditos, per quascunq; pnias rigide coherceant, sub pœna depositionis ab offitio, & etiam grauioris culpæ prioribus prouintia libus & negligẽtibus similiter infligendæ, vt sit vniformitas vitæ in ordine nostro,& regularis disciplina ab omnibus firmiter teneatur & diligentius obseruetur. Ad laudem dei,& suæ beatissimæ matris mariæ & ad salutem animarum nostrarum. Præstante domino nostro iesu christo, cui laus honor & gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

AD laudẽ & gloriã dñi nostri, ac saluatoris iesu christi, eiusq; sacro sanctæ genitricis semperq; virginis, ac præcipuæ fratrũ suorũ đ mõte carmelo præsidis, necnõ ad eorundẽ fratrũ, ac sororũ vitæ regularis reformationẽ & stabilimẽtũ perpetuum. Expliciũt cõstitutiones patris. R. M. Ioãnis Soreth, bonæ memoriæ dicti ordinis ge.& per diffinitores capituli.g. Bruxellis celebrati. Anno. M. cccc.lxij. in die pẽthecostes, ordinatæ, examinatæ, approbatæ,& publicatæ,& rursus per. R. M. Nicolaũ audet

V eiusdẽ

eiusdē ordinis priorē.g.& per diffinitores capituli g. Venetijs celebrati. M.cccc. xxiiij. recognitæ, & emēdatæ,& summa diligētia,& accuratione correcta & ad meliorē formā redactæ,atq; apostolica au ctoritate confirmatæ,cum regulis, et indulgentijs sequētibus Venetijs impressæ. Nullo apud impressorē exēplo relicto. Anno salutis nostræ. 1 4 2 4.

Reuerendis patribus Carmelitani ordinis professoribus in xpo plurimū obseruādis humilis frater Siluester Venetus eiusdē ordinis & theo. professor, salutē in terris diuturnā, & in cœlis fœlicitatē æternā. Omnē adhibui diligentiā obseruādi patres, vt cōstitutiones tā antiquæ quā modernæ a.R.religionis patre quo mea opera typis reformarentur mihi traditæ eo in lucē nitore exirēt, quo nobis a R.eius paternitate datæ fuere. Vndecūq; correctæ & emēdatæ & nulla prorsus labe maculaue cōspersæ. Verūtamen multis in locis (tam et si non defuerit diligēs cura nostra) calchographorū vicio commissum est, quod nonnullis fœdātur erroribus(qui tamen facile dignosci valeant)ipsorum esset impressorū culpæ. Pro vestra igitur humanitate, quoties quicquam huius æditionis mēdosum vestros offendet oculus, me hac in re offitiumq; meum excusabitis, nec mihi, sed potius qui commiserūt errores incuriæ vicium ascribetis. Valeant paternitates vestræ, & suis orationibus me commendatum habere dignentur.

Incipit

Incipit Regula fratrum ordinis beatæ dei genitricis Mariæ de monte Carmeli.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorũ dei, dilectis filijs Priori & fratribus heremitis beatæ Mariæ de monte Carmeli, salutem & apostolicam benedictionẽ Quæ honorem conditoris omniũ & profectum continent animarũ roboris præsidio sunt fulcienda perpetui. Sed illa præcipue, super quibus apostolicæ sedis auctoritas salubris prouidentiæ, studium noscitur habuisse. Cum itaq; nos ad vestræ supplicationis instantiam, per dilectum filium Hugonem, tituli sanctæ Sabinæ præsbyterum cardinalem, & venerabilem fratrem nostrum Guillelmum anteradensem episcopũ, quædã vestræ regulæ dubia declarari ac corrigi, & etiã ipsius quædam grauia misericorditer fecerimus mitigari, prout in litteris inde confectis plenius cõtinetur. Nos vestris pijs desiderijs annuentes, declarationem ac mitigationem & correctionem huiusmodi auctoritate apostolica, confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorẽ autem litterarum ipsarum de verbo ad verbũ fecibus præsentibus annotari, qui talis est.

FRater Hugo miseratione diuina titulo sanctæ Sabinæ presbyter cardinalis, & frater Guillelmus eadẽ miseratione anteraden. eps. Charissimis in christo religiosis Priori generali & diffinitoribus capituli generalis ordinis fratrum beatæ Mariæ de mõte Carmeli, salutẽ in omnium salutari. Accedẽtes

ad apostolicā sedē fratres clerici Reginaldus & Petrus ordinis vestri, ex parte vestra: a dño papa humiliter postularūt, vt quædam quæ ī priuilegio vestro & regula, olim vobis a fœlicis memoriæ Alberto patriarcha hierosolymitano tradita continentur, dubia declarare, corrigere, ac etiam quædam ipsius grauia mitigare misericorditer dignaretur. Cū igitur dominus papa, eorū deuotis supplicationibus annuendo nobis cōmiserit, vt declarationem, correctionem & mitigationem huiusmodi faceremus, vice ipsius, secundum quod statui bono ordinis, & fratrum saluti expediens videremus, religioni vestræ, qua fungimur auctoritate mādamus, quatenus regulam a nobis correctam, declaratam, ac mitigatam, prout expedire vidimus deuote recipientes, eam firmiter obseruetis, & ad instar eiusdem, alias vestras regulas corrigatis, quam vobis per eosdem fratres, sub sigillis nostris mittimus in hac forma.

ALbertus dei gratia hierosolymitanæ ecclesiæ vocatus patriarcha, dilectis filijs Brocardo & cæteris fratribus heremitis, qui sub eius obediētia iuxta fontem Heliæ in monte Carmeli morantur, in domino salutem, & sancti spiritus benedictionē. Multipharie multisq; modis sancti patres instituerunt, qualiter quisq; in quocunq; ordine fuerit, vel quencūq; modum religiosæ vitæ elegerit, in obsequio iesu christi viuere debeat, & eidem fideliter, corde puro, & conscientia bona deseruire, verum quia requiritis a nobis, vt iuxta propositum vestrū tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere ī posterum debeatis.

De Priore habendo, & tribus sibi promittēdis.

1 ILlud in primis statuimus, vt vnum ex vobis habeatis priorem, qui ex vnanimi omniumq; assensu, vel maioris & sanioris partis ad hoc officiũ eligatur, cui obedientiam promittat quilibet aliorũ, & promissam studeat operis veritate seruare cum castitate, & abdicatione proprietatis.

§ De receptione locorum.

2 LOca autem habere poteritis in heremis, vel vbi donata vobis fuerint, ad vestræ religionis obseruantiã apta & commoda, secundũ quod priori & fratribus videbitur expedire.

§ De cellis fratrum.

3 PRæterea, iuxta situm loci quem inhabitare proposueritis, singuli vestrum singulas habeant celulas separatas, sicut per dispositionem prioris ipsius, & de assensu aliorũ fratrum, vel sanioris partis eædem cellulæ cuiq; fuerint assignatæ.

§ De communi refectione.

4 ITa tamen, quod in cõmuni refectorio, ea quæ vobis erogata fuerint, cõmuniter, aliquã lectionem sacræ scripturæ audiendo, vbi cõmodè poterit obseruari, sumatis. Nec liceat alicui fratrum, nisi de licentia prioris qui pro tempore fuerit, deputatum sibi mutare locum, vel cum alio permutare. Cellula prioris sit iuxta introitum loci, vt venientibus ad eundum locum, primus occurrat, & de arbitrio & dispositione ipsius, postmodum quæ agenda sunt cuncta procedant. maneant singuli in cellulis suis, vel iuxta eas, die ac nocte in lege domini meditantes, & in orationibus vigilãtes, nisi alijs iustis occationibus occupentur.

§ De horis canonicis.

HI qui horas canonicas cum clericis dicere norunt, eas dicant secundum constitutionẽ sanctorum patrum, & consuetudinem ecclesiæ approbatam. Qui eas nõ nouerint, viginti quinq; vicibus Pater noster dicant in nocturnis vigilijs, exceptis dominicis, & solemnibus diebus, in quorum vigilijs prædictum numerum statuimus duplicari, vt dicatur Pater noster vicibus quinquaginta. Septies autem eadem dicatur oratio ĩ laudis, matuti. In alijs quoq; horis, septies similiter eadem dicatur oratio sigillatim, præter officia vespertĩna, ĩ quibus ipsam quindecies dicere debeatis.

De non habendo proprium.

NVllus fratrum sibi aliquid proprium esse dicat, sed sint vobis omnia communia, & distribuatur vnicuiq; per manum prioris, vel per fratrẽ ab eodem, ad idem officium deputatũ prout cuiq; opus erit, inspectis ætatibus & necessitatibus singulorum.

Quod licet habere in communi.

ASinos autem siue mulos, prout vestra expostulauerit necessitas, vobis habere liceat, & aliquod animalium, siue volatiliũ ad nutrimentum.

De oratorio & cultu diuino.

ORatorium prout commodius fieri poterit, cõstruatur ĩ medio cellularum, vbi mane per singulos dies ad audienda missarum solemnia cõuenire debeatis, vbi hoc commode fieri potest.

De capitulo & correctione fratrum.

DOminicis quoq; diebus vel alijs, vbi opus fuerit de custodia ordinis & animarum salute tractetis, vbi etiã excessus & culpæ fratrum, si quæ in aliquo deprehensæ fuerint, charitate media corrigantur.

De ieiunio fratrum.

10 IEiunium singulis diebus, exceptis dominicis ob-seruetis: a fœsto exaltationis sanctæ crucis, vsq; ad diem dominicæ resurrectionis: nisi infirmitas vel debilitas corporis, aut alia iusta causa, ieiuniũ solui suadeat, quia necessitas non habet legem.

De abstinentia carnium.

11 AB æsu carnium abstineatis, nisi pro infirmitatis remedio sumantur. Et quia vos oportet frequentius mendicare itinerantes, ne sitis hospitibus onerosi: extra domos vestras sumere poteritis pulmenta cocta cum carnibus, sed & carnibus super mare vesci licebit.

Exhortationes.

12 QVia vero tentatio est vita hominis super terram, & qui pie voluntviuere in christo, persecutionem patiũtur, aduersarius quoq; vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, omni sollicitudine studeatis indui armatura dei, vt possitis stare aduersus insidias inimici. Accingẽdi sunt lũbi vestri cigulo castitatis, muniẽdũ est pectus cogitationibus sanctis. Scriptũ est enĩ Cogitatio sancta seruabit te. Induẽda est lorica iustitiæ, vt dñm deũ vestrũ ex toto corde vestro, & ex tota aĩa vestra, & tota virtute diligatis, & proximũ vestrũ tanquã vosipsos. Sumẽdum est in omnibus scutũ fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Sine fide enim impossibile est placere deo Galea quoq; salutis capiti imponẽda est, vt de solo saluatore speretis salutẽ, qui saluum facit populum suum a peccatis eorum. Gladius autem spiritus quod est verbum dei, abundanter habitet in ore & in cordibus vestris, quæcunq; vobis agenda sunt in verbo domini fiant. Facien-

dum est vobis aliquid operis, vt semper diabolus inueniat vos occupatos,ne ex ociositate vestra,aliquem intrandi aditum,ad animas vestras valeat inuenire.Habetis in hoc beati Pauli apostoli magisterium pariter & exemplum,in cuius ore christus loquebatur,qui positus est a deo prædicator & doctor gentium in fide & veritate:quem si secuti fueritis non poteritis oberrare.In labore inquit & fatigatione fuimus inter vos,nocte & die operantes ne quem vestrum grauaremus.Nom quasi nos non haberemus potestatem,sed vt nosmetipsos formā daremus nobis ad imitandū nos. Nam cū essemus apud vos hoc denūciabamus vobis, quoniā si quis non vult operari non manducet.Audiuimus enim inter vos quosdam ambulātes in quiete nihil operantes.His autem qui huiusmodi sunt,denūtiamus & obsecramus in domino iesu christo vt cū silētio operantes,panem suum mādu cent. Hæc via sancta & bona,ambulante in ea.

§ De silentio.

13 Commendat apostolus silentium,cū in eo præcipit operandum. Et quēadmodum propheta testatur,cultus iustitiæ silentium est. Et rursum, in silentio & spe erit fortitudo vestra. Ideoq; statuimus,vt dicto completorio,silentium teneatur vsq; ad primam dictam sequētis diei. Alio vero tēpore, licet silētij nō habeatur obseruātia tāta, diligētius tamē a multiloquio caueatur. Quoniā sicut scriptū est,& non minus experiētia docet,in multiloquio peccatū nō deerit. Et qui incōsideratus est ad loquēdū,sentiet mala. Item qui multis verbis vtitur, lædit animā suā. Et dn̄s in euangelio. De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines, reddent

ratio-

rationem in die iudicij. Faciat ergo vnusquisq; stateram verbis suis, & frenos rectos ori suo, ne forte labatur, & cadat in lingua sua, & insanabilis casus eius sit ad mortem, custodiens cum propheta vias suas vt non delinquat in lingua sua, & silētium, in quo cultus iustitiæ est, diligenter & caute studeat obseruare.

§ Exhortatio prioris ad humilitatem.

14 TV autem frater Brocarde, & quicunq; post te institutus fuerit prior, illud semper habeatis in mente & seruetis in opere, quod dominus in euangelio ait. Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, erit minister vester, & quicunq; voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.

§ Exhortatio fratrū, vt priorē suum honorent.

15 VOs quoq; cæteri fratres, priorē vestrū honorate humiliter, xp̄m potius cogitātes, quā ipsum qui posuit illū sup capita vestra. Et ecclesiarū præpositis ait. Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit, vt nō veniatis in iudiciū de cōtēptu sed de obediētia mereamini vitæ æternæ mercedē. Hæc breuiter scripsimus vobis cōuersatiōis vestræ formulā statuētes, secūdum quā viuere debeatis. Si quis autē supererrogauerit, ipse dn̄s cū redierit reddet ei. Vtatur tamē discretione quæ virtutū est moderatrix. Actū Lugduni, anno dn̄i millesimo ducentesimo. xlviij. dn̄i papæ Innocētij quarti anno. v. Kalē. Septē. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginā nostræ cōfirmationis infrīgere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē atrētare præsūpserit indignationē omnipotētis dei & beatorū apostolorū Petri & Pauli, eū se nouerit incursurū. Datū lugduni Kal. septēbris pōtificatus nostri anno. v.

Incipit mitigatio eiusdem Regulæ.

EVGENIVS episcopus seruus seruorũ dei, ad perpetuã rei memoriã Romani põtificis prouidẽtia circũspecta, nõnunquã ea quæ ad propagationẽ religionũ quarumcunq;, & in diuinis obsequiis mãcipatarũ personatũ, prosperũ statũ conseruãdum: ac animarũ salutẽ earũdem salubriter instituta fuerant, vt fructũ afferant exoptatum, reformat & moderatur. Et vt religiones ipsæ, præsertim a sede apostolica approbatæ in suo vigore perdurent, prout tẽporis pẽsata qualitate in domino prospicit expedire, libẽter impendit suæ sollicitudinis partes. Sanc. cum sit nobis pro parte dilectorum filiorum Ioannis faci magistri generalis, ac prouincialiũ & claustraliũ priorum, & vniuersorũ fratrũ ordinis beatæ Mariæ de monte Carmeli nu per expositũ, quod in certis capitulis regulæ fratribus dicti ordinis per bonæ memoriæ Albertum patriarchã hierosolymita. traditæ, inter cætera cauetur expressæ, quod fratres prædicti ordinis ab æsu carniũ abstineant, nisi pro infirmitatis vel debilitatis remedio sumantur eisdem etiam quod singulis diebus (dominicis dũtaxat exceptis) a festo exaltationis sanctæ crucis, vsq; ad festiuitatẽ resurrectionis dñi nostri iesu xpi ieiunare teneantur, quoq; singuli eorũ manere debeãt in cellis suis, die ac nocte in lege dñi meditãtes, ac in orationibus vigilãtes præcipitur. Et propterea nõnulli ipsius ordinis professores, propter arctitudinẽ & rigorositatẽ regulæ huiusmodi, tã ex fragilitate humana, quã exdebilitate corporea nequeũtes eandẽ regulã obserua

re, diſpēdiū ſuæ ſalutis incurrant. Quod quā plures etiā aſperitatē huiuſmodi pertimeſcētes, ab ingreſſu eiuſdē ordinis retrahantur. Nos vero qui planta re religionē ſacrā, & plantatā modis omnibus fouere, intenſis deſiderijs affectamus, ſuper hoc quantū nobis eſt poſſibile, prouidere ſalubriter cupientes, & rigorē huiuſmodi quandā tēperie mitigātes ac regulā ipſam moderātes, apoſtolica auctoritate tenore præſentiū ſtatuimus, ordinamus, & cōcedimus, quod dicti ordinis profeſſores qui nunc ſunt & pro tēpore erunt, tribus duntaxat diebus, ſingularū ſeptimanarū, etiā quibus, vt perfertur, ieiunare iuxta eandē regulā ſunt aſtricti, præterquā in aduētu & in quadrageſima & alijs generalibus prohibitis diebus, carnibus veſci, ac horis cōgruis ī eorū eccleſijs & illorū clauſtris, ac per eorum ambitus manere & deābulare licite & libere valeāt. Decernētes eos & eorū ſingulos circa præmiſſa ad arctiorē obſeruantiā quam ſupra præmittitur, occaſione pfeſſionis in dicto ordine emiſſæ vel in poſterū emittēdæ, minime teneri. Et nihilominus fratribus eiſdē qui regulā ipſam, ita vt præmittitur, moderatā obſeruauerit, quod eis proficiat ī remiſſionē peccatorū. In omnibus & ſingulis priuilegijs: indulgētijs immunitatibus, libertatibus, exēptionibus, protectionibus & prærogatiuis eidē ordini peràtea cōceſſis, vti & gaudere poſſint, eadē auctoritate: cōcedimus p præſentes. Cōſtitutionibus apoſtolicis & ſtatutis, cōſuetudinibus etiā prædictis & alijs ordinis & regulæ, prædictis capitulis iuramēto, confirmatione apoſtolica, vel alia quauis firmitate vallatis, cæteriſq; contrarijs: nō obſtātibus quibuſcūq; Et vt ipſi fratres in humilitatis & pauptatis ſpiritu ac caſtimonia virtutū, dūo famulantes, ad huiuſmo

di

di regulã mitigatã obseruandã feruentius animen tur, omnibus & singulis fratribus dicti ordinis præsentibus & futuris dũtaxat, qui regulã istã, sicut permittitur, moderatã obseruauerint, seu in obseruantia ipsius vixerint, vt superiores ipsorum dicti ordinis, vel alius quicunq; idoneus eiusdẽ ordinis sacerdos, omniũ peccatorũ suorũ de quibus corde cõtriti, & ore cõfessi fuerint, semel tamẽ in mortis articulo plenã remissionẽ. In sinceritate sctẽ romanæ ecclesiæ, ab obediẽtiã & deuotione nr̃a vel successorũ nr̃orũ romanorũ põtificũ canonicæ intrãtiũ, necnõ obseruãtia prædicta, persistente auctoritate apostolica, concedere valeant deuotionis ipsorum tenore presentiũ indulgemus. Sic tamẽ, quod ipsi superiores de his de quibus fuerint alteri satisfactio impẽdẽda eisdẽ, si superuixerint, vel per alios, si forte trãsierint, faciẽdã iniũgant, qua ipsi fratres facere teneãtur, vt prefertur. Et ne (quod absit) propter huiusmodi gratiã, fratres prædicti reddãtur procliniores ad illicita imposterũ cõmittẽda, volumus, quod si ex cõfidẽtia remissionis huiusmodi, prædicti fratres, aliqua forte cõmitterẽt, quo ad illa, prædicta remissio nullatenus suffragetur. Et insuper, quod p vnũ annũ, ex quo nostra præsens cõcessio ad eorũdem fratrũ pro tẽpore existentiũ notitiam peruenerit, cõputando singulis sextis ferijs, impedimẽto legitimo cessante ieiunẽt. Quod si prædictis sextis ferijs ex precepto ecclesiæ regulari obseruãtia, iniũcta pœnitẽtia, voto vel alias ieiunare teneantur vna alia die singularum septimanarũ, quã ad ieiunandum non sint astricti ieiunent. Et si in dicto anno vel aliqua eius parte essent legitime impediti anno sequenti, vel alias quam primum poterint, modo simili, supplere ieiunium teneantur. Porro, si alias

si alias forsam prælibatum ieiunium in toto vel in parte adimplere cõmode non potuerint, eo casu, superiores ipsorum, ieiunium ipsum in alia pietatis opera, prout saluti animarum illorum viderint expedire commutare valeant, quæ ipsi pari modo debeant adimplere. Alioquin nostra huiusmodi præsens concessio, quo ad non obseruantes dumtaxat nullius esset roboris vel momenti. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis: concessionis, & voluntatis infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis domini. Millesimo quadringẽtesimo trigesimo primo, quintodecimo Kalendas Martij, pontificatus nostri Anno primo.

DEO GRATIAS.

Sequuntur litteræ seu tenor litterarū ac bullæ apostolicæ de preuilegijs, venijs, remissionibus, & gratijs dicto ordini & & eius benefactoribus concessis.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum dei. Ad perpetuā rei memoriam. Dum attenta meditatione pensamus quod gloriosissima dei genitrix Maria, virgo venustissima & omnium virtutū floribus insignitā, cuius ineffabilē pulchritudinem sol & luna mirantur, cuiusq; præcibus iuuatur populus christianus, & quæ florem præciosissimum, immarcessibilē & æternum iesum christū dominum nostrum, immensa sancti spiritus cooperāre virtute, genuit, produxitq; sacrum ordinē beatæ Mariæ de monte Carmeli, a sancta sede apostolica, & pluribus romanis pontificibus prædecessoribus nostris, & etiam a nobis multipliciter approbatum, quem eiusdem gloriosissimæ dei genitricis semperq; virginis Mariæ speciali titulo voluit insigniri, vt ob eiusdem virginis reuerentiam, ordo ipse a christi fidelibus merito per amplius veneraretur iasiq; fideles propterea, eiusdem virginis Mariæ suffragijs adiuti, æterne retributionis præmia, facilius consequi mererentur. Dum sublimium dicti ordinis vtriusq; sexus personarum virtutum merita, deo quidem grata & in cōspectū prædictæ sedis accepta, digna memoria recensemus, ac ordinem ipsum & illius personas sub sedis apostolicæ, & ecclesiæ romanæ protectione immediate existētes, & inter

cæteros regularium ordinum professores in firmamento catholicæ fidæi militantes, tanquam religionis speculum & exemplar: speciali charitate fulgētes, sanctorumq; prophetarum Heliæ & Helisei & Enoch, & aliorum sanctorum patrum, qui mōtem sanctum Carmeli iuxta Heliæ fontem inhabitarūt successionē hereditariam tenentes. Fructus quoq; vberes, quos dictus sacer ordo in agro militantis ecclesiæ in propagatione religionis & fidæi orthodoxæ, hactenus produxit vtiliter & producit, ac in futurum producturum fore indubitāter speramus paterna charitate intuemur. Dignum (quin potius debitum) reputamus nos ad illa debere nostros dirigere cogitatus, per quæ ea quæ pro diuini cultus gloria & dicti ordinis incremēto, ac xpi fideliū aīarū salute a cōpluribus romanis pōtificibus prædecessoribus nostris concessa dicūtur, sublatis ambiguitatibus quæ exinde emersisse noscūtur, in sua integritate persistant, & tāto firmius obseruētur, quā tō erunt sæpius prædictæ sedis munimine stabilita. Sane sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Christophori Marrignoni dicti ordinis generalis magistri, ac sacræ theologiæ professoris, petitio cōtinebat. Licet multi romani pōtifices pdecessores nostri, ob reuerētiā gloriosissime ac intemeratæ dei genitricis semperq; virginis Mariæ de monte Carmeli, & singularē deuotionē quā ad illā & præ dictū ordinē sub eiusdē dei genitricis Mariæ titulo specialiter insignitū gesserunt, diuersas indulgētias & peccatorum remissiones, ac priuilegia & indulta ipsi ordini & illius domibus cōcesserint, quæ in eisdem domibus sunt recepta; & quorum continentia in publicis scripturis & dicti ordinis ecclesijs apertissime reperitur, sub hac videlicet forma.

LEO

LEO PAPA. IIII. omnibus christi fidelibus qui ecclesias beatæ dei genitricis mariæ de monte Carmeli huiusmodi in festis Natiuitatis dominicæ Paschæ. Apostolorum Petri & Pauli. Penthecostes Assumptionis, Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, eiusdem beatæ dei genitricis Mariæ. Sancti Michaelis archangeli. Omnium sanctorum. In duobus festis sanctæ Crucis. Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ. Sanctorum martyrum Fabiani & Sebastiani. Et in die Parasceues, & per octauas prædictarum festiuitatum: & vocabulis omnium ecclesiarum dicti ordinis deuote visitarent, & pias elemosynas largiti forent, seu domos confractas eiusdem ordinis reficerent. Septem annos & duodecim quadragenas. Et ADRIANVS secundus STEPHANVS quintus. SERGIVS tertius. IOANNES decimus & IOANNES vndecimus. SERGIVS quintus. Et INNOCENTIVS quartus, qui dictum ordinem cõfirmauit, omnibus christi fidelibus vere pœnitentibus contritis & cõfessis, qui prædictas ecclesias pie visitarent in prædictis festiuitatibus & earum octauis, seu qui domos fractas eiusdem ordinis reficerent, vel pro fabricis ipsarum ecclesiarum, munera darẽt, vel confratriã dicti ordinis assumerent, & eam intrarent: aut calicem pro missis celebrãdis vel tobalias seu mappas erogarent, vel qui in præmissis: aut in quolibet præmissorum manus porrigerent adiutrices, vel qui in suis vltimis testamentis aliquid legarent, tertiam partem omniũ peccatorum in domino relaxarũt. Item CLEMENS tertius ALEXANDER secundus GREGORIVS quintus, & GREGORIVS septimus in prædictis festis, & in quolibet

corũ

eorundem ſimilem gratiã largiti ſunt. Item C L E M E N S quartus eiſdem Chriſtifidelibus, qui prædictas eccleſias quater in anno viſitarent, videlicet in quatuor feſtiuitatibus eiuſdem Dei genitricis Mariæ, triginta annos & totidem quadragenas piè conceſſit. Itẽm in priuilegio generali L V C I I Papæ quarti remittuntur ab eodem peccata leuia, offenſæ parentum, neglig ẽtiæ votorum fractorum, dum tamen fractor ad vota rediret, & male acquiſita, ſi neſcitur cui reſtitui debeant, dũmodo prædictis locis ſeu illorũ omnibus aſſignentur. Demum I N N O C E N T I V S quartus, & G R E G O R I V S octauus contulerunt qualibet die cuilibet dicenti Pater noſter & Aue Maria in dictis eccleſijs ſemel pro viuis & defunctis quadraginta dies indulgẽtiarum. Rurſus H O N O R I V S decimus & N I C O L A V S quartus Romani Pontifices, omnibus vere pœnitentibus & manus adiutrices prædictis domibus porrigentibus & illarum fratribus, omnium peccatorum ſuorum veniam polliciti fuerunt. Inſuper H O N O R I V S nonus omnibus vere pœnitentibus & confeſſis dicti ordinis eccleſias viſitantibus, ſeu manus illis adiutrices porrigentibus quadraginta annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitẽrijs, videlicet in feſto vocabulorum ipſarum eccleſiarum, & in die ſancto Paraſceues, necnon in die ſanctæ Crucis ac in feſtiuitatibus Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis & Aſſumptionis beatæ Dei genitricis Mariæ, miſericorditer in domino relaxauit & conceſſit. Vlterius B E N E D I C T V S decimus omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ter in ſeptimana, videlicet quadrageſimali tempore ſecunda & quarta & ſexta ferijs, & etiam in feſtis vocabulorum o-

 mnium

mnium ecclesiarum dicti ordinis, necnon diebus sabbatinis, ob beatæ Dei genitricis reuerentiam, & in diebus dominicis pie visitarent, quadraginta annos & totidem quadragenas, & omnium peccatorum septimæ partis remissionem in domino relaxauit, omnes indulgentias & peccatorum remissiones a suis prædecessoribus Romanis Pontificibus dicto ordini concessas in diebus & in festis prædictis duplicando. Item IOANNES vigesimus secundus omnes indulgentias & peccatorum remissiones a Romanis Pontificibus prædecessoribus suis dicto ordini concessas confirmauit, ac quadraginta annos & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentiis vniuersis Christifidelibus dicti ordinis ecclesias, in qualibet solēnitate quatuor festiuitatum beatæ Dei genitricis Mariæ, videlicet Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis contritis & confessis in domino pia largitione concessit. Successiue VRBANVS quintus omnes indulgentias similiter a suis prædecessoribus dicto ordini concessas confirmauit, atque in festo Annuntiationis beatæ Mariæ dicti ordinis ecclesias visitantibus septem annos &. xij. quadragenas in domino relaxauit. Postremo NICOLAVS quintus omnes indulgentias & peccatorum remissiones, ac omnia priuilegia dicto ordini a supradictis Romanis Pontificibus prædecessoribus suis in prædictis diebus & festis concessis & concessa, motu proprio duplicando confirmauit, atque annos septem, & totidem quadragenas in domino relaxauit. Tamen sicut præfati Christofori generalis dicti ordinis magistri relaxatione nuper accepimus pro eo, quòd propter singularitatē priuilegiorum originales desuper literæ ad manus generalis præ

dicti

dicti non peruenerūt, nec de illis aliter quā præfe tur doceri potest, circa litteras & priuilegia huius modi eorumque vim & efficaciam nōnulla dubia sunt exorta, aliaq; indies sub oriri formidātur, nisi per nostræ prouidentiæ studiū super hoc prouidea tur opportune, præsertim cū ex iniūcto desuper no bis apostolicæ seruitutis officio, ad nos spectet sin gulorū ordinū cōmodis inuigilare, ac quantū vale mus, omniū animas altissimo lucrifacere. Cupiētes itaq; vt indulgentiæ ac singulæ prædecessorum no strorum litteræ dicto ordini, ac eius domibus & ec clesijs cōcessæ, sublatis quibuscūnq; hesitationum obstaculis inuiolabiliter obseruetur, eisque, prout concessa dicuntur, indubia fides adhibeatur, deuo tioq; vniuersali populi crescat & augeatur, atq; di cti ordinis domus ac conuentus conseruetur, edifi centur, & in eorū edificijs amplietur, restaurētur & reparentur, prædictorū & aliorū plurimorū Roma norū Pontificū prædecessorū nostrorū, qui ordinē prædictū varijs priuilegijs nō immerito decorarūt & quē etiam nos diuersis alijs gratijs ac priuilegijs gratiosissime & liberaliter ornauimus vestigijs in herendo, Motu proprio, nō ad ipsius Christophori generalis magistri, aut alicuius dicti ordinis glorio sissimæ Dei genitricis semperq; virginis Mariæ de monte Carmeli professorū, vel alterius pro eis no bis super hoc oblatæ petitionis instantiā, sed de no stra mera volūtate ac deliberatione, & ex certa no stra scientia singulas, non tamen plenarias, ac alias spūales & tēporales gratias a prædictis, seu quibus uis alijs Romanis Pōtificibus prædecessoribus no stris dicto ordini beatæ Mariæ de monte Carmeli, & illius domibus, ecclesijs, ac personis in genere vel in specie quomodolibet concessas, quarū omnium

tenorem & effectus,ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur,hic haberi volumus pro sufficiēter expressis autoritate apostolica tenore præsentium,in suo robore suaque firmitate,confirmamus,approbamus,& innouamus,ac de nouo concedimus,supplentes omnes & singulos defectus,si qui forsan quoquo modo interuenerint in eisdem. Et quoniam inter sanctorum & sanctarum solennia gloriosissimæ Dei genitricis Mariæ solēnitates & festa numero septem,videlicet Annunciationis,Visitationis,Assumptionis,Natiuitatis,Conceptionis, Præsentationis, & Purificationis, ac ea quæ in honorem sui nominis dedicata sunt loca, eo solēnius à Christifidelibus conuenit venerari, quo ipsa de vtero matris suæ procedens, fœcunda virtutibus,& Spū sancto repleta, caliginanti mundo,ignorantiæ tenebris obducto, & etiam populo in tenebris ambulanti,habitantibusque in regione vmbræ mortis,lucem ineffabilem, videlicet dominum nostrum Iesum Christum Redemptorem omnium,eiusdem Spiritus sancti cooperāte virtute, ex suis purissimis visceribus genuit, & ab Angelo annunciata,inter omnes mulieres benedicta prædicatur,& congruè incomparabiliter virgo Maria benedicta dicitur,quia mater filij Dei effecta suscepit gloriam,& integritatis suæ seruauit coronam, & verè est benedicta in mulieribus, quæ sine exemplo muliebris conditionis,cum decore virginitatis gauisa est honore parentis. Idcirco affectantes vt omnes & singulæ ecclesiæ in honore & sub inuocatione nominis eiusdem gloriosissimæ Dei genitricis Mariæ de Monte Carmeli per vniuersum orbem fundatæ & constructæ ; ac deinceps quæ diuina annuente clemētia,edificabuntur & construentur,

tur, congrua deuotione a Christifidelibus veneren tur, ac quæ imperfectæ sunt ad operis complemen tum deducantur, & completæ conseruentur, nec- non paramentis & alijs ad diuinum cultum inibi nececessarijs debite ornentur, ipsique Christifide- les in vniuerso orbe cōstituti, ad easdem ecclesias nunc & pro tempore existentes eo libentius con fluant & ad emptionem ornamentorum huiusmo di, necnon earundem ecclesiarum complemētum, conseruationem & diuini cultus inibi augmētum, manus promptius porrigāt adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ vberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia ac præfatorum Petri & Pauli Apostolorum eius au- toritate confisi, omnibus Christifidelibus vere pœ nitentibus & cōfessis, qui in Conceptionis, Præsen tationis, Natiuitatis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis, & Assumptionis dictæ gloriosissimæ Dei genitricis Mariæ festiuitatibus a primis vespe- ris vsque ad occasum solis dierum festiuitatum hu iusmodi dicti ordinis de monte Carmeli, prædictas festiuitates immediate sequentes, ac etiam in die- bus vocabulorum earundem ecclesiarum deuote visitauerint annuatim, ac ad præmissa vel eorum a- liqua manus porrexerint adiutrices, triginta annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœniten- tijs misericorditer in domino relaxamus, præsenti bus perpetuo valituris. Et quia difficile admodum foret præsentes literas ad singulas prouincias & lo ca originaliter destinare, volumus & prædicta au- toritate decernimus, quòd trāssumptis earum, ma nu Notarij publici subscriptione, & pro tempore existentis dicti ordinis protectoris vel alicuius Ar- chiepiscopalis seu Episcopalis aut generalis Audi-

toris causarum Cameræ Apostolicæ vel alterius Ecclesiasticæ curiæ seu dicti ordinis generalis magistri sigillo munitis, ea prorsus in iudicio & extra, vbicunque exhibita fuerint vel ostensa, fides adhibeatur indubia, ac si ipsæ originales literæ forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostræ cõfirmationis, approbationis, innouationis, concessionis, suppletionis, relaxationis, constitutionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo. Kalendis Aprilis. Pontificatus nostri, Anno Sexto.

IN

IN ALMA VR BE IN CARMELO SAN CTI MARTINI IN MONTI bus Anni. 1564.

COMITIORVM GENERA LIVM ACTA.



Dũ fluet vnda Maris, curretq; per æthera Phebus,
Viuet Carmeli candidus Ordo mihi.

VI este tratadito y ayuntamientos generales de la orden de nuestra señora del Carmen, y lo que en ellos se contiene es catholico y sin offensa de las buenas costumbres. Fecho en cinco de Enero, de Mil y quinientos y setenta y tres años.

El Doctor
Millan.

FRATRVM CARMElitarum acta in Comitijs generalibus.

ALtissimo Christi spiritu, eiusdē proprio inflatu ductæ atq; instinctu, Reuerendorū Magistrorū Diffinitorū mentes, concitatæq; ad Religionis Carmeliticæ sanctimoniā subuehendā, ad instaurandos mores, ac studiorum exercitationes, prout opus fuit, congredi & considere voluerunt. Quorū iudicio (omnibus vnà præfinitis) prouisum fuit atq; propositum, in comitijsq; generalibus absolurū, pagellis primū conscribenda, deinde cudenda prælo. Quæ autem acta & instituta fuerunt (assidente Reuerendissimo Patre Ioanne Baptista Rubeo Rauennate, in Theologia Magistro, Vicario generali Apostolico, necnon Religionis iure, deinde Priore & Magistro generali electo ac confirmato in festo Pentecostes, Vigesima prima die Maij, coniunctis etiam atq; consociatis Reuerendis Magistris nostris Prouincialibus & eorum socijs) hic omnes Carmelitæ subiecta conspicient.

Primum & omnium caput, fuit electio Reuerendissimi & Grauissimi Patris ordinis, antea tament celebrato sacro de Spiritu sancto mysterio, seu missa, & habita oratione, absolutaq; defunctorum omniū Pontificum, Imperatoris, Regū, Cardinalium, Prælatorū, fratrum, sanctimonialiū, literas confraternitatis habentium, familiarium, bene factorum, patronorū, cæterorumq; religioni nostræ Carmeliticæ sponte additorum pia commemora-

tione,& pro ipsis ad Deum effusis precibus.

Et quoniam sacrosanctum Concilium Tridentinum decreuit,non posse vota seu suffragia absentium,pro electione Generalium, Prouincialiũ &c. supleri, nemo ab huiusmodi decreto desciuit,& omnino supplementum prædictum fuit dimissum: Imò omni reuerẽtia,& obsequio decreuit vniuersus Diffinitorum cœtus, supplementum votorum non posse,nec debere in posterum obtineri:ne adeuntium labores fraudibus circunueniãtur,absentes verò suis commodis intendentes Grauissimum Patrem ordinis eligant,ipsumque præficiant ordini nostro in Patrem & Pastorem,quod quidem esset valde præposterum & absurdum.

Statuit itẽ sacrosancta synodus Tridẽtina, electionẽ faciendã per vota secreta,nõ publicatis nominibus eligentiũ. Cuius Decreti vigore, duxerunt omnes Diffinitores moderationẽ adhibendã esse statutis ordinis,hoc modo. Vt omnia quæ reluctantur sanctissimo Decreto , debeant immutari , & si opus fuerit deleri:In reliquis vero,ritus, consuetudines,& antiquos vsus spectantibus,nostræ institutiones seruentur,vt sanctissimè cauetur in Canone septimo. XXV. sessionis primæ diei.

Vt in electione faciẽda nihil prætermitteretur vel studij vel diligẽtiæ,scrutiniũ iniuerunt;ne in Generalẽ quis indignus indignè sufficeretur: & si qui exclu lẽdi forẽt eorũ vitio & defectu, nõ admitterentur ad tãtæ electionis munus subeundũ. Tandẽ omnibus rite & subtiliter ventilatis & excussis, ad eligẽdũ Patrẽ instituti Carmelitici Vniuersalẽ,animum induxerũt ad normã Concilij,hoc modo.

Pari & cõmuni consensu à cõmuni scriba vniuersi ordinis omnia eligentiũ nomina, conscripta fuere

fuere vt seorsum & ordinatè cõuocari possent ad votũ suum seu suffragium exhibendum. Qui singu latim vocati à dicto scriba, in schœdula id solũ apparebat. ELIGITVR FRATER TALIS. N. IN MAGISTRVM SEV PRIOREM GENERALEM VNIVERSI INSTITVTI CARMELITICI. Nomine electi expresso. Quæ scripta, eligenti legenda exporgebatur, Deinde suis manibus compicatã, in pyxide ipsemet eligens coniiciebat.

Omnium suffragijs, scriptura absolutis, impto nisò scilectus fuit Reuerẽ. Magister Prouincialis Bethycæ Gaspar Nietho, qui separatim & singulatim schædulas iam dictas, extrahebat, euolebat, & videntibus Reuerendis Magistris Prouincialibus Terræ sanctæ, & Siciliæ; necnon scriptore ordinis fratre Leandro Franconio liciensi, cunctisque alijs audientibus legebat, pronuntiabat, & propalabat, nominibus eligentium omnino suppressis, ac suffragiorum numero diligenter annotato.

Demum nemine penitus discrepante, electus fuit in Generalem vniuersæ consociationis Carmeliticæ, Reuerendissimus Pater, in sacra Theologia doctor ac Magister. IOANNES BAPTISTA RVBEVS RAVENNAS.

Adeò placuit Comitiorum Generalium cõsessui, cunctisq; Carmelitis is modus eligendi, vt omni animo applausu, & toto pectore acclamauerint eum eligendi ritum firmandum, & de cætero stabi liendum fore, sacro sanctæ synodo benedicentes.

Electo grauissimo Patre, Reuerẽ. Magister Nicolaus Rubustus, Prouincialis Terræ sanctæ tanquam primus omnium Diffinitorum, iuxta ordinis statuta, nõ diuersum faciẽs à Concilij decreto, dixit.

Ego

Ego frater Nicolaus Robustus, Theologiæ professor, Prouincialis Terræ sanctæ, ordine primus, pro nuncio reuerendissimũ Magistrũ Ioannẽ Baptistã Rubeũ Rauennatẽ, esse Priorẽ generalem ordinis nostri, atq; virtute priuilegij ordini nostro indulti, fore Generalẽ Priorẽ legitime confirmatũ. In nomine patris & filij, & spiritus sancti. Amen.

Ipso grauissimo Patre sic cõfirmato, duxerunt eum reuerendi Magistri Diffinitores, & cæteri Magistri, omnesq; Patres ad Ecclesiam cantantes, Te Deum laudamus &c. nõ omisso aliquo ex his, quæ pertinẽt ad ceremonias in statutis ordinis expræssas, in signum obedientiæ, (vt fieri assolet) manus reuerendissimi Patris fuerunt exosculati. Ab ecclesia vero redeuntibus, & persistentibus in loco Diffinitorij, eorũ acta sic in cœpta fuerunt in Dei laudem, & honorem gloriosissimæ beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ de mõte Carmeli ad eiusque religionis Carmeliticæ profectum. Et primò instituti fuerunt Auditores causarum Ciuilium & Criminalium in duas Classes distincti.

Auditores causarum Criminalium.

Reuereñ. Magister Erardus Remẽsis, primus socius Reuerendi Magistri Prouincialis Lombardiæ.

R. M. Io. Scriua Prior Valentiæ, primus socius R. M. Prouincialis Aragoniæ.

R. M. Modestus Splanus, secundus socius. R. M. Prouincialis Neapolis.

R. M. Marcus Antonius de Magnanis, secundus socius R. M. Prouincialis Romandiolæ.

R. M. Ioannes Baptista de Cypriano, secundus socius R. M. Prouincialis Apuliæ.

Auditores

Auditores causarum Ciuilium.

R. M. Desiderius Panhormita, primus socius. R. M. Prouincialis Siciliæ.

Reuereñ. M. Ioannes Girardus, primus socius. R. M. Prouincialis Prouinciæ.

R. M. Io. Baptista Caphardus secundus socius. R. M. Prouincialis Thusciæ.

R. M. Bartholomeus Lantana primus socius. R. M. Prouincialis Venetiarum.

R. Baccalaureus, Antonius de Heredia, primus socius. R. M. Prouincialis Castellæ.

Diffinitores fuerunt.

1 Diffinitor. R. M. Prouincialis. Terræ sanctæ Nicolaus Robustus.

2. R. M. Prouincialis Siciliæ. Egidius Scrineus.

3. R. M Prouincialis Romæ. Ioannes Andreas Colonna.

4. R. M. Prouincialis Franciæ. Adrianus Tonnelier.

5. R. M. Prouincialis Lombardiæ. Ioannes Stephanus Facinus.

6. R. M. Prouincialis Aragoniæ. Michael Carranza.

7. R. M. Prouincialis Prouinciæ. Franciscus Rostagnus.

8. R. M. Prouincialis Thusciæ. Vincentius Spinola.

9. R. M. Prouincialis Venetiarum. Ioannes Iacobus Chærecatus.

10.

10. R. M. Prouincialis Tholosæ. Antonius Vaissieranus.

11. R. M. Pprouincialis Castellæ. Angelus de Salazar.

12. R. M. Prouincialis Neapolis. Albertus de Comparato.

13. R. M Prouincialis Romandiolæ. Bartholomeus a Thōsis, qui in diffinitorē fuit ad missus, cū emerserit nōnulla difficultas ob electio nē Diffinitoris in Prouincia Romādiolæ habitā.

14. R. M. Prouincialis Apuliæ. Antonius Marinarius.

15. R. M. Prouincialis Bethicæ. Gaspar Nietho.

16. R. M. Socius primus Patris reue rendissimi, Angelus Ambrosianus Venetus.

17. R. Pater, Socius secundus Patris re uerendissimi Valerius Venetus.

18. R. M. Dominicus Laurentius a Lothoringia, socius Prouincialis Franciæ, quia in posteriori electione Franciæ, in Diffinitorem fuit assumptus.

19. R. M. Ioannes Montanerius pri mus socius Prouincialis Cathaloniæ.

Præsidens Capituli. R.M. Marcus Antonius de Ma gnanis a Massa.

Oeconomus ipsius Capituli R.P. Valerius Venetus & director Cōuentus Sācti Martini in mōtibus.

Prouincialium præfecturæ.

Prouincialem Terræ sanctæ ordinauerunt, R. M. nostrum Nicolaum Robustum: habitatione Bul læ sanctissimi D.N. Leonis papæ decimi, quæ in fa uorem illius prouinciæ, ob paucitatē Conuētuum & reli-

& religiosorum concessa fuit. Perseuerabit tamen in ipso officio, vsque ad reuocationem reuerendissimi patris ordinis, & dictus Prouincialis expleto ab hinc trienuio, tenebitur habere confirmationẽ a reuerendissimo patre ordinis.

Prouincialem Siciliæ ordinauerunt. R. M. nostrum Egidium Serineũ, vt suum expleat triẽnium non tamen computatis mensibus qui eundo ad capitulum & reddeũdo ad Prouinciã intercesserũt, & suum triẽnium incæpisse, a die quo recepit confirmationem reuerendissimi patris, declaratur.

Prouincialem Angliæ ordinauerunt iuxta dispositionem, & temporis mutationem.

Prouincialem Narbonæ, R.M.nostrum Catherinum Ponssotum

Prouincialem Romæ R.M.nostrum Ioannem Andream Colonnam, ad complemẽtum sui triennij, supputato anno præterito.

Prouincialẽ Franciæ R.M.nostrum Adrianum Tonelier, ad complementum sui triennij, ad cuius triennij complementum non debent enumerari menses insumpti pro itinere explẽdo. Placet tamẽ Diffinitorio Capituli Generalis, imò dictum reuerendum Magistrum nostrum obnixè petijt, vt pro beneficio illius Prouinciæ, tam pro reformatione, quam pro restauratione illius, vellet & dignaretur ad aliud trienniũ illud onus prouincialatus subire Quod faciundũ & exequendũ, iudicio dicti reuerẽdi magistri nostri Adriani relinquitur.

Prouĩcialem Alemaniæ inferioris. R.M.nostrũ Ioannem Reijerium, cuius Prouincialatus tempus datur & concedirur consuetudini illius nostræ dilectissimæ prouinciæ.

Prouincialem Lombardiæ, & simul districtus

Iannæ

Ianuæ & Pedemontis. R.M.nostrum Ioannem Ste phanum Facinum Cremonensem, ad triennium. Quo triēnio elapso, reeligi nō poterit nisi Reuerendissimus Pater ordinis dispēsauerit: Cum in capitulo Generali a Diffinitorio decretum fuerit, constabiliri,& firmari, seruariq; debere triennium.&c.

Prouincialem Aquitaniæ, iudicio & electione Prouinciæ eligendum;& per Reuerendissimum patrem ordinis confirmandum.

Prouincialē Aragoniæ R.M.nostrū Michaelem Carranza, qui ob reformationē faciendā, tū ad normam Decretorū sacrosancti Concilij, tum ad normā reformationis institutæ in Comitijs nostris Generalibus, expleto suo Triēnio, per annū integrum perseuerabit in officio Prouincialatus; & hoc illi præcipitur a reuerendissimo Patre ordinis atq; Diffinitorio, in virtute sanctæ obedientiæ. Et hoc quidē stricte mandatur, quia nō solū iuxta consuetudinē deuotissimæ Prouinciæ Aragoniæ volebat triennium seruari debere: Imo cupiebat absolui ab ipso Prouincialatu, antequā dicti Prouincialatus Triennium elaberetur, & dum Prouincialē egerit, Priores non amoueat, nisi vbi fuerint eorum demerita.

Prouincialem Hyberniæ, cōmittunt Reuerendis Gremialibus suis, vt tamē omnia Reuerendiss. Patri ordinis significentur.

Prouincialem Prouinciæ R.M.nostrum Franciscum Rostagnū,& iste, ob illius Prouinciæ calamitates, & vt exequatur instituta reformationis nuper factæ,& formā Decretorum sacrosancti Concilij edoceat, aliud Trienniū persoluet, in gratiam & beneficiū illius nostræ dilectissimæ Prouinciæ Prouinciæ. Cuius Triēnij initiū erit a celebratione Comitiorum Generalium nostrorū. Quo spatio trium

annorum

annorum absoluto,non reeligetur,neq; poterit co gi Prouincia ad huiusmodi reelectionem. Tametsi dictus.R.Magister Frãciscus Prouincialis,omnibus viribus functionem illam refurauerit.

Prouintialem Scotiæ.R.M.nostrum Prouintia lem modernum,& Reuerẽdiss.Pater ordinis aliter puidere poterit,sicut ipse literis reddetur certior.

Prouincialem Thusciæ.R.M.nostrũ Vincentiũ Spinolam Ocapolitanum,qui ob literarum exerci tationes & studia,& presertim ob publicã lectionẽ quam habuit & haber iussu Sanctissimi.D.N. Papæ in Gymnasio Romano,instanter exorauit,vt illum ab eo obedientiæ iugo liberaremus. Eius precibus annuentes,Placuit Reuerẽdo Diffinitorio (ne Pro uincia Thusciæ destituatur) ordinare Prouincialẽ dictæ Prouinciæ,Reuerendum.M. nostrum Augu- stinum Vaghistellum Senensem. Non deroganres tamen Religionis consuetudini & præscripto,quo Conuentus Senarnm solutis iuribus Prouĩtiali: in reliquis ab eius iurisdictione eximitur, reseruata eius administratione & dispositione Reuerendissi mo Patri ordinis. Qui poterit residere vel in Con uentu Senarum vel Florentiæ.

Prouincialem Venetiarum. R.M. nostrum An gelum Ambrosianum ad rriennium tanrum, & in hoc rriennio Conuentus Barbarani ab alio admi- nistretur,& post triennium poterit vti gratijs, ĩ pa tentibus Reuerendissimi Parris Nicolai Audectij Prioris Generalis,descriptis.

Prouincialem Tholosæ.R.M. nostrũ Antoniũ Vaisieranum:qui ad triennium(incipiendo a die sã ctissimæ Trinitatis huius anni millesimi quingẽtesi mi sexagesimi Quarti die Vigesimo octauo Maij, fungetur Prouincialatus officio illius amãtissimæ

Y Prouin

prouinciæ nostræ Tholosanæ.

Prouincialem Cathaloniæ. R. M. nostrum Gabrielē Cagnitium ad cōplementum sui trienij, nō supputatis mēsibus itineris sui ad capitulum & a capitulo generali, & ad euitandas expensas, tātumdem perseuerabunt priores in suis prioratibus.

Prouincialem Alemaniæ superioris. R. M. nostrū Leonardum Gamman, Qui ob perseuerantiā suam in tot fidæi periculis & controuersijs, omni laurea dignus a Diffinitorio existimatur.

Prouincialē Vasconiæ. R. M. nostrū prouincialē modernum, si adest, si vero absuerit, prouincia aliū sufficere & præficere non procrastinabit, & qui assumetur, statim suæ electionis literas cōmunes patri reuerendissimo ordinis teneatur destinare.

Prouincialem Turoniæ. R. M. nostrum, cui nunc credita est prouincia. Et si videbitur alium fore eligendum, & mos fuerit trienniū seruari, illudq; prouincialis moderaus absoluerit, libertas eligendi alium prouinciæ conceditur.

Prouincialem Saxoniæ reliquerunt temporis futuræ dispositioni.

Prouincialē Castellæ. R. M. nostrum Angelū salazar, vsq; ad complementum sui Trienij, non supputatis mensibus itineris huius ad capitulum generale, & reditus ad suam prouintiam. Qui merito illi præsidere debet, & eius prudentia vsi fuimus, illamq; experti, in visitanda nostra prouincia Lusitaniæ, & ipse fauens prouinciæ, suæ noluit vlterius distrahi sui prouincialatus functionem.

Prouincialem Neapolis. R. M. nostrū Albertum de Comparato, ad complemētum sui trienij, cuius annum iam trāsegit, vt confirmatione reuerendissimi patris Generalis præterita latissime patet.

Pro-

Prouincialem Portugalliæ.R.M.noſtrũ Damianum de Coſta,ad complementum ſui Trienij.

ProuincialẽRomandiolæ.R.M.noſtrum Bartholomeum à Thonſis de Maſſa,qui per annum reget prouinciam illã, incipiendo a Sanctiſſimo die Trinitatis præterito,& hoc quidem conceditur, vt in troducat reformationẽ ad norman ſacroſancti Cõcilij & ſtatutorum capituli Generalis.

Prouincialẽ Poloniæ ſeu Daciæ.R.patrẽ Gregoriũ Condorphiũ,Sacræ Theologiæ præſentatum.

Prouĩcialẽ Bohemiæ,tẽporis cõditioni reſeruarũt.

Prouincialẽ Apuliæ.R.M. noſtrũ Antoniũ Marinarium,ad trienniũ,qui cum ſit doctrinis admodũ præditus,quouis honore dignus iudicatus fuit.

Prouincialem Bethicæ R.M.noſtrumGaſparem Nietho.Qui expleto ſuo Triennio,& non ſupputatis menſibus ſui itineris eundo & redeundo : vltra triennium,annum aliumProuincialatus prouinciæ Bethicæ exequetur,ob reformationem introducẽdam,ſicut diſpoſuit tum Concilium Tridentinum, tum CapitulũGenerale.Erit itaq; dicto tempore & prouĩcialis & reformator, & ſimul in ſuo prioratu perſeuerabũt oẽs priores dictæprouinciæBethicæ.

Procuratorem ordinis.R.M.noſtrum Iacobum Chærecatum Vicentinum.

Priorem Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ. R.M.noſtrum Hieronymũ Gilbertum Veronẽſem vſq; ad reuocationem reuerendiſſimi patris Generalis.

Priorem Pariſiẽſem,eum cõfirmauerũt qui fuit electus in proximioribus Comitijs noſtræ dilectiſſimæ congregationis Albienſis.

Priorẽ Neapolis in pectore reuerẽdiſſimi patris cõſtituerũt & ordinauerũt reuerẽdi Magiſtri noſtri Diffinitores, perpetuitatẽ prouincialatũ & priora-

tum dirimendã esse,& Triennium in prouincialatibus & Prioratibus non posse excedi &c.

DE STVDIIS ET STVDENTIBVS.

Prouideatur Conuentui Parisiensi vt non solũ sit Conuentus,sed etiam studium,& cum sit in virtutibus acquirendis,& in erudiendis virisvnum ex seminarijs vniuersæ religionis, decretum fuit ab illo Conuentu recipiendos esse studẽtes illuc a prouincijs destinatos,quales quales fuerint,soluta tamen pecunia ab ipsis prouincijs, quam alias præfiniuit ordo noster Carmeliticus,&.consueuit Conuentus ille accipere,neq; liceat adigere & cõpellere studiosos ad maiorem pecuniarum summam.

Sint etiam in illo Conuentu duo Regentes, Alter iuxta ritum & institutum antiquum illius Conuentus,alter ad institutionem & arbitrium reuerẽdissimi patris ordinis. Iste Regentis munere fungatur eius vita comite,nisi(præter vrgentem necessitatem)a functione sua deuiauerit, Vitiosum esset Regẽtẽ nomine tantũ & nõ re præfecisse. Si igitur Regentis officiũ ipse post habuerit, Placuit Reuerẽdo Diffinitorio capituli GeneralisGrauissimi pattis auctoritate, aliũ in eius locũ deberesubrogari.

In dicto Cõuẽtu Parisiensi sint professores theologiæ,Phylosophiæ,Logicæ,Grãmaticæ et Rhetoricæ totũq; suum conatum adhibeãt pariter & impendant.R.Magister noster Vicarius Albiensis, & Prior Parisiensis,vt studium quod defloruit,quam citius fieri poterit, eorum industria & diligẽtia refloreat,vtq; denuó Prouinciæ Franciæ & aliarũ regionum colluceant & splendeãt. Ac quod factum fuerit,opportuné significent Patri ordinis Reuerẽdissimo.

Monet Diffinitorium & præcipit Reuerendos patres

patres Congregationis Ibienfis in futurum nõ inquietare prouincias prætextu reformationis, nec poſſe prouinciarum Monaſteria accipere in virtute Sanctæ obedientiæ & ſub pœna rebellionis.

Inuiolabiliter obſeruandum decreuerunt Reuerẽdũ Magiſtrum Regentem Conuentus Pariſienſis, vti frui,& potiri,loco,voce,& exẽptionibus ac immunitatibus,necnon ſtipendijs,quibus ex benignitate ordinis et iuxta cõſtitutiones eiuſdem, alij regentes potiri & gauiſi fuerunt.

Statuerunt etiam reuerendum priorem Pariſiẽſem ſtudentes iuxta conſuetudinem ordinis tractare,neq; illis ſtudentibus denegare locum &vocem quibus dictæ ſanctiones ſeu conſtitutiones noſtræ locum et vocem concedunt.

Conuentus Remenſis ſatagat & omni diligẽtia attendat, vt in eo ſtudium & literaria exercitatio conſueta,vt quemadmodum illius filij moribus ornãtur,ita doctrinis,diſciplinis, & eruditionibus micent & fulgeant.Dedeceret quam maxime conuẽtum illum viuis lapidibus & præcioſis non eſſe ſtipatum atq; vallatum.

Conuentus Tholoſanus non recuſet ſtudentes prouinciæ Tholoſæ,ſoluta pecunia ad eam ſummã quæ conuentui Pariſienſi exoluitur. Sintq; in illo conuentu profitentes & docentes Grammaticam Rhetoricam,cæteraſq; artes literarias. Studentes vero ſic recepti gaudeant & fruantur priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, quibus gaudẽt & potiuntur cæteri ſtudentes. Conuentus Tholoſani Studiorũ item curſu abſoluto, vnuſquiſq; partes ſua agat,& munia ſubeat ad normam ſtudioſorũ & graduatorum Conuentus Pariſienſis.

Confirmauerunt ſtudium,& quatenus opus eſt de

nouo instituerunt in Ciuitate Auinionensi, nullo quesito colore deturbandum. Imo volunt firmatũ iri perpetuo, soluta etiam pecunia consueta, Intendentes amplius suadere Reuerendo Magistro prouinciali & præcipuis illius prouinciæ patribus, aliũ literarum lupum seu studium, saltem pro capessendis rudimentis, instituere, cum iusta adfuerit & opportuna occasio.

Sanxerunt similiter in Ciuitate Valentiæ erigi debere collegium pro imbuendis iuuenibus, & religiosis illius prouinciæ, vt imbuantur tum Grammatica Rhetorica, tã Dialectica, & alijs disciplinis laudabilibus & de summa pecuniæ soluẽdæ quod honestum fuerit, deliberetur.

Collegium nostrum Salmanticæ, industria & virtutibus R. Magistri nostri Prouincialis. Consilio itẽ & ope Reuerendorũ Magistrorum & patrum amplificetur, pro illustranda religione, & solutis pecunijs consuetis, vel ad eam formam quã reduxerint Reuerendi Magistri Prouinciales Hispaniarum, honeste alantur studentes, nutriantur & conseruẽtur neq; aliarum prouinciarum Hispaniæ et Portugalliæ studiosi propellantur, imo benigne suscipiãtur Qui postquã Collegium ingressi fuerint, tantũ exeant domum siue Collegium, adeũdi gratia scholas & Gymnasia, vt lectiones eis congruentes audiant sed bini & bini cum cappis albis, modeste & religiose, si quis vero secus fecerit, carceri mancipetur ad octo dies post primam vicem, & in secũda vice tribus disciplinis corripiatur, vescaturq; vno die pane & aqua. Post tertiam vicem expellatur á Collegio: bonisq; ei ad vsum concessis priuetur, atq; da is ei dimissorijs ad suam prouincialem se cõferat, pœnas debité soluturus.

In prouincia Bethicę curabit ex animo.R. Magister noster Prouincialis,collegium situm apud ostunam aptius acōmodari,& magis illustrari,ad illius prouinciæ decorem & ornamentū:necnon ad studiosorum eruditionem altius prouehendam, & si aliter factum fuerit dicta Prouincia iustam repræhensionem & correctionem sustinebit.

De Collegio Coymbriensi in Prouincia Lusitaniæ caueatur ne in illo sit Rector perpetuus,neq; patiatur illa Reuerenda & admodū obseruans prouincia,Collegiū illud imminui, at magis auge & dilatari, vt dictæ prouinciæ palmites succrescāt et propagentur quam copiosissimè,

In Conuentu Vlyssipponæ, qui adeò est illustris, sint Magistri, qui moratos illos iuuenes bene instruant,& elegantem sermonem iugi studio callere faciāt.Tunc profecto veluti,bonæ arbores,bonos ædent fructus.

In ConuentuPapiensi constituerunt Regentem vnum ex Magistris,quem destinauerit Reuerendissimus pater Generalis: & in illo studio maneāt ad minus decem studentes.

In conuentu Venetiarum collocauerunt regentem.R. Magistrum nostrum Laurentium Laurettū Venetum,numero studentium consueto.

In conuentu Pàrauino. R. Magistrum nostrum Michaelem Friscum,cum viginti studentibus.

In conuentu Bononiensi Reuerēdissimus pater ordinis instituet tot studētes,quot alias fuit decretum atq; pactis & conuentionibus mittēdos fore consultum fuit.

In cōuentu Veronæ.R.Bachalaureū Nicolaum Artificum Senensem,cum sex studentibus.

In conuentu.Pisarū.R.Magistrum nostrum Al-

Albertum Nauclerium Napolitanum, cum septem studentibus.

In conuentu Florentiæ. R. Magistrum nostrum Ioannem Baptistam Caphardũ Senensem, vbi studentes erunt decem.

In Conuentu Senarum. R. Magistrum nostrum Angelum Senensem, cum quatuor studentibus: donec Conuentus ille fuerit restitutus.

In conuentu Perusij. R. Magistrum nostrum Frãciscus Bongium Siculum, vbi moram trahent quatuor studentes.

In conuentu sanctæ Mariæ Traspontinæ, in pectore Reuerendissimi patris.

In conuentu Cenesæ, instituerunt Regentẽ. R. Magistrum nostrum Marcum Antonium Magnanum de Masa, & in eodem conuentu maneant quatuor studentes.

DE STVDIO NEAPOLITANO.

Vt stdium celebratissimum vigeat in conuẽtu peregregio ciuitatis Neapolis constituerunt duos esse Regentes. Quorum primum & absolutissimũ a quo, in ijs quæ pertinẽt ad literarum exercitationes & moderationes, vniuersum dicti cõuẽtus studiũ pendere debet, esse decreuerũt. R. Magistrũ nostrum Vincentiũ spinolam Neapolitanum. &c. Alterum Regentem constituerunt. R. Magistrum nostrum Pompeum Magusium ciculum. Studentes erunt Vigintiquinq;.

In conuentu Catinensi. R. Magistrum nostrum Marianum Ragusium Panhormitã, cum sexdecim studentibus.

Constituerũt Priorem in loco nuper Religioni addicto apud Capranicam, atq; lectorem. R. Magistrum Sebastianum Aueyzanum Cesenatem.

De Insigniendis Laurea Doctoratus in præsentibus Comitijs.

Reuerendissimus pater ordinis ex Indulto apostolico ad coronam Magisterij in sacra Theologia promouebit Reuerẽdos patres infrascriptos, cum in ecclesia diuæ Mariæ transpontinæ, præsentibus Illustrissimis,& Reuerendissimis Cardinalibus, Prælatis multis, Reuerendissimo patre, vniuerso Gymnasij Romani Doctorum cætu,& quamplur ibus religionum Doctoribus,seu magistris,atq; magna populi Concione, dicti laureandi in disputationibus perdoctè sua prouinciata & Conclusiones declarauerint,defenderint, & obiecta ingeniosé & acute diluerint,& primo.

R. Præsentatus Ioannes Nadal Cesar augustanus.
R. Præsentatus Dominicus Laurẽtius a lothorĩgia
R. Bachalaureus Albertus Mandatoritius.

De promouendis ad eundem Magisterij gradum, si tamen præmissum fuerit rigorosum examen ad formã diplomatis Apostolici.

R. Præsentatus Angelus Salazar Prouincialis Castellæ.
R. Præsẽtatus Gaspar Nietho prouincialis Bethicæ

DE PROMOTIONIBVS.

Promouerunt ad sentẽtias legendas,& ad suscipiẽdum Lauream Doctoratus Reuerendum Bachalaureum Bartholomeum Cappallum.

Reuerendum Bachalareum Marianum,ad eundem gradum suscipiendum.

Ad

AD BACCALAVREATVM,

Veñ. Patrem Hilarium Palumbum.
Ioannem baptiſtam Pacaleriũm Nicienſem.
Vincentium de Roboreto.
Hieronymum Aleottum.
Felicium Maſſenſem.
Clementem Aſtenſem.

AD LECTORATVM.

Honorañ.fratrẽ Leandrum Franconiũ Licienſem.
Hieronymum Scolorcia Neapolitanum.

CVRSORES.

Fratrem Vincentium Relencinum-Iugienſem.
Acceptauerunt & approbarunt Magiſteriũ & lauream Doctoratus, qua alias fuit illuſtratus & exornatus, R.Magiſter Ambroſius de Caſtro,& eum in ordine noſtro vt verum, legitimum, ritè & canonicé inſignitum, inter magiſtros Theologos recipiũt & ſuſcipiant. Statuentes illum gaudere & potiri gratijs, priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus: commodis: quibus alij doctores ordinis noſtri, gaudeat, fruuntur, & potiuntur.

Inſtitutiones & ſanctiones Comitiorum Generalium huius anni. 1564. in alma vrbe in Carmelo ſancti Martini in montibus, Spectãtes diuinũ cultũ. Regimen & adminiſtratio nẽ nec non vniuerſi ordinis reformationem.

DE CVLTV DIVINO.

Deo, ſummæ bonitati, præcipuo cultu, pura mẽte, & omni obſequio ac deuotione inſeruiendũ, nemo eſt integri anni, qui negare poſſit. Adnitendum eſt itaq;, vt in omnibus, quæ Dei ſunt, & corda noſtra

noſtra & fidelium mentes excitant,non omittãtur at in dies magis & in horas, quæ reuerentiam præſeferunt,& animi in bonum propenſionem ample ctentur & ſuſcipiant. Quo fit vt præſens Diffinitorium omnes religioſos Carmeliticos hortari, monere & eis ſua auctoritate præcipere voluerit, hæc obſeruari debere.

Ordinauerunt vnumquemq; Carmelitam dũ in Conuentibus moratur, ſæpiſſime cõfiteri peccata ſua ſacerdoti eiuſdem ordinis,& eorum confeſſio ſit in aperto,vt cæteri fratres videre poſſint eum, & honeſtæ conſcientiæ affectum,& catholicũ eſſe, ſanctæq; Eccleſiæ Catholicæ filiũ obſequentiſſimũ

Poſtquã religioſi noſtri officium diurnum & nocturnum abſoluerint,ocio & torpori nõ ſubiaceãt ſed aliquo ſtudio laudabili vacent vel literarũ, vel meditationũ, vel precũ,ſeu orationũ, vel manibus ſuis(dummodo mercaturã non referat)neq; quippiã ſordidi conficiant. Segnities nanq; et Carmelitarum profeſſiõ,omnifariã & mutuoſe expellunt.

Finis & intentio Religionis Carmeliticæ circa graduatos & exemptos,omnibus debet innoteſcere quippe quæ Primarijs regularibus ſuo conceſſu tribuit & ſuſtinuit, nõ adeſſe choro ſingulis horis canonicis,vt eorũ ſtudijs vacare poſſent,& alijs vt ſuæ infirmitati & male valetudini conſulere, velquedam ſua honeſta exercere. Quare Decreuerunt reuerendi Diffinitores inuiolabiliter ſeruãdũ ne exempti,& gratijs ſeu priuilegijs affecti officiorum ſeu horarum tempore,eant ſpatiatũ per Conuentum,vel inter ipſos ſedẽtes in prõpatulo ocioſe verſentur & loquantur, Quod ſi quiſpiam fuerit auſus ab hoc inſtituto deſciſcere,poſt trinã monitionẽ omnibus exemptionibus priuetur,donec cũ co

per

per Reuerēdissimū patris ordinis fuerit dispensatū Studeant omnes exempta in cubiculis eorū & vacent(vt dictū est)lectioni meditationi, orationiq;, solum ministris permittitur modo huc,modó illuc ambulare ministeriorum suorum gratia.

Quoniam Magistri nostri, Seniores & patres debent esse iunioribus exemplo & omnes simul excitare populum opera eorum spectātem in Dei Laudem & gloriam , Sancitum fuit dictos Magistros, seniores & patres non simul publicé garrire, odijs et rixis insectari,illicitis non incumbere.Reuerēdi Prioris obediētiæ nullo pacto reluctari, faciantq; vt iuuenes sint modesti,bene morati,disciplinis imbuti,& tam in choro quā in Ecclesia sanctis ceremonijs intenti.Cum vero vagantur per vrbem de licentia sui superioris,sint cōpositi incessus, in sermone religiosi:inconuersationibus honesti,nō residentes in apothecis,non locos infames ingrediantur,& demum nihil prætermittant, quod pertinet ad ædificationem,omnino abhorrētes ab eis, quæ faciunt ad destructionem.

Curabunt Sacristæ , vt vasa & omnia pro sacris exolnēdis,& pro Ecclesia ornāda sint nitida, & eo decore quoad fieri poterit,conseruetur,vt decet. Quæ singula nunquā oppignerētur neq; facile mutuo dentur,nisi vbi necessitas ade gerit, quod reuerendo Priori & patribus iudicandum conceditur.

Sanxerunt neminē cuiuscunq; gradus ac conditionis existat(nisi infirmitate præpeditus fuerit,aut iure fuerit priuatus) penitus abstinere a celebratione missæ.Cum diebus festiuis,& Dominicis, sponte & æquo animo decreuerint Reuerendi Diffinitores , ipsos missas celebrare, & nisi hoc fecerint, Prior antea causam ab eis sciscitabitur. Quam si ra

tiona

tionabilem nõ inuenerit,cogat ipsos & compellat ad munus illud Sanctissimum persoluendum.

Nemo ex nostris sacerdotibus præsumat audire pænitentes a cõfessionibus,neq; vllus ex prædicatoribus nostri ordinis audebit prædicare,etiam in domibus proprijs, nisi vtrasq; functiones exercentes Reuerendissimi ordinarij gratiam & benedictionẽ impetrauerint.

In celebratione missarum, omnes religiosi Carmelitæ sint vniformes,orationes nõ consuetas,tũc omittanr,alibi tamen dicendas,vt eorum deuotioni satisfaciat. Secreta missæ pressiotivoce legãtur, vt nunquam vox attollatur, nisi vbi ordinale nostrum secus demandauerit.

Ordinentur in singulis cõuentibusduo reformatores,qui omnes ad vniformitatem reducant.

In posterum non celebrentur missæ cum quinq; aut sex,aut tredecim,aut pluribus candelis,ex non nullarum rubricarum præscripto.Quoniam(vt docet sacrosanctum Concilium Tridentinum) illud habet & redolet magis superstitionem.

Sacris ordinibus non poterint initiari:nisi prius fuerint instructi & ætate & doctrina,quæ in Concilio Sanctorum Patrum declaratur & explicatur. Et caueant reuerendi Magistri nostri Prouinciales sub periculo præuaricationis regulis obediẽtiæ, & priuationis ab eorum gradibus,ne aliquibus veniã impartiãtur ad suscipiendos dictos sacros ordines nisi omnes condiriones simul iunctas, in Decreto contentas habuerint.

Decreuerunt Breuiatiorum congruitatẽ & conuenientiam introducendã,vt omnis ab ordine nostro tollatur confusio. Er cum reuerendissimus pater ordinis id exequẽdum curauerit,omnes statim

& prom

& prompte obedire conabuntur. Idem præcipiūt de cantus conformitate. Non est enim rationi cōsentaneum, vnius ordinis professores, vno titulo, vna regula, vno pastore gaudētes, in eorum modulationibus & ritibus esse diuersos.

Sancti, ordinis nostri, redigantur in Catalogum: seu Calendarium Sanctorum, & de illis fiat officiū duplex. Non amoueantur tamen ab ipso Calendario Sancti, de quibus celebrātur officia: & iamdiu celebrata fuerunt.

In omnibus Cōuentibus Hispaniarum, etiā Lusitaniæ, qualibet feria Quinta fiat offitium de Sancto Sacramēto ad modum duplicis festi, nisi eo die cōtingerit, vt sit festum alicuius Sancti nouē lectionū vel nisi fuerit octaua solennis. Et animaduertant omnes, debere celebrari octauas solemnes sanctissimæ Trinitatis, vsq; ad primas vesperas festi sanctissimi corporis Domini nostri Iesu christi. Fiāt item octauæ solennes Sanctorū Stephani, Ioannis Euangelistæ, Innocentium, Ioannis Baptistæ, Diuorum Apostolorum Petri & Pauli, Sā cti Helisæi, & sancti Angeli, atq; etiam Cyrilli Patriarchæ. In quibus neq; Quindecim psalmi dicuntur, neq; officiū paruum de Beata virgine. Concessio vero superius facta prouincijs Hispaniarum feria quinta de Sancto Sacramento, intelligatur extra Aduentum & Quadragesimam.

Decreuit insuper R. Diffinitoriū celebrari festū Sancti Martini Papæ & martiris, post festum Sācti Martini Episcopi & confessoris & ob celebrationem comitiorum Generalium in conuentu Sancti Martini in montibus de Vrbe, mandat & præcipit diem illius festiuum solēnem esse, eius octauam inter solenniores haberi, non omissa tamen consuetudine

tudine celebrandi officium Diui Martini episcopi, & cõfessoris,ob cuius rationem fiet commemoratio de sancto Martino papa & martire, & reliqua seruabuntur ad normam Rubricæ octauarum solemniũ, & octaua dies sancti Martini papæ et martiris omni solemnitate celebrabitur. De festis vero Conuersionis sancti Pauli: & decollationis Sancti Ioannis Baptistæ fiat festum duplex. Idem præcipitur de omnibus sanctis,quorum corpora in Ecclesijs nostris habentur,& omnes hinc poterunt secũ afferre duplum seu exemplum nominum sanctorũ quorum corpora in hoc templo recondita fuerũt. Item festa duplicia celebrari debent Sancti Ioãnis ante portam Latinã,Commemoratio Sancti Pauli. Item festum sancti Petri ad vincula.

Item ne cantus & officium semiduplex omnino prætermittatur sanxit & ordinauit Reuerendum Diffinitoriũ fieri festũ semiduplex de omnibus sanctis martiribus & cõfessoribus qui fuerunt summi Pontifices.

Animaduertant Prouinciales, Priores,& cæteri nostri,prohibitas esse pro missis nouis celebrandis siue pro alijs missis,cuiusuis generis mercedũ conditiones,pacta importunas atq; illiberales eleemosynarũ exactiones,& omnẽ turpem,questum,a quibus (si tamen id alicubi niget) nisi se subtraxerint, cuilibet secus agẽti indicitur pœna carceris ad tres dies in pane & aqua,& erit priuatus voce actiua & passiua per annum. Si vero plaries id admiserit grauiori pœna mulctabitur.

A choro arceantur omnia colloquia, ne dũ horæ Canonicæ celebrantur,impertinentia commisceãtur. Pessimum est quidem cor esse longé a Deo, & labijs tantum illum honotare.

De

DE REGIMINE ET ADMINISTRATIONE Conuentuum.

Nullus. R. Magister noster Prouĩcialis neq; Prior seorsum audeat disponere, quauis forma, prætextu palliatione, & intentione, de bonis communitatis Conuentuum, sed omnia teneãtur tractare ipsi prouinciales aut priores cum vniuerso Conuentuum gremio. Et si secus agere præsumpserint, absoluuntur oẽs fratres ab eorũ obedientia, & illos gradu & dignitate priuatos esse a diffinitorio declaratur.

Reuerẽdi Priores & Clauarij seu Discreti, singulis sabatis cogant expenditorem & Procuratorem ostendere librũ redditruum & expensarium, & diligenter inspicere quo in statu sit Conuentus. Et si inuenerint expenditorẽvel Procuratorem malitiose quippiã defraudasse, & furtim surripuisse, statim carceri mancipetur per mẽsem, & loco & voce priuetur vsq; ad Capitulum Generale.

Nullus Prior qualiscunq; fuerit, expendat pecuniam Conuentus. Nemo item ex religiosis ordinis nostri cuiuscunq; dignitatis aut conditionis extiterit et nulla causa poterit habere bona stabilia ĩ cõmendã, non in administrationẽ, non ad vsum, neq; ad vsum fructum, sed dicta bona stabilia aplicẽtur & incorporentur Conuentibus.

Pecuniæ Conuentuũ seu redditus & prouentus quorumcunq; bonorũ stabilium, recipiantur à procuratore ad nutum amouibili. Instituetur deinde vnus procurator, qui fundos, prædia, vineas, & alia bona stabilia cõseruet, colere faciat, illisq;, vt opus fuerit, subministret & prouideat. Si quis aũt ab hoc statuto deuiauerit: tanquã proprietarius puniatur.

Ordinauerunt, procuratores officium suum nõ exercere vltra bienniũ, nisi aliqua necessitas secus

facere

faccere impulerit. In reliquis veró, quæ ſpectant ad huiuſmodi officium innouantur & confirmantur omnia ſtatuta reuerendiſſimorum Magiſtrorũ Generalium Ioannis Sorethi, & Nicolai Audectij.

Diſtricte etiam præcipitur Reuerendis Prouincialibus & Prioribus, ne permittant quempiam ex regularibus ſui Conuẽtus vel Prouintiæ; retinere bona ſtabilia. ſ. fundos, prædia, vineas, domos locatitias & illis ſimilia vt dictum eſt. Imo cum peruenerint ad eorum prouincias, omnem adhibeãt conatum, vt prædicta redigantur in commune, Et ſi ſcripturæ ſeu contractus vel reſtipulationũ formulæ, nomina vnius vel alterius religioſi contineant, dilutis & ob literatis eorum nominibus, conficiantur nomine vniuerſitatis Conuentuum.

Bonorum autem mobilium vſus poterit a ſuperioribus permitti hoc modo. Vt. ſ. in regulariũ ſuppellectili nihil ſit ſuperfluum, nihilq; quod ſit neceſſarium denegetur. Nouerint religioſi noſtræ dictam ſuppellectilem non eſſe illis propriam, ſed tãtum eorũ vſui conceſſam ex bonis communitatis.

Præcæteris animaduertant Reuerendi Prouinciales & priores, Conuentuum tenuitatem & egeſtatem habebuntq; rationem ſeniorum, infirmorũ valetudinariorumq; & ſimilium, ne ex Conuentus paupertate fratres inopia deficiant & peſtituantur Itaq; vt fieri poterit, permittatur cũ benedictione. Religionis eos poſſe ſuis neceſſitatibus opitulari, aut cõſanguineorũ ſuorũ munere, aut beneuolorũ charitate. Nã cum vſus ſuperfluitas prohibetur, eius in neceſſitate moderamen non abraditur

Non eſt ambigendum, ſi cõuentus inſtituti Carmelitici poſſent ſuppetias præbere congruentes, omnes ad normam ſtatutorum (vt vocant) riguro

ſam, promptè ſuum animum eſſe flexuros, ſed ob neceſſitates ingruentes, citra Sacri Canonis derogationem, imo ex eodem Concilio declarationem ea ſic ampleCtenda eſſe exiſtimarunt reuerendi Magiſtri Diffinitores.

Taxas, nuper pro expenſis Reuerendiſſimi patris, in Comitijs Generalibus conſtitutas & ordinatas ob calamitates quas ſubierunt, Prouinciæ Franciæ hæreticorum pernicioſa iniuria, ſoluēdas omnino eſſe duxerunt.

Eam verò ſolutionem Sanxerunt faciendā in vrbe Reuerendiſſimo Patri ordinis, vel eius agenti, ſine vlla diminutione pecuniarum, ſingulis annis ſub feſto Pentecoſtes. Ita vt quod ſoluendum erit, eidē tradatur, libere, ſine vlla cōtrouerſia, & integre.

DE REFORMATIONE.

Non ſolum nomine, ſed etiam re cauendum eſt a ꝓprietatis vitio. Nullus itaq; deferat loculos ſeu marſupium a zona pendens. Non vtantur laicorū ſermone dicentes, habeo tot vel tot ſcuta. Non in ſuis controuerſijs ſeu concertationibus dicāt. Tantam vel tantam pecuniam deponere me non pigebit. Nam fratres noſtri omni depoſita mercatura, omni induſtria cuiuſuis lucri, ſermonem ſuum cōpeſcant, et in cunctis eorum dictis & actis, quæ proprietatem præſeferunt, regulentur. Et qui ſecus egiſſe deprehenſus fuerit, & iure conuictus, etiam nō confeſſus, carceri mancipetur per ſex mēſes, & priuetur omnibus bonis religionis, quibus vtebatur non ad neceſſitatem opitulandam, ſed ad commoditatem honeſtandam.

Quoniā Carmelitica Religio ſemper bona monaſteriorum omnibus communiter diſtribuit, &

ſemper

ſemper profeſſa fuit vitam in communi, impiũ fo ret ſuſtinere aliquos ſuæ profeſſionis præuaricatores, circa ea quæ dictæ communitati aduerſarẽtur. Prohibetur itaq; omnium rerum vſus, quẽ ſuperior Conuentus vel Prouinciæ non probauerit. Cõcludatur itaq; in arca depoſiti quantum pecuniæ fratres noſtri vel lectionibus, vel prædicationibus acquiſiuerint, vel eis quouismodo donatum fuerit. Sed habeatur ratio eorum qui vel dignitatibus vel doctrinis, vel aliquo decore præfulgent. Vbi enim hominum habetur ratio promiſcua, perit ordo & exurgit confuſio. Et qui virtutibus non ſunt pares paribus etiam premijs afficiendi nõ veniunt, vt qui eas acquiſiuerunt in ſuis neceſſitatibus nõ defraudentur.

In ſupellectili & ornatu cubiculorum nõ appareat vanitas, ſed vt conformis paupertati quã profeſſi ſunt regulares noſtri ordinis.

In Conuentibus magnis conſtruantur Nouitiatus, & qui iam ſunt constructi reformentur. Nouitij non recipiantur niſi expleuerint duodecimum annum. Caueant tamen ne ſint illegitimi, neq; orti ex infamibus parentibus, & non impediãtur a diſciplinarum ſtudijs, ſicut eorum indoles popoſcerit neq; ad profeſſionem admittantur, niſi ſciuerint legere, canere, decẽter loqui latine, & niſi attigerint annum decimum ſeptimum. Et cum recipiũtur ad nouitiatũ diligenter examinentur an inuité Religionẽ ingrediantur, & ſi inuenerint ipſos coactos aut ſeductos: nullo pacto recipiant, ſub pœna priuationis ab officio & gradu ſecus agenti infligẽda & ſub eadem pœna, a parentibus vel propinquis aut curatoribus quicquã non recipiatur, excepto victu & veſtitu.

Si cōditionibus ſuperius dictis caruerint, qui volent profeſſionem ſolemnem emittere, non vt clerici, ſed vt cōuerſi vel ſemifratres admitti poterūt vt inſeruiant Conuentus, abraſa tamen corona capillorum, quam antea (vt clerici) geſſerant.

Penſandum eſt quoq; et præ oculis habendum, ne qui fuerant recepti in ordine vt eſſent laici, vnquam vt Clerici recipiantur, ſub pœna priuationis loci & vocis Priorum & eorum qui ab hoc Decreto abhorruerint, neq; poterit ſuper hoc diſpenſari per capitulum Prouinciale, ſine licentia Reuerendiſſimi patris Ordinis.

De monialibus, hæc inuiolabiliter ſeruanda præceperunt Reuerendi Diffinitores. Nullam virginē coactam vel ſeductam recipiendam eſſe ad clauſtra monaſterij: neq; habitu induendum niſi fuerit maior duodecim annis, & ī eius receptione, ante profeſſionem (excepto victu & veſtitu) nihil á parentibus ab alijs recipiatur, vt docet ſacroſan. Synodus.

Moniales item ante decimum ſextum annū cōpletum, profeſſionem non faciant, que tamen per annum poſt receptionem habitus in probatione ſteterint, & antequam profeſſionem emittāt, teneatur præfecta monaſterio, Epiſcopum ante mētem certiorem facere, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & ad profeſſionem emittendam non cogantur, ſed earum libera voluntas & deuotio conſpiciatur. Decernentes ipſas ſanctimoniales vitam communem ſeruare, vt ſuperius dictum eſt de viris regularibus, omni vitio ꝓprietatis penitus abdicato & excluſo.

In electione Priorissarum & aliorum officiorū, ad feneſtellam accipiantur vota eligentiū ſecreto, dictarū eligentium nominibus non publicatis ſed tantū electarum, alioquin electiones ſint irritæ & nullæ.

nullæ. Addentes de cætero hūc mod um electionis tam prædictarū Priorissarum, quā Prouintialiū & aliorum de quibus fit mentio in Decretis sacri Cō cilij, seruari debere sub pœna superius expressa.

Nemo fratrum aut Sanctimonialium possit testamento relinquere Cameras suas, quacunq; industria sua instructas & ornatas. Cameræ autē ita distribuantur in Conuētibus solemnibus, vt habeatur ratio primariorum, graduatorum, & qui alias fuerunt Prouinciales suæ Prouinciæ. Nam in quauis familia nedum Repub. ordo & graduum diuersitas apparet, & extat.

Nemo sit Prouincialis in posterum, nisi sit Doctor vel præsentatus in Theologia, & simul sit probatæ vitæ. Si tamen contingeret Prouinciā aliquā esse Magistrorum expertem, cōceditur posse eligi Magistrum alienæ Prouinciæ. Nam apostolus docuit Episcopum oportere doctorem esse, & hoc etiam Prouincialibus congruere est æquum & honestum cum ipsi reuera sint ouium pastores. Sint autem doctores vel præsentati, qui saltem tēpore Quadragesimæ munus prædicationis, vel apud nobiles absoluerint.

Prouincialatuū & Prioratuum perpetuitas omnino abraditur (vt superius dictum fuit) nisi ex cōsensu Reuerendissimi patris ordinis, petente Prouincia in perpetuum priorem subrogaretur, ob eā causam quod Conuentum illum a principibus, a nobilibus, vel ab alijs, suis prædicationibus, vel vitæ sanctimonia obtinuerit, impetrauerit & in ea perseuerauerit, vel eius prædicationibus & industria notabiliter Conuentum in meliorem faciem redegerit

Et qui fuerit loci illius perpetuus administrator tenetur vitam regularē exequi. R. Prouinciali (sicut

 et cæ

& cæteri Priores Prouinciæ) obedire: recepta & exposita in libros rationum referre,& in capitulo Prouinciæ suæ,administrationis modũ præsentare cum ipse non dominus,non possessor,sed tantum administrator constituatur ad conuentũ illũ, suis exemplis & optimis moribus & regulari cõsuetudine augendum, amplificandum & aptandum, in Dei cultum & obsequiũ:quo plures nostri instituti regulares,Deo crebras valeãt persoluere laudes

Prouinciales in futurum absoluto triẽnio nõ reeligatur, nisi vbi cõtraria cõsuetudo inoleuerit. Placuit tamen Reuerendo Diffinitorio,Reuerendissimum Patrẽ ordinis super hoc,iuxta tẽporis varietates & rerũ, occasionumq; necessitates posse dispensare.

Electiones Prouincialium, fiant (vt etiam dictum est) iuxta modum quo facta fuit electio Reuerendissimi Patris ordinis, dicente Decreto sacrosancti Concilij; Electiones fieri debere per vota secreta, non publicatis nominibus eligentium. Primo debet præsidens iuramento obstringi, de non reuelandis nominibus eligẽtium:& recipiens vota,scribat hoc modo. ELIGITVR TALIS IN PROVINCIALEM. Quo scripto eligens eam plicet & reponat in pixide, & omnibus expeditis,non præsidens, sed qui cum eo assident, vel vnus ex eis,eligat scripta,& qui plures habuerit voces,vel habuerit quæ in constitutionibus declarantur,ille sit Prouincialis.

De Prioribus localibus, ordinatur,non posse aliquem eligi in Priorẽ,nisi Prouinciali fuerit præsentatus sicut nec aliquis in Prouincialẽ,nisi prius Reuerendissimo Patri ordinis præsentatus fuerit. Debent quidem præsentari plures,vt ex illis,supe-

rioris

rioris iudicio, præstantiores remaneant eligendi.

Priores qui solent eligi à capitulo conuentua li, non eligantur in capitulo prouinciali: Imo Conuentus, gaudeant suâ libertate religiosa. Cæteri vero Priores, quos nõ cõsueuerunt conuẽtus eligere ordinentur & instruantur a capitulo Prouinciali.

Reuerendi Prouinciales non possint remouere á conuentibus suæ Prouinciæ infra annum, fratres, nisi ob eorum demerita, quibus (iuxta statuta ordinis) merito possint amoueri, & eo casu nõ poterunt Prouinciales alios fratres supponere vel instituere in ipsis cõuentibus, gratia electionis faciẽdæ. Si vero opus fuerit vt mittãtur alij fratres in dictis cõuentibus, illi poterũt eligere Priorẽ loci vnde discesserũt, & nõ Priorẽ loci quo peruenerunt.

Prouinciales non congregent ad libitũ fratres pro capitulo celebrãdo, sed tantum tẽporibus statutis, neq; ad libitũ Taxas decernant, sed consulto capitulo Prouinciali cuius sentẽtia debebit audiri.

Caueãt superiores ne facile eorum inferiores excõmunicationis pœna afficiant, sed ante censuris & pœnis in statutis expressis, aggrauent, ita vt excõmunicatio (vt sacrum docet Concilium) ad grauiora crimina reseruetur: & eam pœnam criminibus obstricti magis extimescant.

Si in eligẽdo Prouinciales vel priores, subortæ fuerint cõtẽtiones inter fratres, tã Gremiales quã nõ gremiales, vt ex eorũ dissensionibus vel rumor peruenerit ad aures laicorũ, Principũ, Noblilium, vel Prelatorũ, & aliquo prætextu defensionis aut patrocinij, aut fauoris tentauerint vni prodesse & alteri obesse, mandant Reuerendi Magistri Diffinitores, eos qui fuerũt in causa, ꝓtinus carceribus mancipiãdos vsq; ad capitulum Generale, nisi per

Patrem ordinis cum eo vel eis misericorditer fue rit dispensatum.

Recurrētes item ad laicos, vel ad Clericos, etiā ad Prælatos vel ad Principes pro impetrandis offi cijs in ordine, vel fratuum acta prædictis reuelaue rint, in compedibus detineantur per mēsem, bis in hebdomada ieiunent in pane & aqua, & ijsdē duo bus diebus humeris denudatis disciplinam in capi tulo seu refectorio humiliter suscipiant.

Nullus in posterum eligatur in Priorem qui sit progenitus ex parentibus infamibus, Priores item non sint neq; spurij, neq; fratres qui ter aut quater apostatauerint ab ordine,

Seruata consuetudine præsentandi Magistros eli gendos in Prouinciales, Reuerendissimo Patri or dinis possint Prouincialem suum eligere. Quo ele cto, statim sit Prouincialis electus & confirmatus, possitq; suum officium exercere, si tamen ante ele ctionem iuxta antiquam ordinis consuetudinē, de signauerint collectas ordinarias Prouinciæ, nec nō confirmationis dicti officij. Quod quidem prouin cijs non parum conducet, & dignitas Patris ordi nis conseruabitur.

Omnes reuerendi Magistri nostri Prouinciales, qui post Comitia generalia in suo officio perseue rauerint, vocentur, & reuera sint reformatores bo norū morū: & vltra reformationē faciendam, sicut Decreta Sanctorum patrum mādarunt, eam indu cant, quæ à statutis ordinis fuit constabilita.

Prohibuerunt ne recipiātur fratres professi alia rū religionū, neq; vnum, prouincialē suscipere fra trem seu fratres aliarum Prouinciarum sine dimis sorijs sui prouincialis. Et si qua charitate ducti quē piam receperint, statim scribant Reuerendissimo

patri

patri ordinis, dicti fratris discessis causam significãtes. Et sicut pater ordinis responderit, ita executioni demandetur.

Non appareant Camisiæ fratrũ nostrorum neq; in manicis neq; in collo: nisi fuerint laneæ. Caueat etiam ne vtantur indumentis mere secularium & laicorum. Si quis verò fuerit ausus huic statuto obuenire: priuetur camisijs & statim Christi pauperibus erogentur, sintq; priuati gratia religionis, quæ ob necessitatem tolerat camisias lineas perferri. Decet.n. indumenta apta esse regulari habitu conformia, & vbi commodè fieri poterit, fratres nostri subucculis seu camisijs laneis vtantur.

In posterũ Patres honoris constituantur ad normam Decreti reuerendissimi patris Nicolai Audectij Generalis proxime defuncti, cum illud Sanctissimum decretum, laudatissimas conditiones referat & enarret. Quorum patrũ locus sit post Baccalaureos formatos in suis conuentibus degentes. Baccalaurei autem formati, tales sint, quales explicantur à statutis ordinis.

Si qui fuerint patres senio confecti, & in ordine per Quadraginta annos perseuerauerint, teneãt locum professionis suæ: qui tamẽ à quatuor patribus Conuentus: si excesserint trigesimum quintũ annũ præcedantur, neq; vllus possit ad eorum quatuor numerum accedere, sine licẽtia patri ordinis, licet vnus ex illis obiret.

Notum sit omnibus fratribus religionis nostræ, nunquã ipsam Conuentualitatis nomine (vt vulgo nomen illud interpretantur) laborasse. Corpus qui dẽ dictæ religionis fuit semper in viridi obseruãtia quãuis nõnulli ex religiosis illius interdũdefecerit

Semper.n. sub vnius capitis obedientia, semper in com

in cõmuni refectorio, semper sub cõmuni participatione(quamuis paupertime)vixit. De cætero itaque fratres nostri, se conuentuales esse minime fateantur,sed de Obseruantia Prouinciarum,vt protestati & obtestari fuerunt omnes Reuerendi Magistri prouinciales tum Fräciæ,tum Hispaniarum: vt etiam ex indultis plerorumq; summorum Pontificum,& præsertim Clementis Septimi,latissime constat. Et qui huic decreto fuerit inobediens,perinde ac mordax & maledicus puniatur.

Non liceat Prouincialibus seu deputatis ingredi monasteria sanctimonialium,nisi vrgente necessitate seu pro visitatione facienda,iuxta vetustam consuetudinem & ritum instituti Carmelitici: prohibente etiam sacro Concilio, id faciendum esse, vt apertè constat.

Definiuerüt Reuerendi Gremiales,in eligẽdis Prouincialibus & Prioribus,nõ immorandũ, non inspiciendũ esse,an aliquis sit professione vel dignitate antiquior,sed ad probirarẽ morũ, ad vitæ honestatem,& ad disciplinæ doctrinæq; perfectionẽ, excellentioremq; præstantiã.Homines quidẽ non sunt æstimãdi á vetustate,vel ab alio temporis curriculo,sicut ea quæ humanis vsibus consumuntur, sed magis à virtutum & probitatis excellentia.

Dum in Prouincijs cognouerint fratres nostri defectu Prouincialium,mores & regularem vitam labi,deijci, & eliminari: & adiuerint quosuis superiores sæculares,vel Ecclesiasticos,prætermisso & posthabito iudicio Reuerendissimi Patris ordinis,vel saltẽ literis cõmunibus ei non significauerint mala & turpitudines orras,vel quæ possẽt oriri,puniantur pœna prætaxata in Capite de recurrentibus ad sæculares seu ad Principes.&c.

Pro

ProVestuarijs fratrū non dentur pecuniæ,sed panni,vel alia,quibus indui possunt : neque fraudibus circumueniantur. Debent enim victum & vestitum habere,& illis esse contenti.

Si post duos annos à celebratione præsenrium Comitiorum,Pater ordinis non perueneerit ad regna Hispaniæ,vel non arripuerit iter pro illis inuisendis,conceditur quinq; prouincijs Hispaniarum, vt ab eis eligatur vnus Vicarius generalis, qui sit Magister & integerrimæ vitæ: & electus duret per triennium,atq; reformationes ab inc factas examinet,& à faciendis non desistat.

Dictus Vicarius habebit potestatem in Prouinciales,& eisdem Prouincialiū facultatibus vti poterit.Poterit etiam dictos Prouinciales ex eorum demeritis , priuare officijs suis , omnes nepharios & scandalosos corrigere:studentes promouere,& promotos in collegijs reponere nec quicquam vlterius:Seruatis tamen omnibus Prouinciarum iuribus,& religionis:Cui pro victu vestitu,atq; itinere omnes Prouinciæ prospiciant.

Vtq; in ista electione sit modus,oēs Prouinciales præsentabunt duos Magistros in Theologia omni exceptione maiores suarū Prouinciarū:quorum Magistrorū vnū vel ambos recipiet Reuerendissimus pater ordinis,ex eisq; quos acceptauerit, vnum eligere studebunt votis secretis,vt dictū est.

Et ne expēsæ sint magnæ &immoderatæ,nomina quinq; Prouintiarū in vasculo vno reponentur à procuratoribus Prouinciarum missis,ad vnā illarum Prouinciarum cōmodiorem : deinde vna extraharur schæda:&quæ nominabitur Prouincia,in illa fiet electio Vicarij Generalis.In qua electione habebunt locum & vocem Reuerendi Prouinciales,

les, Priores, Magistri, Socij Priorum, Procuratores missi, & Prouinciales Prouinciarum poterunt, sub sigillo eligere vnum ex præsentatis, sed illi priores solummodo eligant, qui socium habebunt, & non alij. Absit & procul pellatur omnis subornationis specimē & suspitio: ne dum subornatio, sub pœna inhabilitationis ad gradus, ad officia, ad dignitates perpetuó.

Quam primum electus fuerit, exerceat officiū suū & infra octo menses, vel vnius anni spatium, teneatur habere confirmationem à reuerēdissimo patre ordinis, nihil soluendo,

Huius Vicariatus Generalis, dignitate (que durabit ad triennium solummodo, vt dictum est) reuerendus Vicarius Generalis modestia, charitate, & dexteritate vtetur, citra dispendium & iacturā regularis obseruantiæ, non obliuiscetur tamē in tertio anno significare Reuerendissimo patri ordinis, vt sua Paternitas velit, vel electum Vicarium confirmare: vel alium eligēdū decernere, & citra illius nutum & dispositionem, si alius electus fuerit, electio improba sit & inanis.

Nemo in posterum audebit petere cōfirmationes gratiarum & officiorū à superioribus ordinis concessarum, & a sacrosanctasede Apostolica, sine licentia reuerendissimi patris Generalis.

Compertissimum est quidem, quicquid religio nostra concedit, auctoritate dictæ sanctæ sedis apostolicæ fulram & nixam, cōcedere & donare, & plerumq; experta fuit nostra religio, confirmationum prætexru, fratres se eximere ab obedientia professionis suæ debita, & pacem ac tranquilitatem religiosam deturbare, quas cōfirmationes sanctissimas esse credimus.

Quam

Quam perniciosum sit scãdalum, Iesus Christus dominus noster (vt in Euangelio habetur) explicatè docuit, ad quod euitandum nos satagere oportet. Ergo si euenerit Prouinciales ad curiam Regiã, vel Episcopalem, seu aliorum iudicium secularium inter se controuertere, seu permiserint fratribus potestatem eligendi iudicem secularem per Nuntium Apostolicũ, vt lites suas in alios fratres pertractẽt illicò sint priuati officio suo, omni gradu & dignitate, simulq; voce actiua & passiua ad nouẽ annos. Et quoniã vbi nõ est ordo omnia tumultuarie fiũt & perfunctorie, dissensionesq; & odia quã plurima suboriuntur, decreuerunt reuerendi Magistri Diffinitores, in capitulo Generali omnes socios Prouincialium habere locum immediate post Prouinciale̅m, omnibus in locis, tametsi adessent antiquiores Magistri.

In Capitulo Prouinciali socij Prouincialium habebunt locum post Priores Prouinciæ. De socijs vero Reuerendissimi patris dum visitauerit, teneant locum iuxta consuetudinem antiquam Carmelitanæ Reipublicæ.

In prouincijs Vltramontanis & Vltramarinis, dum celebrantur eorum comitia, seruetur illorum consuetudo. Sed in Comitijs Italicis, Magistri in Theologia præcedant Priores qualescunq; & vbicunq; fuerint (si tamen non erunt Magistri) Et dicti Priores in electionibus faciendis & in cæteris actibus Comitiorum, ordinem antiquitatis Conuẽtuum teneant & possideant. Decreuerunt tamen, Capituli Prouincialis Diffinitores, quamdiu durauerit Capitulum, omnibus Magistris prœstare, atq; tenere superiorem locum.

Priores locales extra Conuentũ suum, habebũt solum-

ſolummodo locum ſuæ profeſſionis.

Ordinauerunt omnes Magiſtros in Theologia: qui hactenus laurea fuerunt decorati, & legitimè aſſumpti ad eam dignitatem, habere locum & vocem in Comitijs Prouincialibus actiuã & paſſiuã niſi merito aliunde priuentur.

Reuerendi Magiſtri noſtri Prouinciales in ſuis Viſitationibus, tantũ vnũ ſociũ accipiẽt, & illũ eligent ad nutũ ſuum et arbitratũ, modo nõ ſit vir infamis, & ſi acciderint plura negocia & magni ponderis in Cõuentibus ſolemnioribus pertractãda, in illo Cõuẽtu vbi opus fuerit, alterũ ſocium poterit accipere, modo non ſit Prior, vel vnus ex miniſtris

Si alicubi in portiones ſecabantur & diuidebãtur eleemoſynæ pro miſſis aut alijs diuinis officijs quod maximæ perniciosũ extat & maxime alienum ab inſtituto Carmelitico, in poſterum nõ diuidantur, ſub Pœna carceris per annum faciẽtibus, conſentientibus & recipientibus.

Nemo ex doctoribus Theologis ſeu Baccalaureis poterit prædicare verbũ Dei, neq; in ſuis, neq; in aliorum Eccleſijs ſine licentia Patris Generalis, & hoc quidem ſeruabitur in Italia citra Pharum, Vltra vero & in alijs Prouincijs extra Italiam licẽtiam obtinebũt (niſi a Reuerendiſſ. Patre ordinis antea obtinuerint) a ſuis Reuerẽdis Magiſtris Prouincialibus, alias puniãtur iuxta conſtitutiones de cõtumacibus, & de vſurpãtibus officia maiorum.

Nullus promoueatur ad lauream doctoratus, niſi in ſtudio curſum aſſuetum perfecerit, neq; promoueatur vllus niſi a Priore Generali.

Solum modo docti & literati & ſaltem apti ad prædicandum verbum Dei per Quadrageſimã, dicantur

cantur & sint Magistri formati, vel possint promoueri ad Magisteriũ huiusmodi & Magistros ex gratia semper præcedent.

Ab officijs diurnis temporibus festiuis nullus excipiatur nisi sit infirmus, aut cuipiam diuino muneri addictus.

Vbi sunt plures Magistri in vno monasterio, teneantur alternatim suscipere monasteriorum suæ Prouinciæ regimen, & possint compelli.

Magistri vacantes ieiuniorumtempore seu Quadragesimæ prædicationibus, si non fuerint administratione vel lectione aut infirmitate impediti infra annũ vicissim prædicent in Ecclesia diebus festiuis admissi tamen antea a Reuerendissimo ordinario.

Et qui indebite recusauerint, priuentur, exẽptionibus, quibus gaudent doctores Theologi nostri Ordinis, & suarum prædicationum vices scribat Prior in tabula communi.

Interdicitur nimia atq; importuna seculariũ familiaritas. Et qui defectus fratrũ sæcularibus reuelauerit, statĩ expellatur ab illo Cõuentu: & hoc fit ne offensiones animorum & scãdala suboriantur. Qui nõ reuelauerit bona sua mobilia & stabilia superioribus, tãquã ꝓprietarij accerbissime puniãtur

Seruetur statutum de innouandis inuentarij bonorum mobilium fratribus advsum concessis quolibet anno inter duo festa paschatis.

Innouatur caput de honestate in refectorio seruãda & de comestione in cõmuni refectorio, vbi etiã reuerẽdus Magister Prouĩcialis & magister Regẽter, aut quater in hebdomada comedere teneãtur

Prouinciales præfinita eorum Visitatione, nihil habeant a Conuentibus in quibus morã traxerint vltra id quod habetur a Reuerendo Priore pro victu

victu & sustentatione sua.

Nullus habeat tunicam in parte anteriori scissã & apertã,& in habitu & vestitu sit vniformitas iuxta morem illius Prouinciæ,alioquin ad villarũ cõuentus mittantur.

Et si quibus in locis cõtigetit eos prœuaricasse a statutis Religionis, quibus cauetur quod eundo & redeundo perant licentiam a Reuerẽdo Priore & extra domum non perferant crepidas,non birreta,nõ galeros more secularium,& non habeãt socios nimis iuuenes,huiusmodi statuta innouãtur & tanquã innouata decernitur inuiolabiliter obseruati.

Seruetur etiam statutũ,quo prœcipitur, fratres tantum bis in hebdomada posse exire a Conuentu nisi fuerit aliqua vrgens necessitas,quæ a Priore dignoscenda relinquitur. Et dictus Prior ad libitum socios assignabit.

Innouatur de silentio statutum quod antiquitus in nostro sacro ordine fuit institutum.

Notorijs enormibus & maximi momenti vitijs conuicti & condemnati, ad ordinis prælaturas nõ assumantur,nisi cum eis a superioribus qui eos cõdemnarunt,fuerit dispensatum.

Nihil alienerur, nec quicquã bonorum stabiliũ oppigneretut aut obligetur,inconsulto Reuerẽdo Prouinciali.

Qui sunt apti ad professionem & nolunt emittere,statim expellantur a Conuentu.

Omnes fratres,tã Prouinciarum quam Congregationũ professionẽ solemnẽ emittẽtes,immediate,& sub ꝓprio nomine Prioris Generalis Vniuersi ordinis siue absentis siue præsentis profiteantur,in virtute.S.obedientiæ,& sub pœna excõmunicationis latæ sentenciæ, iuxta indultũ Clemẽtis septimi

Nullus

Nullus Prælatus religionis nostræ suæ prouīciarum siue Congregationū, Vicarius Generalis appelletur, nisi a Reuerendissimo patre ordinis dignitate fuerit insignitus, sub pœna in diplomate Pauli Tertij expressa, qui iubet Vicariū congregationis huius vel illius conscribi.

Nemo item se Vicarium regularis obseruantiæ simpliciter & cōmuniter nominare præsumat, nisi addatur Cōgregationis nomē propriū, cū vniuersus ordo noster Carmeliticus, literis apostolicis, ad nomē & ad veritatē regularis obseruātiæ fuerit adstrictus. Et hæc de Cōgregationibus dicta sint, nisi hactenus aliter literis apostolicis decretū fuerit.

Quoniam actoritate summi pōtificis celebratur in regno Valētiæ feria quarta post octauam Visitationis officium de Sanguine Christi. Idem officium in nostro sacro ordine celebrandum præcipimus & mandamus.

Statuta demū hotū Generaliū Comitiorū totaliter reformatos cōcernētia, etiam ad normā Concilij, omnes Carmelitæ tā prouinciarū quā Congregationū quales quales fuerint suscipiant, admittāt, & obseruent. Idemq; exequantur circa antiquū ordinarium, ceremonias & ritus nostros præuetustos atq; omnes Priores Conuētuum Hospitalitatē sectentur: & itinerātes nostros recipiant, & ex charitate necessaria eis suppeditent, & conferant.

Cum reuocatæ fuerint functiones Prioratū perpetuæ, & nonnullæ ob vrgentissimas causas a reuerēn. Diffinitorio fuerint confirmatæ, easdem approbat Reuerendissi. Pater ordinis: ea tamen conditione, vt literas apostolicas & quorumuis Principum resignent reuerendis Magistris Prouincialibus, & hoc infra spatiū vnius mēsis ab harū intimatione.

A a Quod

Quod si facere omiserint a iuribus sibi a religione concessis tanquã inobedientes et rebellescecidisse cauetur & decernitur.

Reliqua ordinis statuta, quæ pertinent ad essentiam, & substantiã vitæ regularis, innouantur, & inuiolabiliter seruari præcipitur, tam fratribus quam sanctimonialibus, cuiuscunq; gradus, aut cõditionis fuerint. Et hæc acta saltem bis in mense legantur in refectorio Vbi semper dum fratres sunt in mensa, sine interruptione, habẽda est aliqua electio sacra.

De seruandis in studiorum cætu.

Confirmauerũt omnia determinata in Capitulo Generali præterito, in capite de institutionibus studiorum, superaddiderũt tamen in posterum, nemi nem ex Baccalaureis, nisi attigerit trigesimum annum, vel circa, posse doctoratus laurea insigniri, quantacunq; fulserit doctrina.

Deleuerunt præterea determinatum tempus de gradibus cõcedendis et cõdonandis quod de bien nio in biennium ad vlteriores gradus quis debeat promoueri. Poterit enim esse, vt quis maneant in lectoratu septẽ aut octo annos, & alius absoluto cursu, statim ornetur Baccalaureatus gradu præstãtiori, nõ quidẽ tẽpore, non labore in euoluendis libris, sed doctrina & sapientia homo coronandus venit & laureandus, & ideo si fiet iniuria diuturnitati, veritati & doctrinæ honor exhibebitur.

Si euenerit vt aliqui studẽtes, in studio permãserint ad trienniũ, & fructus bone spei nõ protulerit statim sint priuati, & nũc priuantur taxa sui Conuẽtus cõsueta, imo nunc esse priuatos decernitur, &

a reue

a reuerēdis prouinc alibus exequendū præcipitur

Studentes ita diſponātur, vt à prandio diſputēt doctores & ſollertiores, a cæna vero diſputabūt il li qui erunt inferioris claſſis, vt omnes ſua diligentia ab eorum iuuentute doctrinam excipiant.

Omnes Curſores, qui vſq; in hanc horā non ſtuduerunt in Theologiæ ſint priuati Curſora tu ſuo, & ſciant Curſores non eſſe graduatos, & inter ſe debēt tenere gradū ſuæ profeſſionis, Imo ſi quis ex inferioribus ſtudētibus prius fuiſſet ꝓfeſſus, in choro refectorio, & proceſſionibus, locū ſuæ profeſſionis obtinebit. Quanquā in his quæ pertinēt ad ſtudium, Curſores in cunctis debeant illis præſidere.

Studentes non poſſint expelli a Cōuentibus in quibus ſtudent, ſine licentia Reuerendiſſimi patris ordinis, & niſi pater Reuerēdiſſimus aliter ordinauerit. Si vero irreligioſe & inhoneſte ſe geſſerint, corrigantur á Prioribus Conuentuum vbi morantur, iuxta noſtri ordinis inſtituta

Studentes vltra ſeptem annos, quibus permanſerint in ſtudijs non recipient emolumenta ſeu taxatas à ſuis conuentibus.

Studētes in noſtro cæleberrimo Cōuentu colōnienſi degētes potiātur & fruantur omnibus gratijs, & immunitatibus, quibus & aliarū vniuerſitatū doctrinis & theologiæ incūbentes vtūtur et gaudēt, ꝓmotiones vero ad gradus tenētur ſicut & ceteri obtinere a reuerēdiſſimo patre gen̄rali ordinis

Non promoueantur ſtudentes ad ſtudia, niſi optimam Grammatices habuerint notitiam: quorum promotiones pertinent ad capitula Prouincialia; vel ad conuētus ſolennes.

Promotiones hactenus ſine licētia reuerēdiſſimi patris ordinis factæ, ad gradus theologicos: quibus

ſolent inſigniri Carmelitæ omnes, tam Prouinciarum quam congregationis Albienſis a dicto diffini torio caſſantur & annullantur,& nullas, ac irritas eſſe Patres decreuerunt. Statuentes ne in poſterũ quis id facere præſumat,ſub pœna grauiſſima ad an num infligenda.

In omnibus Conuentibus primarijs,cuiuſcunq; Prouinciæ in quibus exiſtũt religioſi bonæ intelli gentiæ,& idonei,vnus ex illis quotidie legat caſus conſcientiæ,& omnes fratres noſtri illius conuentus non eruditi,compellantur ire ad lectionem au diendam,ad quam ſi ſe non receperint, priuentur vſu confeſſionum audiendarum.

Regentes vtantur ſua diligentia, & nõ deſiſtant a lectionibus,& benigne ſtudentes inſtruãt doctrinis,hortẽtur ad bonos mores, & ad lectiones atq; literarios congreſſus aſſidue compellant.

De reſolutionibus difficultatum atq; ambiguitatum,quæ propoſitæ fuerunt in hoc Capitulo Generali.

De Sacroſancti Concilij Decretis, præfinitum fuit, illa debere omninó ſeruari, quorũ executio demã data fuit Reuerendis Magiſtris Prouincialibus, & reformatores conſtituti fuerunt in ſuis prouincijs.

De Veſtiarijs,definitum fuit non eſſe ennumerã dam pecuniam,ſed fratres accedant cum procura tore ſeu expenditore,& videant ennumerare pecu niam,pro rebus ad eos induendos emendis.

De Priuilegijs,quod Mare magnum dicitur,& đ bulla ſabatina confirmandis,decreuerunt reueren di Diffinitores: petendam eſſe confirmationem,&

ẹxpedi

expediẽdam esse, deinde omnia simul typis cudenda, sumptibus religionis pro vtroq; negotio.

De forma supplementi in celebratione missarũ tam pro viuis quã pro defunctis, cũ ex Cõcilio facultas detur Reuerẽdissimo Patri ordinis, decretum fuit propter multitudinẽ missarũ, quibus fieri satis haudquaquã potest, vt singulo mẽse fratres in quocũq; Cõuetu duas missas solẽnes cantent, vnã pro viuis, alteram pro defunctis, & singulis diebus cõmemorationem facere, & orate pro ijs à quibus eleemosynas acceperunt, teneantur.

De Vniformitate Indumentorum, seu de coloris vniformitate apud vniuersos ordinis religiosos definierunt, suppliciter petendum à Sãctissimo D. N. vt omnes vniformiter vestiantur, & eã vniformitatem teneantur & cogantur accipere fratres congregationis Mantuanæ. Et ante summi Pontificis concessionem, nemo ex nostris Italis, præter siculos, audeat habitum nigrum induere, sub pœna priuationis loci & vocis, dignitatis & gradus, & indumentorum: & qui nigras confecerũt vestes seu tunicas, non perseuerent sub eisdem pœnis.

De õuentu Vallisoletano. Cõfirmauerunt patentes reuerẽdi Magistri Ambrosij, de Priorata cõuentus Vallisoleti, hoc modo. Vt modernus Prior compleat triẽnium suũ, quo expleto R. Magister Ambrosius præfatus, sit Prior dicti Conuẽtus &c. & omnes Diffinitores in eã venerunt sententiam, vt patentes Reuerendissimi Patris Generalis Nicolai Audectij nõ debeãt infringi, sed in suo robore permanere. Et Reuerẽdissimus Pater ordinis excogitauit, iudicauit, voluit, & vult, cum visitabit Prouincias Hispaniarũ, se recipere ad confines Galliæ & Hispaniarũ, vt sit in eius comitatu, & vult ipsum

habere vnum ex socijs in sua visitatione.

Deliberarũt,inspecto libro Religionis oĩ diligẽtia Prouinciã Apuliæ,præcedere Prouinciã Bethicæ.

Cõfirmauerunt affiliationes omniũ fratruum qui fuerunt recepti in Prouincia Bethicæ:& in ea manere tanquam filios veros & legitimos definie runt. Volentes vt omnibus gratijs,immunitatibus & priuilegijs poriantur,quibus gaudent & potiun tur reliqui filij natiui illius Prouinciæ: neque inde possint expelli sed tantum sicut exegerint demeri ta,quæ interdum cõmitterent & admitterent.

Concesserunt R. Præsentato Ioanni de Mora & confirmauerũt,vt sit filius perpetuus conuẽtus Hyspalensis, & habeat vocẽ actiuam & passiuam.

Concesserunt Reuerendo Magistro Melchiori Lusitano Prioratũ sanctæ Luciæ de Alchala per sexennium immediate sequẽs, si bene vixerit.Quo tempore elapso(nisi Reuerendissimus Pater,ob eius merita & vitam religiosam protraxerit) alius Prior dicti loci eligatur.

Conceditur Reuerendis Sanctimonialibus sanctæ incarnationis Valentiæ, vt in Aurora possint matutinas celebrare.

Concesserunt Conueutui Cremonensi, vt det & concedat Reuerendo Magistro Gaspari Bernerio,quædam pro senectute sua sustinenda.

Ordinauerunt in conuẽtu nostro Pausilipi Reuerendum Magistrũ nostrum Ioãnem Antonium Darium,Priorem,Rectorẽ,Administratorem, Vicarium generalem, Reuerendissimo Patris ordinis immediate subiectum eius vita durãte:ob sua merita& ,ob vtilitatem dicti Conuentus.

S. INQVIS. VNIVER. ROmanæ Decretum.

Intimatur

Intimatur vniuerso ordini Carmelitico, Decretum Sāctissimæ vniuersalis Inquisitionis Romanæ circa confessiones audiendas, quod inuiolabiliter seruandum præcipitur. Et si Prouinciales vel Priores permiserint, aliquem illi Sanctissimo Decreto contraire, statim priuentur gradibus & officijs suis atq; pro fautoribus hæreticorum habeantur. Præcipitur itaq; nomine Illustrissimorum & Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium Sanctæ Inquisitionis Vniuersalis Romanæ, vt nullus qui abiurauerit & alias hæreticus fuerit, possit audire cōfessiones tam secularium, quam regulariū. Quamuis obtinuerint gratiā pro confessionibus audiendis, & in futurum poterit obtinere. Verumtamen qui habent gratiam vt possint audire crimina fratrum nostri ordinis, illa, de benignitate dictorum Illustrissimorum Dominorū vti poterunt, & illam exequi. Hoc idem obseruandum præcipitur fratribus congregationis Albiēsis & Mantuanæ. Et qui oppositum facere tētauerint, tanquā inobediētes puniantur, & sacrarissimo Inquisitionis officio statim denuntiētur. Et qui sciuerint hoc præceptum eos transgressos fuisse, & dicto officio non reuelauerint, eandem pœnam incurrant & subeant.

Cum his tēporibus maxime inuigilandū sit omnes Carmelitas nostros se cōtineri intra limites Sāctæ matris ecclesiæ Romanæ, oīumq; hæresis suspitionē ab eis propelli & abesse procul, mandauerunt R. Magistri Diffinitores, omnibus Prioribus Prouincialibus & localibus sub pœna depositionis ab eorum officijs & excōmunicationis latæ sententiæ vt improuiso & dum eis videbitur, visitent cameras & libros fratrum euoluant & si (quod absit) libros ab indice prohibitos inuenerint, statim

frater ille, qui eo vtebatur libro vel libris carceri mācipetur,& coñsulat Reuerēdū Inquisitorē quo eā causā dicti fratris tractet & absoluat. Si vero dictus Inquisitor solus iudicare vellet,frater carceri māciparus,dicto reuerēdo Inquisitori assignetur.

Si quis nouerit & certo sciuerit aliquem fratrem declinasse fide catholica,vel ipsum aliqua hæresis suspicione laborare, denūciet ipsum fratrem Reuerendo Priori,qui diligenter & maturé verita rem perquirat,& ea cognita si ea labe conspersum fuisse perceperit,eadem seruet quæ in superiori decreto fuerunt instituta.

Qui calumniam hæresis aut hæretici alicui falso inusserit,vel ira ductus aliquem hæreticum esse vel fuisse falso acclamauerit, defeceritque in probando,eas luat pœnas,quibus affligēdus esset frater ille qui tali conuicio fuerat affectus.

Si quis ex fratribus nostris alias condemnati à sancta Inquisitione effugerint & apud Lutheranos vel in locis abditis vixerint, deinde vagari audiant per vrbes, in quibus fuerint conuentus nostri,Prior tenebitur,sub pœna carceris per annum vti omni diligencia,vt capiatur,& sic captum Reuerendo Inquisitori statim assignare.

Exceptis peste, infirmitate & bello nulla prouincia excusetur,quin Reuerēdus Prouincialis ad minus cum vno socio se recipiat ad capitulum generale,vel saltem vnus eligatur qui compareat,& hoc intelligitur de Prouincijs valde remotis:quæ autem obseruare neglexerit,taxetur à Reuerendo Diffinitorio sicut ei visum fuerit.

Decretum etiam fuit Reuerēdos Priores Prouinciales & locales cum omni reuerētia & decenti modestia debere recipere literas Reuerēdissimi

patris ordinis easq; executioni demādare:qui contrarium attentauerit,intelligatur absolutus ab officio & effectus inhabilis ad illud.

Si Grauiss.& Reuerendiss. Pater ordinis obierit,& animam spirauerit inter duo festa sancti Michaelis,capitulū generale celebretur in proximiori festo Pentecostes.Si vero post festum sancti Michaelis mensis Septembris ex hac vita migrauerit differatur capituli generalis celebratio ad secundum festum Penthecostes immediate sequens.

Mortuo vel assumpto vel suspenso, vel priuato Prouinciali statim regatur prouincia à Priore Conuentus,vbi celebrandū erit capitulū sequens, si tamen ipse fuerit Magister formatus vel præsentatus:si vero tali gradu non fuerit collustratus,succedat in eam functionem primus Diffinitor præteriti Capituli,si dictis gradibus fuerit insignitus.

Absit à religiosis nostri ordinis cuiuscunq;gradus,dignitatis,& cōditionis fuerint quouis prætextu reluctari & refragari Reuerēdissimis Dominis Episcopis in ijs,quibus à sacrosancto Cōcilio obediendū esse consultū fuit:In reliquis vero, de quibus nulla fit specialis mētio a sacrosancto cōcilio vtātur priuilegijs&indultis apostolicis,quibus sēp religio Carmelitica,nixa,fulta & vallata extitit.

Cum ex Bulla Sāctissimi Domini nostri Pij Papæ Quarti cautum fuerit super Concilij decretis si ne eius auctoritate,neminē audere vllos cōmentarios,glossas,annotationes,scholia,vllūue omnino interpretationis genus,quocūq; modo ædere, aut quicquā quocunq; nomine,etiā sub prætextu maioris Decretorū corroborationis,aut executionis alionē quæsito colore,statuere sub pœna interdicti ingressus ecclesiæ prælatis,alijs vero sub excō-

municationis

muni cationis latæ sententiæ pœnis,& oẽs contro uersias ex eis decretis ortas sanctæ sedi Apostolicæ declarãdas,& decidẽdas reseruauerit Summus Pontifex:Nemo ex nostris audebit declarationes glossas,& expositiones ipsis decretis adhibere,neque aliorũ interpretationibus,quales ipsi fuerint, adhærere & assentiri,nisi ante eã facultatẽ à Sũmo Pontifice impetrasse ostenderint,& hoc quidẽ no stris inferioribus significatur, ne excõmunicationis gladio feriantur,& ne indebite obedientes,iniuriã inferant Priuilegijs Apostolicis,quæ & si partim, non tamen pœnitus fuerunt abrogata.

Vt fratres nostri sciant quid ab eis sit recipiendũ,& quid refutandũ,mãdatur,in omnibus conuẽtibus haberi duplũ siue exẽplum ad minus vnũ sacri Concilij iam excusum,tum enim poterit facile ad euitãda scandala,& ad tuendã religiosam libertatẽ locus loco,&Decretum Decreto conferri:& fratres nostri vbi opus fuerit ad obedientiã sint ꝓ pensissimi,in ijs vero,quæ a Patrum Decretis sunt aliena,&quidã se asseruerint id facere posse,quod dictis decretis nõ conceditur,ita se habeãt vt non patiantur indebite astringi & cõpelli,at magis sint parati semper sanctæ Sedis Apostolicæ, pro muni mine & libertate,autoritatem subire tutumq; habere perfugium, cum ipsa Religionis Carmeliticæ semper fuerit anchora firma.

Studeant Reuerendi Priores Prouinciales & locales in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœna depositionis ab eorum officijs, reformationem & omnia instituta in istis Comitijs Generalibus descripta inuiolabiliter, seruari reipsa sine vlla simulatione,& nullo pacto permittant neq; sustineant vt dictum est,proprietarios,& de proprietate violenter

enter suspectos quos si acriter & seuere non punierint, statim sint excõmunicati & absoluti ab eorum officijs: fratres vero de proprietate violenter suspecti si post trinã monitionẽ non cessauerint, à conuentibus expellantur, & expulsi notificentur Reuerendissimis ordinarijs.

Si quæ sunt statuta ante acta, quibus indirectè vel palliatione aliqua videatur tollerari aliqua proprietas particularis, penitus aboleantur & omnino diluta esse declarantur.

ADMONITIONES.

Recordentur omnes Reuereñ Prouinciales hortari omnes fratres suos, preces effundere crebrrimas pro Summo Pontifice, pro Regibus, pro Cardinalibus, Principibus, & pro ijs, qui sunt in sua limitate constituti, vt Deus illis adsit, eos sospitet & diu conseruet incolumes. Rogabunt item pro Christianorum concordia pro pace Ecclesiæ, vtq; præuaricatores redeant ad cor, vt tandẽ læti simul in Ecclesia cum Christo viuamus.

Non obliuiscantur precari Deum omnipotentem, beatamq; Dei genitricem & semper virginem de monte Carmelo, pro Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali Protectore nostro Carolo Borromeo & pro amplitudine huius antiquissimi, sanctissimi, obseruãtissimi Carmelitici instituti, vt sub hoc titulo viuẽtes frugiferi & omnium bonorum feraces, & diligentissimi coloni simus, depulsa omni segnitie, & ignauia, & tandem omni ex parte propagetur & illustretur, bonorum morum, exemplorum & regularis vitæ copia referciatur.

Nunquam religio Carmelitarũ ingraditudinis morbo laborauit, neq; (vt speramus) laborabit. Quare omnes persuasos iri cupimus, vt pro benefactoribus

factoribus, familiaribus, literas confraternitatis habentibus, nobis familiaritate & affinitate iunctis, tam pro viuis quam pro defunctis pijssimas preces ad Deum porrigant, dirigant, & ante conspectum eius perferri & acceptari contrito spiritu & humiliato contendant.

Præ cæteris studeãt oẽs sacrosanctæ Sedi Apostolicæ addictissimos esse, Catholicos, Religiosos amplexẽtur & promoueãt. In hæreticos vero sæuiãt, grassentur, sint acerbi, ne dũ morosi atq; seueri: & si fieri poterit, ressipiscere faciãt, qui apostata runt à fide, auersos reducãt, cõuersos, adhibitis ad hibẽdis, non despiciant, & filios catholicos magis atq; magis in deditionẽ & obsequiũ Sãctæ Romanæ Ecclesiæ firment & constabiliant, prædicantes Catholicè Euangelium omni creaturæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Capitulũ generale proximè futurũ, celebrãdũ censent & cõstituunt in ciuitate Mediolanẽsi ab hinc sexẽnium, nisi Reuerẽdiss. Pater ordinis aliter disposuerit quo ad locum & quo ad tempus.

Prorogatur autoritas Diffinitorũ ad octo dies.

SVBSCRIPTIONES REVErendissimorum Diffinitorum.

Ego Magister Nicolaus Robustus Prouincialis Terræ Sanctæ primus Diffinitor interfui & confirmo omnia suprascripta.

Ego Magister Egidius Scrinens Prouincialis Prouinciæ Siciliæ & secundus Diffinitor interfui & confirmo omnia suprascripta.

Ego Magister Ioannes Andreas Colonna Prouincialis Romanæ Prouintiæ, tertius Diffinitor interfui & confirmo omnia suprascripta.

Ego

& confirmo omnia ſupraſcripta.

Ego Magiſter Adrianus Tonnelier Prouincialis prouinciæ Franciæ et Quartus diffinitor interfui & confirmo omnia ſupraſcripta.

Ego Frater Ioãnes Stephanus Facinus Cremo-nenſis, Magiſter Theologus Prouincialis indignus Lombardiæ, & Quintus Diffinitor interfui et confirmo omnia ſupraſcripta.

Ego frater Michael Carranza, Magiſter in Theologia, & Prouincialis Aragoniæ, ac Sextus Diffinitor præſentibus interfui, omniaq; confirmo manu mea &c.

Ego Frater Franciſcus Roſtagnus Prouincialis, Prouinciæ, Theologus, & Septimus Diffinitor interfui præſentibus & omnia confirmo manu propria.

Ego Frater Vincentius Spinola de Neapoli prouincialis Tuſciæ, Doctor Theologus & Octauus diffinitor interfui & confirmo ſuperius ſcripta.

Ego frater Ioãnes Iacobus Charecatus Prouincialis prouinciæ Venetiarum Magiſter in Theologia, & Nonus Diffinitor interfui, & confirmo omnia ſupraſcripta.

Ego frater Antonius Vaiſieranus Doctor ĩ theologia, Prouincialis prouinciæ Tholoſæ et Decimus Diffinitor interfui & ꝓbo omnia ſupraſcripta

Ego Frater Angelus de Salazar Magiſter prouĩcialis Caſtellæ Vndecimus Diffinitor præſentibus interfui omniaq; manu mea confirmo.

Ego Frater Albertus de Comparato Magiſter prouincialis prouinciæ Neapolis Diffinitor Duodecimus præſens fui et confirmo quæ ſupra. &c.

Ego Frater Bartholomeus Tonſus à Maſſa Magiſter Theologus Prouincialis Romandiole & Diffinitor

nitor Decimus tertius confirmo vt supra.

Ego Frater Antonius Marinarius Magister ĩ theologia Prouincialis Apuliæ,& Diffinitor Decimus quartus interfui & approbo.

Ego Frater Gaspar Nieto Magister Theologus Prouincialis Bethicæ,& Diffinitor, Decimus quintus interfui & confirmo.

Ego Frater Angelus Ambrosianus Venetus Doctor in Theologia Primus socius Reuerendissimi patris & Diffinitor Decimus sextus interfui & confirmo omnia suprascripta.

Ego Frater Valerius Venetus secundus socius Reuerēdissimi patris et Diffinitor Decimus septimus interfui & confirmo omnia suprascripta.

Ego Frater Dominicus Laurentius Theologus Diffinitor Decimus octauus & primus socius Prouincialis Franciæ interfui & approbo.

Quia reuerēndus Magister Prouincialis Cathaloniæ ob infirmitatem Florentiæ remansit, Ego frater Io. Montanetius Theologus,socius & Diffinitor dictæ prouinciæ præsens omnibus,quæ fuerunt acta in Capitulo Generali & hic explicata recipio & confirmo,cum autem prouinciaCathaloniæ decimum septimum locum habeat inter prouincias ordinis nostri ob reuerentiam Reuerendorũ Magistrorum Prouincialium hic meam subscriptionē apposui sine prouinciæ ipsius præiudicio.

Ego Frater Angelus Angelinus Magister theologus primus socius Prouinciæ Romādiolæ,& Diffinitor Vigesimus interfui & approbo.

IN EXEQVENDIS
ACTIS CIRCA VSVM BONORVM
mobilium,et immobilium patentes literæ Reuerendiss. Patris Generalis.

FRATER IOANNES BAPTISTA RVBEVS Rauennas Sacræ Theologiæ Doctor, Humilis Generalis Magister ac seruus, Fratrum & Sanctimonialium vniuersi ordinis Beatæ dei Genitricis semperq; virginis Mariæ de mõte Carmeli. Dilectis nobis in Christo reuerẽdis Magistris nostris Prouĩcialibus vniuersi ordinis Carmelitarũ. Sancti spiritus cõsiliũ in agendis. A diebus præteritis sacrosancti Cõcilij Tridentini Decretis cautũ fuit omnia regulariũ bona stabilia incorporari debere.& applicari monasterijs,Conuentibus & locis suæ professionis. Nos huiusmodi sanctioni bus assurgẽtes, & eas nudato capite flexoq; genu recipiẽtes,visum fuit,quæ ab amplissimis & sanctis patribus fuerũt cõstituta,executioni demãdãda fore,& simul Reuerẽdi Patres Diffinitores in nostris Comitijs Generalibus,nosq; de vnanimi illorũ assensu,hunc ritum iudicauimus seruari debere, atq; Auctoritate nostri Generalatus officij, & dictorũ Patrũ vniformi sententia seruandum præcipimus, & iubemus. Modus autem is erit. Nouæ conficiantur stipulationes,& manu Tabellionis seu Notarij fiant literæ publicæ,quibus appareat fũdos,vineas, prædia,domos locatitias,& pecunias vel sextetijs, vel Cameris,vel Procuratijs,vel ærarijs publicis addictas & dicatas, vel quibus oppignatæ sunt domus vel redditus,cuiuscuis generis,esse Conuentuũ

sen

seu monasteriorũ, vt reuera & nõ fictè ac simulatè proprietas sit vniuersitatis, pacta itaq; & cõuenta, restipulationũ formulæ, quibus pleriq; alligabãtur huicvel illi regulari, prorsus abolcantur aut dilaniẽ tur. Demũ prohibemus omnibus nobis inferioribus in virtute sanctæ obedientiæ et sub pœna qua debẽt affici præuaricatores: votis regularibus obstricti, quo suo æqué ac ꝓprio vtãtur & fruũtur, ne in futurũ redditus aut prouẽtus prædictarũ retum aut aliarũ, seu fructus prætermissos exigere audeãt, cũ deinceps omnia sit exacturus publicus monasterij procuraror ad nutũ amouibilis. Et fratres ea, quibus hactenus vsi fuerũt & modo vtũtur, teneã tur integre Reuerẽdis prouĩcialibus seu Prioribus reuelare & resignare. Qui adhibito semper honesto iudicio, discretione moderata, in illis dispẽsãdis prout fuerit opus, regulariũ dignitatis rationẽ habebũt. Nã sacrosanctũ docet Cõcilium, superiorũ munus extare, vt mobiliũvsum permittant. Permittent autẽ (vt prædictũ docet Conciliũ) quatenus religiosorũ suppellex statui paupertatis: quã professi sunt cõuenerit. Et nouerint Regulariũ statui cõuenire, cũ nihil eis erit superfluũ, & nihil quod est necessariũ denegatũ fuerit. Ex his vos omnes Reuerẽdos Prouinciales & priores, primo: secundo & tertio monemus, ne ab hoc nostro executionis decreto, quouis quæsito colore aut prætextu, abhorrere discrepare, & dissentire audeatis, alias tanquãsacro sancti Cõcilij & ꝓfessionis vestræ rebelles, pœnas vos nimirũ luere curabimus, & quã ptimũ vestris functionibus vos priuatos esse declaramus. In quorũ fidẽ præsentes, nostra manu, & nostræ cõmunitatis sigillo munitas fieri mãdauimus. Dat. Romæ in Carmelo nostro sancti Martini in mõtibus, die Octaua Iulij. M. D. L X I I I I. Finis.

ORATIO F. GENESII ROSANI MEDIOLANEN. DOCTORIS THEOlogi Carmelitæ ad Patres suos in eorũ Comitijs generalibus.

ILLVSTRISSIMO ET AMPLISSIMO CARDINALI CAROLO Borromeo vniuersæ Carmeliticæ consociationis Protectori integerrimo dicata

SI POSSEM vel leuissima suspitione existimare, Religiosissimi viri, inter hunc niuei candoris sacratissimum gregem, latitantes aliquos ex sæuissimis illis lupis adesse, iniacti, atq; iniquo animo: nõ solum Christi optimi maximi, sanctissimam religionem maledictis afficiunt, verũ etiã priuatos quosq; Religiosorum hominum Conuentus petulantissimis linguis insectantur, & dira execratione detestatur: vel eos saltem qui nomini quidem Christiano nonnihil deferre videntur, in nostros tamen ordines plusquã hostiliter, & cæco quodam furore debacchantur, maiori tunc negotio implicaremur, & firmioribus nostra esset actio munienda principijs, dandaq; pro viribus opera, vt siue cominus, siue eminus, pro nostra omniũ defensione certandum esset, improbos hostes nostros telis & hastis inuictissimæ veritatis, tanquam in stataria pugna profligatos, vel inuitos facessere cogeremus sed gratias immortales Deo agamus, quod Romæ sumus, vbi omniũ religionũ caput, vbi omnis veri rectissima regula, & vbi nullus patet mendacio locus. Hic vigilantissimus adest vniuersi gregis chris-

stiani pastor, qui in altissima sedis apostolicæ statione veluti in sublimi quadã specula collocatus, solo diuino aspectu, nedum sua admirabili voce, crudelem atq; furiosam immanium ferarum rabiem procul ab ouiũ suarũ caula: fugat, abigit & exterminat & tam magna sollicitudine super sibi commissos agnos excubat, vt (mirabile dictu) si quis Lupus huic suo charissimo gregi insidiaturus accesserit, illicò vel discedat necesse est: vel subito tãquã alter tharsẽsis Saulus cælesti istius sãctissimi pastoris prostratus oraculo, ex rapacissimo lupo, in mãsuetissimũ agnũ euadat. O miram summi Pontificis solertiam: ò singularem maximi antistitis prudentiam, ò diuinã optimi. Clementissimiq; Principis nostri in omnes ecclesias pietatem, cui iure optimo præsentẽ hanc securitatẽ acceptam ferendam esse cẽseo, cuius etiam consilio, sapientia: & maxima auctoritate planè cõfidimus breui vniuersam turbã belluarũ Christianum ouile infestantium vbiq; gentium funditus esse dissipãdam. Cum igitur in hoc tutissimo loco versemur, vbi longé ab hostibus nostris sine metu, & liberé philosophari possumus inter nos sicut veræ pietatis cultores maxime decet, amicé placidèq; conferamus, quanta inter sese religiones nostræ, & christiana omniũ professio consensione conspirant, quas non ignoramus, omnes simul, eisdem vtrius religionis sacramenti initiari, eisdem salutis niti fundamẽtis, eisdẽ salutaribus vndis ablui eodem sacrificio expiari, & vno verbo, eundẽ omnino Deum beatæ & immortalis vitæ principẽ amare, colere, venerari. Et tam abest, vt aliquo veræ fidei ab inuicem seiungantur discrimine, vt etiam in hac operosa: & difficili mortalis vitæ peregrinatione mutuis officijs sibi ipsis perquàm opportune obsequantur. Quarum rerum aliquot, si placet, nõ

con

cōtemnen las comparationes accipite. Vidiſtis ſi quando, prudentiſſimi viri, onerariam Nauem inter atras aquarum procellas, & cœli rempeſtates, ſe non ſolum a ventorum vehementi flamine optimi Gubernatoris ſolertia ſeruantem, ſed ſcaphas etiam quam vſibus ſibi neceſſarijs per immēſa trahit maria, eodem prorſus curſu, & æquali plane agitatione ad optatum patriæ portum reducere. Haud diſſimili ſane ratione cum magna Chriſti politia, quæ inſtar onerariæ nauis incorruptarum, & prætioſarum omnis generis virtutum plenæ nauigat, noſtrarum inſtitutionum cymbæ quæ in vaſto iſtius mundi pelago, tanquam in naufrago Euripo plurimum laboranti vniuerſæ Eccleſiæ ſaluti conducunt, & viciſſim ab ipſa conſeruantur, ſub eiſdē fœlicibus diuini ſpiritus afflatibus, ad cœleſtis patriæ tranquilliſſimum portum feſtinātes. Quod ſignificantius forſitan pulcherrima illa primarū, maximarumq; ſcientiarum deſtributio oſtendit, a quibus dialecticorum princeps Ariſtoteles docet, inferiores ſibi diſciplinas ſuarum ſpeculationum ſubiecta tantum peregrina quadam addita differentia, & ſuorum ſubinde principiorum inconcuſſam veritatem mutuare. Audiſtis quam appoſite diligentiſſima hæc humanarum doctrinarum comparatio noſtrarum cum Chriſtiana religionum, miram adumbret conſenſionem? Proinde ne videamur tantum humi repere. Ecce vobis non quidem tētantibus, ſed plané admirantibus aliud huiuſce rei nō vulgare ſignum de cœlo demonſtro. Omnium enim Philoſophorum conſenſu, omnes cœli ſphæræ citra primam, rapaciſſima primæ agitatione, ob primi omnium mouentis virtutem in omnes emanantem in girum feruntur, quæ quamuis ſingulos habeant ſuos motores, & motus in contrariā par-

 tem

tem ipsas sciētes, omnes tamē simul ad totius inferioris mūdi salutē, & ad vniuersi ipsius pulchritudinem, & cum primis ad rerū omnium maximi conditoris summā maiestatem, omnibus declarandam admirabili cōcinnitate cōcurrunt. Haud secus profecto fit religiosis viris cū cæteris Christianis hominibus, quos, cū necessariorum præceptorum obedientia, tum strictiori euangelicorum consiliorū obseruatione in vnū Deum seruatorem omniū tendere perhibemus. At, hæc nonullis fortasse minime sufficient, nisi validiora, etiam & luculētiora testimonia ex sacro diuinarum literarū pœnu, ad negotiū nostrum fortius cōprobandum attulero. Ezechiel enim prophetarū eximius, inter admirandas visiones sibi diuinitus factas, narrat se vidisse etiā quandam rotarum similitudinem, erat, inquit ille, simili modo vna quatuor, quasi sit rota in medio rotæ Obsecro vos Theologiæ candidatos, quid sibi vult tā obscura rota in medio rotæ visio? Ego me Hercle (pio tamen, & allegorico sensu) ibi religiones nostras, abstrictiorem arctioremq; votorum nostrorum disciplinam, intra latissimam Christianæ religionis circunscriptionem atq; periodum collocatas, pulcherrimé significari posse crediderim. O egregiam, mysteriiq; plenam rotæ in medio rotæ analogiam, quid sublimius, aut diuinius pro omniū religionū concordia dici, aut fingi potuit? Non hic auscultandum quid portentosum hæreticorū genus, cōtra religiosorū ordines obloquatur. Audite quæso, quid ibi vates sanctissimus dicere pergat: sed ad locum, inquit, ad quē ire declinabat quæ prima erat, sequebantur & cæteræ. Quid enim est, cæteras ad destinatum primæ locum tēdere, nisi omnes nostros ordines ad eundem salutis scopū, omnes nostros

ſtros cognatos,ad eundē penitus beatitatis finē eſ ſe dirigēdos,& eandē poſtremo,omnibus, vitæ hu. manæ laborum mēſuram bonam,confertam,coagitatam in cœlis & perpetuam eſſe præfixam? Id ipſum profecto manſiunculas illius in magna Arca Sanctiſſimi Noe referre, non erit dictu abſurdum. Nam ſicut Noe Arcam, & manſiunculas poſt in undantis diluuij ceſſationem ad terram reduxit,ſic ſapientiſſimus omnium gubernator Deus,poſt vniuerſalis iſtius mundi cataclyſmum, omnes omniū religiones ad firmitiſſimū æternæ ſalutis litus,cum magna Eccleſia Chriſti olim fœliciter eſt deducturus,Iis vnū duntaxat magni Dauidis teſtimoniū addiderim.Beatus enim ille Propheta diuino afflatus ſpiritu inquit, Vias tuas Domine demōſtra mihi & ſemitas tuas edoce me. Audiſtis vias,quæ omnium Theologorum ſentētia, neceſſaria vitæ Chriſtianæ præcepta ſignificant. Audiſtis ſemitas, quibus lucu lēter præmonſtraſſe affirmare nō verebor, tria illa præcipua cœleſtis euāgelij conſilia,quibus ſanctiſſimi regularis obſequij,ſumma perfectio,abſolui creditur.Deum immortalē,quā miris modis, antiquæ legis figuræ,& euāgelica veritas congruunt, quāta animorum conſpiratione priſcæ ætatis Patriarchæ & magni noui teſtamenti proceres, ſibi ipſis cōueniunt. Per vias enim communium præceptorū, incedimus omnes Chriſtiani & religioſi, per ſemitas vero euangelicorum conſiliorum,ſoli religioſi ſanctiſſimis votis illorum obſtricti:anguſtiori calle gradiuntur. Harum ſemitarum vna eſt ſemper laudatiſſima SanctaCarmelitarum religio,ſemita quæ etiā num,& rectitudineviuendi,& ſecuritate permanendi,& ſanctitate incedendi,& magiſterio diſcēdi, & diſciplina proficiendi, & perſeuerandi conſtantia,

 con-

constantia & patiendi tollerãtia,& moriendi fiducia,omnibus semitis quas via Domini regia habet valde splendet,floret & excellit, cuius si prærogatiuas,& priuilegia omniũ maxima,quæ ab ipsis sui ortus incunabulis,ad hæc vsq; tẽpora possidet recensere velim,vercor ne dũ illius gloriæ faueo,aliis suarum religionum iura inuidere videar,adeo difficile est sine inuidia laudẽ inuenire. Sed qui fiet, vt ego tam ingratus sim filius,vt aliorũ causa,tot almæ religionis mee præconia silentio inuoluam,quæ me a teneris vnguiculis inter sua castissima vbera tã piè aluit,tã liberaliter educauit & tam sanctæ erudiuit Vehementer etiam timeo, me non peroraturũ, si duodecim illos Mõtis Carmeli præcipuos honores quos nostrates viri, alioqui doctissimi , facundiori prosequũtur minerua,sigillatim ennumerauero. Veruntamẽ illud minime prætereundũ esse cẽseo, Carmeliticã professionẽ aliorũ ordinum honestissimis cœtibus antiquitatis prærogatiua, & tituli excellentia præstare.Præclara enim Carmelitarum religio sui ortus initia,ab auito, et prisco illo Heliæ, & Helisæi Montis Carmeli incolarumviuendi instituto,per longa temporum volumina trahit, adeò vt non absurde quis illud dicat & crepat, antiquũ genus,& pietate repletum, cuius sanè rei testis est locupletissimus diuus Hieronymus,qui hæc ad Paulinum de nostri ordinis antiquitate elegantissimæ refet.Habet inquit ille, vnumquodq; propositũ duces suos. Romani emulãtur,Catones,Fabricios,Sciciones.Philosophi imitantur Socratem Platonem, Anaxagorã.Historici proponunt sibi Herodotum, Liuium,Salustiũ. Episcopi sui pro positi duces habent Apostolos,& Christi discipulos, quorum honores habentes vtinam imitarentur & mores. Etvt

ad

ad nostra redeamus, noster Dux est Helias, noster Dux Heliseus, nostri duces filij Prophetarumqui ha bitabant circa fluenta Iordanis, & in monte Carmeli. Quam autem insignis sit sacri nostri sodalitij titulus,& cur ante omnes alias religiones Carmelitæ viri, sub gloriosis præclarissimæ Virginis Mariæ vexillis militēt, Iosephus Antiochenus clarissimus antiquitatum scriptor, in speculo militiæ primitiuæ ecclesiæ, egregié sic explicat, Perfectorum militum Christi. Apostolorumq; coadiutores surexerūt stre nuissimi viri, solitarij, contemplationiq; dediti, Sanctorum prophetarum Heliæ, & Helisei sequaces, qui de monte Carmeli descendentes per Galileam Samariam,& Iudeam constantissimé fidem Christi propagarunt, quiq; in Virginis Mariæ honorem, in montis Carmeli decliuio fabricantes oratorium, Saluaroris matri specialissimé seruierunt. Quid his testimonijs illustrius? quid hac parænesi excellētius aut præstantius esse potest? Ad quæ omnia maximi summiq; Romani Pontifices attenté respicientes, sacratissimam florentissimamq; Heliadum familiā, specioso, & admirabili augustissimæ Mariæ Virginis titulo, infinitis feré additis gratijs, priuilegijs, & immunitatibus, decorandam honestandamq; sedulo curauerunt, adeó vt Innocentius huius magni nominis Quartus, decem indulgentiarum dies liberaliter illis concesserit (nec vana loquor) qui nos tantū fratres ordinis gloriosissimæ Virginis Mariæ appellauerint, vt taceam interim, tot maximorum Regum sanctiones: & summorū Christiani imperij Cæsarum edicta in gentis nostræ gratiā vbiq; lata, Quis autem explicet Centurias,& Miriades, tot illustrium virorum,& mulierum, qui, neglectis omnibus mundi pereuntibus & fallacibus bonis, in tātæ

Virginis reuerentiã, huic nostro sanctissimo propo
sito perpetuò se addixerũt? Quis tot Carmelitas vi
ros, ob benè actæ vitæ innocentiã numinibus ascri
ptos enumerabit? Quis ingentia Heroum nostrorũ
merita recenseat? quis Heliæ zelum, Helisei pietatẽ
Hylarionis sanctimoniam, Angeli fortitudinẽ, Cy-
rilli tolleranriam, Thomæ constantiam & Auerta
ni puritatem & sexcẽrum aliorum sexus vtriusquè
virorum clarissimas, cœloq; dignas virtutes, vel mẽ
te cõplecti, vel oratione prosequi possẽt? Deficeret
enim me tempus, si Dionisium primum Papam, &
martirem, Gerardum Episcopũ, Anastasium, Ioan-
nem Hierosolimitanũ Patriarcham, Brochardum
montis Carmeli Priorem, Caprasium, Simonem an
glicum, Eugeniam, Eufrasiam, & Angelam, & innu
meros penè alios martires: & Virgines nostri ordi-
nis recensere vellem, ante quorum sacros cineres
Deus maximus, memoranda vbiq; edit miracula.
Non enim ignorat Florẽrissima Florentiæ Ciuitas
cũ vniuersa Hetruria, quantis beatus Andreas Car
melita Episcopus Fesulanus præstet meritis, cuius
olim in grauissimis bellorũ periculis opem experta
in illius gratiã decem pueros nostros, ex communi
ærario, quotannis albis Tunicis vestis eft fœlecissi-
mũ Trinacriæ regnũ, quanto inter sacros cœlites,
Albertus noster cœlestis gloriæ splendore niteat,
cuius præsentaneum sæpius cõsecuta fauorẽ, mul-
tas in illius honorem fratribus nostris per totã Si-
ciliæ Insulam speciosas domus erexit. Nos ipsi mul
toties aquam in diui Alberti reuerentiam ægrotis
nimio febrium ardore æstuantibus exhibuimus, &
(mirabile dictu) diu amissam: & penè cõclamatam
valetudinẽ efficaciter redeuntẽ vidimus. Nemo au
tem est, qui non videat quotidie apud eosdem sicu

los

los,gloriosi Angeli martiris ex magna Dauidis stirpe oriundi miraculorũ frequentiam,cuius magnũ nomen in toto illo regno adeo celebre vbiq; habetur,vt nedum in ecclesijs,sed in omnibus feré illius Regionis domibus,plateis,& portubus illius imago insculpta:summa colaturveneratione.Hic olim Prophetico illustratus spiritu, beato Francisco ad huc viuenti stigmata saluatoris prænũtiauit, a quo vicissim sui martirij prædictionē acceperat. Hic ingens prophetiarumvolumen cõposuit, in quo multo anté maximas nostri miserãdi temporis calamitates infallibili prædixit vaticinio. Quæ autē vis ingenij,aut quæ orationis facultas Doctores familiæ nostræ & in omni disciplinarũ genere sapiētissimos autores enumerabit? vt magnũ illũ magnæ gratiæ Basilium, Gregorum Naziãzenum Episcopũ, Cirillum Alexãdrinum,Thomamvaldēsem acerrimum hereticorum propugnatorem, Guidonem,Ioannē bacconitanumTheologũ & Philosophum eximiũ, Michaelem Bononiñ. Baptistam mãtuanũ poetam ter maximum,& alios quam plures grecos & latinos Illustrissimos Carmelitatum viros,quorum admirabili sapientiavniuersa Christi Ecclesia vbiq; gētium illustratur.His maiorum nostrorũ sacris imaginibus nostra gaudet religio. His maximis ornamentis candidus noster Carmelus exultat. His clarissimis luminibus alta montibus nostri fornix tot Ducum nostrorum gloriosa victorijs, tot tropheis insignis immensum vbiq; spargit splendorem. Hij sunt qui in terris ad huc agentes suis purissimisprecibus cœlum mortalibus clausum sæpe referarunt & quorum beati spiritus trabea carnis exuti etiam num apud Deum optimum maximũ tantis pollent meritis, vt illorũ deprecatione cæci sæpe numero

videăt, surdi audiăt & insanabili morborũ tabe lă-guẽtes desperatã recipiant sanitatẽ. O ter quaterq; beatos nos, patres amantissimi, si morum puritate & vitæ innocentia sanctorum patrum nostrorum legitimos nepotes nos præstiterimus. O vere fœlices nos, si meminerimus siue domi, siue foris manẽtes nos tantum Carmelitas esse, vetustos nostræ reipublicæ patres immitando, qui post Heliæ Hælisei Prophetarumq; filiorum diuturna tempora Alberti Hierosolimitani Sacrosanctæ sedis Apostolicæ Legati, ante Concilium Lateranense primũ viuendi normam, & institutũ edocti fuerunt, omniũ consensu: vel maioris, & sanioris partis vnum ex ipsis priorem generalem sibi eligentes. Quod modo vobis patres optimi, incumbit. Cum iam sanctissimus parens noster, Nicolaus Audectus extrema ferétotius Societatis nostræ iactura ab hac vita decesserit cuius sapientiam, mores integritatem, & catholicã doctrinam in publica vniuersi ordinis nostri administratione annos quadraginta fœlicissimé experti fuimus. Nos tanto duce, & dulcissimo patre orbatos, illi copiosius illachrimari deceret, sed quia in mora periculum, lacryimarũ vice, pacem eius animæ optemus, & sempiternam fœlicitatem, nostris precibus, cum omnibus ecclesiæ suffragijs illi impetrare non desistamus, & animum in rem nostrã cõuertentes alium ordinis nostri magistrum sufficere contendatis, & studeatis quam maxime. Antiquum enim ordinis nostri ius generales eligendi. Reuerẽdissimus magister Io. Baptista Rubeus Rauennas, Generalis Vicarius, vir integerrimus suauissimis moribus plenus, & omnium virtutũ genere cumulatissime prestans, in hoc inter regni tempore, potentissimo Illustrissimi, ac Reuerendiss. Cardinalis

Borromei

Borromei protectoris nostri Illustrifs. ac Beatifs. & Sanctifs. D.N.D. PII Papæ fauore omnibus viribus liberum vobis conseruauit. Nunc iure vestro recte vtimini, optio enim & potestas vobis iam conceditur vt eligaris quem vultis, recta sit sententia vestra & iudicium, vt recta comitetur electio, si delectus adhibeatur, quod eligetis erit laudarius, Delectum vestrũ nullæ præces: nulla pollicitationes auferant, nullis mens vestra deliniatur blãdicijs, Eum, secundum statura nostra & modum nuper in sacro concilio præscriptum, assumite, qui sciat oportuné (si opus fuerit) diuinos cultus innouare, maiorũ instituta resarcire, mores componere, reparare gymnasia, disciplinam reficere, iuuenturẽ informare, & antiquum sacræ familiæ nostræ decus, fœlicioribus illustrare progressibus Grauissimi enim sæculari autores, publicé populorum saluti consulentes, multa principum eligendorum præcepta tradiderunt. Quibus omnibus omissis, pulcherrimã illam vobis tantummodo pastoris, mercenarij, & furis similitudinẽ ex sacro euangelio in præsentia diligenter cõsiderandam propono, vbi execrandã quandam, & diram crudelissimi furis cupiditatẽ legimus qui ad gregis præfecturam inhiat, non vt salutẽ, sed miserã ouium perditionẽ procuret, & detestandã cuiusdã timorosi mercenarij pusillanimitatẽ, qui ꝓprijs tantummodocommodis cõsulens lupo in gregem seuiente in fugã rapitur, deinde mirã quandam boni optimiq; Pastoris Philanthropiã, qui nõ præesse studes, sed porius prodesse omnibus cõtendẽs charãanimã, pro charissimis ouibus suis ponit. Agite ergo amãtissimi patres, & omnibus viribus cõtẽdite, vt liberis vestris suffragijs talis nobis pastor & mœcenas præficiatur, qui in sacrificijs vniuersi ordinis

dinis nostri sit tanquā Abel, in Arca familiæ nostræ tanquā Noe, in subditorum gubernatione, tanquā Moisesin honoris diuini defensione tanquā Helias & Heliseus: in sacrorū purgatione tanquā Ezechias in filiorum eruditione, tanquam Salamon. Sic.n. nostra immensum propagabitur religio, & priscam illam celebratissimæ nostræ religionis apud omnes torius orbis terrarum nationes gloriam rediuiuam tandem videbimus, cui ingenti expectationi, lōgé maiorem spem nobis addit grauissimum, & sanctissimū nomen, viri longé omnium amplissimi, & vndequaq; clarissimi Caroli Borromei Illustrissimi, ac Reuerendiss. Cardinalis Protectoris nostri, qui quò maiore apud omnes mortales, virtutum præstātia, nobilitatis splendore, & opū gloria excellit, & quó est illi coniunctior, qui summus Christi Vicarius est in terris, eó omne officium suum, fidem, pietatē q; ad omnem dignitatē & auctoritatem nostram tuēdam, & augendam impensius exhibebit. Te autem summe cœli pater, & conditor sanctissime, ex intimis animi præcordijs precor & oro, vt ex tot lectissimis nostræ clasis viris ostendere digneris quē elegeris, & quem hodie, tua immensa pietate, in illustris montis Carmeli fastigio collocabis pastorē & moderatorē, in ea statione atq; munere, ad ea cogitanda procurandàq; excites, quæ tuæ maximæ volūtati cōsentanea, splendori nostro necessaria, & sanctissimæ Virginis Mariæ gloriæ, in cuius sanctā tutelam traditi sumus: magnopere cōueniunt. Dixi.

Venia a superioribus concessa.

FINIS.

ET DECOR

MATER



CARMELI.

KALENDARIVM AD NORMAM EORVM QVE ACTA FVERVNT IN Comitijs Generalibus reformatum.



Aureus numer.	KL			Ianuarius habet dies.xxxj.Luna.xxx, Nox habet horas.xvj.Dies vero.xiij.
iii	A	Ianuarij.	1	Circun.D.du.Basilij epi.p.Carmeli du.
	b	iiii no,	2	Octa.s,Stephani semidu.Et Macharij.
xi	c	iii no.	3	Octa S Ioan.semidu. (abba.ix.lec.
	d	pridie no.	4	Octaua Innocentium semidu. Titi epi, disci.Pauli. ix.lec.
xix	e	Nonis.	5	Vigi.epi.Thelesphori pa.& mar, sem.
viii	f	viii idus	6	Epiphania dñi totum duplex.
	g	vii idus	7	Petri Thomæ epi, & confes. carmelitæ.
xvi	A	vi idus	8	(duplex.
v	b	v idus	9	
	c	iiii idus	10	Pauli pri.eremi. ix.lec. Hicanoris mar.
xiii	d	iii idus	11	Eufrasiæ vir.Car.du. de sep,diaco.
ii	e	pridie idus.	12	Io.episcopi Hierolo.Carmelitæ dup.
	f	Idibus.	13	Oc. Hila.epi. ix.lec. Remigij epi me.
x	g	xix cal.	14	Februarij.Dionisij papæ. & marty. me. Carme.dup. Felicis in pin.mar.
	A	xviii cal.	15	Mauri Abbatis. ix.lec.
xvii	b	xvii cal,	16	Marcelli papæ & mar.semiduplex.
vii	c	xvj cal.	17	Antonij abbatis duplex.
	d	xv cal,	18	Cathe.S.Petri.Ro.du.Prisce virgin. &
xv	e	xiiii cal.	19	(mar, memo
iiii	f	xiii cal.	20	Fabia.pa.Ro.in cons.Marti.& seba,
	g	xii cal.	21	Agnetis vir.& mar. ix.lec. (mar.dup.
xii	A	xi cal.	22	Vincentij mar. dup ex cap. Vicen.
i		x cal.	23	Anastasij mar.carmelitæ dup.

	b	ix	cal.	24	Thimo.epi & mar.du.ex ca. Raiusp,
ix	c	viii	cal.	25	Conuer.s.Pau.apo.du, Agnetis secundo.
	d	vii	cal.	26	Policarpi epi & mar.ix.lec. (iiij.lec.
xvii	e	vi	cal.	27	Io.Christo.epi du.Iuliani epi. memo.
vi	f	v	cal.	28	Cyrilli patriar. alexan. carmelitæ du.
	g	iiii	cal,	29	Papiæ & Mauri mar. du. Romæ in con
xiiii	A	iii	cal.	30	Mathiæ epi. iii.lect.(uen,s. Martini.
iii	b	pridie cal.		31	Ananiæ epi,qui Pau.apo.bapti. ix.lec,
	c				

Inter octauam Epiphaniæ,& festum purificationis faciant fratres primum ternarium Cum vigilijs mortuorum.ix.lec.pro fratribus defunctis ordinis nostri.



Aureus numer. KL Februarius habet dies.xxviij.Luna.xxix quando est bissextus, habet dies. xxix.Luna. xxx.Nox habet ho. xiiij. dies vero. x.

	d	Februarij.		1	Ignatij epi & mar. ix.lec. Brigi.vir.iii.l.
xi	e	iiii	no.	2	Purifi Beatiss.Ma.virg. totum duplex.
xix	f	iii	no.	3	Blasij epi & martiris. ix.lect.
xviii	g	pridie no.		4	Octaua.Sancti Cyrilli semiduplex.
	A	Nonnis		5	Agatæ virginis & mar. ix. lect.
xvi	b	viii	idus.	6	Dorotheæ virg.& mar. ix.lect. Vedasti & amandi epis. memo.
v	c	vij	idus	7	
xiii	d	vi	idus	8	
	e	v	idus	9	Octau.purificat.semidu. Apolloniæ virg. & mar. ix. lect.
ii	f	iiii	idus	10	Scholasticæ virginis. ix. lect.

	g	iii idus.	11	Eufrofinæ virginis.	ix. lec.
x	A	pridie idus.	12		
	b	Idibus.	13		
xviii	c	xvi cal.	14	Marti, Valenti, presb. & mar.	iii. lec.
viii	d	xv cal.	15	Faufti. & Iouitæ mar. ix. lec. Brixiæ.	
	e	xiiii cal.	16	Iulianæ virgi. & marty. dup. Rom. in cõuentu	
xv	f	xiii cal.	17		
iiii	g	xii cal.	18	Simeonis epi & mar. ix. lec. Hierũfalem.	
	A	xi cal.	19		
xii	b	x cal.	20		
i	c	ix cal.	21	Barbatiani epi & mar. dup. in connẽtu Rauennæ.	
	d	viii cal.	22	Cathedræ fancti Petri apo. Antioch. du. Ariftionis xpi difci.	ix. lec.
ix	e	vii cal.	23	Vigilia.	
	f	vi cal.	24	Mathiæ apof. dup. locus bifsexti.	
xvii	g	v cal.	25	Auertani confef. carmelitæ. dup.	
vi	A	iiii cal.	26		
	b	iii cal.	27	Leandri epi & conf.	ix. lectionum.
xiii	c	pridie cal.	28		



Au·eus numerus **KL** Martius habet dies. xxxj. Luna. xxx. Nox habet horas. xij. dies vero. xij.

iii	d	Martij	1	Albini epifcopi.	iii. lec.
	e	vi no.	2	Herculani epifcopi.	iii. lec.
xi	f	v no.	3	Alberti mar. dup. in conuentu Romæ.	
	g	iiii no.	4	Lucij papæ & mar.	ix. lec.
xix	A	iii no.	5		
viii	b	pridie no.	6	Cyrilli confef. carmelitæ duplex.	
	c	Nonis.	7	Perpetuæ & Felicitatis mar.	ix. lec.

Et Thomæ a quinatis doct. ix.lect.

xvi	d	viii	idus	8	
v	e	vii	idus	9	
	f	vi	idus	10	
xiii	g	v	idus	11	Quadraginta martirum. ix. lect.
ii	A	iiii	idus	12	Gregorij papæ & doct, duplex.
	b	iii	idus	13	
x	c	pridie idus		14	
	d		Idibus	15	Longini mar. qui latus domini lácea perforauit, ix.lect.
xvii	e	xvii	cal.	16	Aprilis.
vii	f	xvi	cal.	17	Getrudis virg. ix.lect. & Petrij episcopi (ix. lectionum.
	g	xv	cal.	18	Alexandri episcopi & mar. ix.lect.
xv	A	xiiii	cal.	19	Ioseph nutricij Domini duplex.
iiii	b	xiii	cal.	20	
	c	xii	cal.	21	Benedicti abbatis patris monach. dup.
xii	d	xi	cal.	22	
i	e	x	cal.	23	Sophiæ virg. & mar. Romæ in conuetu
	f	ix	cal.	24	Vigilia (S.Martini.
ix	g	viii	cal.	25	Annuntia, S. Mariæ virg. totum duplex.
	A	vii	cal.	26	
xvi	b	vi	cal.	27	
vi	c	v	cal,	28	
	d	iiii	cal,	29	Bertheldi confessor. carmelitæ dup.
xiiii	e	iii	cal.	30	Sotheris, Paulinæ & Memiæ virginis. & mar. duP. Romæ, in con. S. Mar.
iii	f	pridie cal.		31	



Aureus nu.ner. **KL** Aprilis habet dies.xxx Luna.xxix.Nox habet horas.x.Dies vero.xiiii.

	g	Aprilis. 1		Octa. annunciationis semiduplex.
xi	A	iiii no,	2	Mariæ egyptiacæ matronæ ix. lect.
	b	iii no,	3	Pangratij martyris. ix. lect,
xix	c	pridie no.	4	Ambrosij episcopi.& con. duplex .
viii	d	Nonis.	5	
xvi	e	viii idus	6	Sixti papæ,& martyris. semiduplex.
v	f	vii idus	7	
	g	vi idus	8	Alberti epis.& confes.carme, du. Hier.
xiii	A	v idus	9	Procori mar. ix.lect.ex septem diaco. apostolorum.
ii	b	iiii idus	10	
	c	iii idus	11	Leonis pp.& mar.du, com.S. Mar.
x	d	pridie idus.	12	Zeni epi Veronesi, ix.lect.
	e	Idibus.	13	Iustini martyris. ix. lect. & Eufemiæ virg.& mart. ix.lect.
xvii	f	xviii cal.	14	Maij Tiburtij & Valeriani mar,ix,lec.
vii	g	xvii cal,	15	
	A	xvj cal.	16	
xv	b	xv cal,	17	Aniceti papæ & mart . semiduplex .
iiii	c	xiiii cal.	18	Apollonij mart. ix,lect.
	d	xiii cal.	19	Timonis mart . ix. lect . ex septem Diaconibus Apostolorum,
xii	e	xii cal.	20	Victoris papæ & mart . semiduplex.
i	f	xi cal.	21	
	g	x cal.	22	Sotherij & Gai papæ & martyrum.dup. Romæ,in conuentu,
xix	A	ix cal.	23	Georgij martyris . semiduplex.
	b	viii cal.	24	Honorij episcopi, ix,lect.
xvii	c	vii cal.	25	Marci euang. dup . cum Octaua.ex capitulo Venetiarum.
vi	d	vi cal.	26	Cleti & Marcellini papæ & mar . semi.
	e	v cal.	27	Anastasij papæ & mart.dup. in cõuentu (S. Martini.
xiiii	f	iiii cal,	28	Vitalis mart. ix. lectionum.
iii	g	iii cal.	29	
	A	pridie cal.	30	

¶ Inter octauam paschæ & festum ascensionis faciant fratres secundum ternarium,pro parentibus fratrum,& pro illis, qui in cimiterijs nostri ordinis sunt sepulti.

Aureus numer. KL Maius habet dies.xxxj.Luna.xxx,
Nox habet horas.xiij.Dies vero.xvi



x	b		Maij	1	S.Apostolorum Philippi & Iacobi, du. (& Hieremiæ prophetæ.
	c	vi	no.	2	Athanasij episcopi & confes.ix.lect.
xix	d	v	no.	3	Inuencio.S.Crucis dup.Alexã, Euenctij & Theodoli. memo.
viii	e	iiii	no.	4	Quiriaci epi & mar.ix.lec. Hierusalem
	f	iii	no.	5	Angeli mar.ordinis carmelitæ. dup.
x	g		pridie no.	6	Io. ante portã latinã du. ex cap. Romæ
v	A		Nonnis	7	Cleti papæ & mar. semiduplex.
	b	viii	idus.	8	Apparitio S.Michaelis Archan. duplex.
xiii	c	vij	idus	9	Gregorij theologi epi & confes. ix, lec.
ii	d	vi	idus	10	Gorgiani & Epimachi mar. iii. lect.
	e	v	idus	11	
x	f	iiii	idus	12	Octaua. S.Angeli mar, semidu. Nerei, Archilei atq; panera. memoria
	g	iii	idus	13	Seruatii epi.ix.lect, Theodoræ.vir. me.
xviii	A		pridie idus	14	
vii	b		Idibus	15	Honofrii eremitæ. ix. lectio.
	c	xvii	cal.	16	Iunij. Simonis anglici confe.carmeli.du.
xv	d	xvi	cal.	17	
iiii	e	xv	cal.	18	
	f	xiiii	cal.	19	Potentianæ virg.& mar. ix. lect.
xii	g	xiii	cal.	20	Baudelij mar. ix.lec. & Ber.confes.
i	A	xii	cal.	21	Helenæ reginæ, ix.lec.
	b	xi	cal.	22	
ix	c	x	cal.	23	

	d	ix cal.	24	
xvii	e	viii cal.	25	Mariæ Iacobi & salomæ duplex. & Vrbani papæ & mar. semidup.
vi	f	vii cal.	26	Eleuterij papæ & mar, semiduplex.
	g	vi cal.	27	Ioannis papæ & mart. semiduplex.
xiiii	A	v cal	28	
iii	b	iiii cal.	29	Sisinij & sociorum papæ & mar. du. Romæ in conuentu.
	c	iii cal	30	Fœlicis papæ & mar. semiduplex.
ix	d	pridie cal.	31	Petronillæ vir inis. ix lect.




Aureus numer. **KL** Iunius habet dies xxx. Luna xxix. Nox habet horas viii. dies vero xvi.

	e	Iuni.		Secundi martyris. ix. lect.
xix	f	iiii no	2	Marcelli, Petri & Erasmi mar. ix. lec.
viii	g	iii no	3	
xvi	A	pridie no	4	Andreæ epi fesulani. carmelitæ dup. & Quirini epi & mar. Ro. in con.
v	b	Nonis	5	
	c	viii idu.	6	Artemi. & Paulinæ mar. dup. Romæ in conuen. & Philippi diaco, ix. lect.
xiiii	d	vii idus	7	
ii	e	vi idus	8	Medardi & Gildardi eporum iii. lectio.
	f	v idus	9	Getulij & sociorum marty. ix. lectio. Primi & Fæliciani mar, memo.
	g	iiii idus	10	Basilidis, Tripodij & Maddali dup. Romæ in Transp,
	A	iii idus	11	Barnabæ apostoli duplex.
xviii	b	pridie idus	12	Basilidis, cirini, naboris, nazari & celsi,

					mar.ix. lect.
vii	c	Idibus.		13	Antonii de padua confe. ix, lec.
	d	xviii	cal.	14	Iulii Helisei prophe, ducis. Carmelitarũ,
					dup, cũ octa, ex cap, Ro. celeb.
xv	e	xvii	cal,	15	Viti Modesti, atq; crescen, mar.
iiii	f	xvi	cal.	16	
	g	xv	cal	17	
xii	A	xiiii	cal	18	Marci & marceliani mar. ix. lect,
i	b	xiii	cal.	19	Vrcissini mar. du. Rauen. in conuentu,
					Cernasii & Protasii mar, ix. lect,
	c	xii	cal	20	Siluerii papæ & mar, semiduplex,
iy	d	xi	cal	21	Octaua. S, Helisei. prophe, semidup.
	e	x	cal	22	Decem milia martyrum, duplex, Paulini,
					(episcopi & confess, memo.
xvii	f	ix	cal	23	Vigilia,
vi	g	viii	cal	24	Natiuitas, S, Ioan, baptistæ totum dup.
	A	vii	cal	25	
xiiii	b	vi	cal	26	Ioannis & Pauli mar; ix, lect,
iii	c	v	cal	27	
	d	iiii	cal	28	Leonis papæ & confes. sem, Vigilia,
xi	e	iii	cal	29	Apostolorum Petri & Pauli totum dup,
	f	pridie	cal	30	Commemoratio. S. Pauli, apos, dup, ex
					(cap. Ro. & Lucinæ ditei. aposto.

Aureus numer. **KL** Iulius habet dies. xxxj. Luna. xxx.
Nox habet horas. viij. dies vero, xvj.



xix	g	Iulij		1	Octaua. S. Ioãnis Baptistæ, semiduplex
viii	A	vi	no.	2	Visitatio. S. Mariæ v rg, totum duplex.

					Sáctor. proceſſi & martiniani memo.
	b	v	no.	3	Traoslatio, S, Thomæ. memo.
xvi	c	iiii	no.	4	Translatio, S, Martini epiſcopi. memo,
v	d	iii	no.	5	
	e	pridie no.		6	Octa, apoſto, Petri & Pauli ſemidup.
xiii	f	Nonnis		7	Martialis apoſtoli duplex,
ii	g	viii	idus.	8	
	A	vij	idus	9	Octa, viſitatio beatæ Mariæ ſemi, Feria quinta poſt octa, viſitationis fiat officiú de ſanguine Chriſti,
x	b	vi	idus	10	Septem fratrum mar. ix. lectio.
		v	idus	11	Pii papæ papæ & mar. ſemiduplex,
xvii	d	iiii	idus	12	Hermacoræ & ſortunati mar. ix, lect,
vii	e	iii	idus	13	Anacleti papæ & mar. ſemidup.
	f	pridiedus		14	Focæ epiſcopi & marty, ix, lect.
xv	g	Idibus		15	Diuiſio apoſto. dup. Quiriaci & Iulitæ mar. du, Romæ, in conuentu, Rauénæ.
iiii	A	xvii	cal.	16	Aug. cóme. ſolénis: S. Ma. vir. tutú dup.
	b	xvi	cal.	17	Alexij confeſ. ix. lect. & Marioæ virgi.
xii	c	xv	cal,	18	Simphoroſæ cum ſeptem filijs marty.
	d	xiiii	cal.	19	
	e	xiii	cal.	20	Margaritæ virg. & mar. ix. lect. & Ioſeph iuſti xpi diſcipuli. ix. lec.
x	f	xii	cal.	21	Praxedis virgi. iii. lect.
	g	xi	cal.	22	Mariæ magdalenæ duplex.
xvii	A	x	cal.	23	Apolinaris epi & mar. ix. lec.
vi	b	ix	cal.	24	Chriſtioæ vir. & mar. ix. lect. Vigilia
	c	viii	cal.	25	Iacobi apoſtoli dup. Chriſtopho. mart. ix, lec. Cucufati mar. memo.
xiiii	d	vii	cal	26	Anoæ matris beatiſſ. Mariæ virg. duplex
iii	e	vi	cal	27	Pantaleonis mar. memo.
	f	v	cal	28	Inoocentij & Sotherij pont. mar. duplex Romæ in cóuentu.
xi	g	iiii	cal.	29	Octa Mariæ magdale. & Martæ virgi. ix. lect.
xix	A	iii	cal.	30	Abdon & ſennen mar. ix. lect. Felicis, ſimplicij, fauſtini & beatricis. mart. me.
	b	pridie. cal.		31	Germani epiſcopi & con. ix. lect.



Aureus numer. **KL** Augustus habet dies. xxxj. Luna.xxix. Nox habet horas.x.dies vero.xiiij.

viii	c	Augustis.	1.	Petri ad vincu.dup. & macha. memo .
xvi	d	iiii no,	2	Stephani papæ & mart.Ro,in con.ix.lec
v	e	iii no.	3	Inuentio.ſ.Steph.prothoma.ix,lec.
	f	pridie no.	4	Iuſtæ matro,du. Romæ in cõnentu .
xiii	g	Nonis.	5	Feſtum niuis dup.& Dominici confeſſo: Patris prædicatorum dup.
ii	A	viii idus	6	Transfiguratio Saluato.dup.
	b	vii idus	7	Alberti con. carme.du,cum octaua . Donati epiſcopi memoria.
x	c	vi idus	8	Ciriaci & ſoc,mar.dup. Romæ in conuẽ.
	d	v idus	9	Vigilia
xviii	e	iiii idus	10	Sancti Laurentij mart. dup.
	f	iii idus	11	Tiburtij martyris. martyris. memo,
	g	pridie idus.	12	Claræ virginis memoria.
xv	A	Idibus.	13	Hippolyti & ſocio.eius mar.iii.lect.
iiii	b	xix cal.	14	Septẽ. Octa, ſemi. Euſe. memo. Vigilia,
	c	xviii cal,	15	Aſſump.beatiſſ.Mariæ virg . totum dup
xij	d.	xvii cal.	16	Rochi confeſſ,dup,pp deuotio,popu.
i	e	xvj cal.	17	Octaua,ſ.laurentij, ix ,lect .
	f	xv cal.	18	Agapiti martyris, memoria.
ix	g	xiiii cal.	19	Ludouici epi & confeſ,memoria.
	A	xiii cal.	20	Bernardi abbatis, ix, lect.
vii	b	xii cal.	21	Quiriacæ matro,& mar.dup,Rom,in cõ
	c	xi cal.	22	Octaua aſſump.dup, (Timothei, & ſimphoriani marty,memoria
	d	x cal.	23	Zachei epi memoria, Vigilia,

xiiij	a	ix cal.	24	Bartholomæi apoſto. dup, Lucij papæ & mart. ſemidup.
iii	f	viii cal.	25	Ludouici confeſ. Regis francorum. dup.
	g	vii cal.	26	Zepherini papæ & marty. ſemidup.
xi	A	vi cal.	27	Marcellini,& vxoris eius mar. memo,
xix	b	v cal,	28	Auguſtini epi & doctoris dup. Hermetis marty. memo.
	c	iiii cal.	29	Decollatio,S. Ioan. bapti. dup. ex capi. Romæ Sabinæ virgi.& mar. memo.
viii	d	iii cal.	30	
	e	pridie cal.	31	

Aureus numer. **KL** September habet dies. xxx. Luna.xxix. Nox habet horas.xij.dies vero. xij.



	f	Setemb.	1	Egidij abb. ix. lect.& Priſci mar. diſcip.
xvi	g	iiii no.	2	Brocar.confeſ.ear,du, (D.ix. lect.
v	A	iii no.	3	Euſemiæ & Tecle mar. ix. lect.
	b	pridie no.	4	Moyſi prophetæ ix.lect.
xiii	c	Nonis.	5	Eudoxij & Victorini marty. ix.lect.
ii	d	viii idus.	6	Zachariæ prophætæ. ix lect.
	e	vii idus	7	Vigilia.
x	f	vi idus	8	Nati,beatiſſ. Mariæ virgin. totum dup.

					Adriani mart.& focio.eius.ix, lect.
xvii	g	v	idus	9	Gorgonii martyris . memo.
vii	A	iiii	idus	10	Nicolai de Tolentino.
	b	iii	idus	11	Prothi,& Iacinti martyris.
xv	c	pridie	idus.	12	Siri epis.& confesso.memo.
iiii	d		Idibus.	13	Maurilii episcopi & confes.memo.
	e	xviii	cal.	14	Octob. exal. sancte cru.dup. Cornelij & (cypriani marty. semiduplex.
xi	f	xvii	cal.	15	Octa.semidu. Nicomedis mar. memo.
i	g	xvi	cal.	16	Ioachim patris beatæ. virg. Mariæ dup.
	A	xv	cal.	17	Lamberti epi & marty.ix,lec,
ix	b	xiiii	cal.	18	Victoris mar.ix,lectio.
	c	xiii.	cal.	19	Ianuarij epi & sociorum eius mar. dup. (ex capitulo Neapo.
xvii	d	xii	cal.	20	Vigilia. Faustæ virg.& mar. ix.lec,
vi	e	xi	cal.	21	Mathei apost.& euangelistæ duplex
	f	x	cal.	22	Mauricij & socio.eius marty.ix,lec,
xiiii	g	ix	cal.	23	Lini papæ & martyris. ix.lec.
iii	A	viii	cal.	24	Gerardi epi antio.& mar, car me.duplex Germani abbatis.memo.
	b	vii	cal.	25	Cleophæ mar.xpi discipuli duplex
xi	c	vi	cal.	26	Cyprianæ & Iustinæ mar.memo.
xix	d	v	cal.	27	Cosmæ & Damiani martyris.ix. lect, Elezearii confesso. memo.
	e	iiii	cal.	18	Exuperij epi & confesso.ix,lect.
viii	f	iii	cal.	29	Solennitas.S. Michaelis archan. dup.
	g	pridie	cal.	30	Hieronymi presby,confess.& doct. dup.

¶ Inter festum.S, Michaelis & festum omnium Sanctorum faciant fratres tertium ternarium pro patronis famliaribus & benefactori bus,& pro illis qui literas fraternitatis habuerunt.



Aureus numer,		KL		October habet dies.xxxi Luna.xxix Nox habet horas.xiiii.Dies vero.x.
vi	A	Octobris	1	Remigij epi & confess. ix. lect.
v	b	vi no.	2	Leodegarij epi mar. ix. lec.
xiii	c	v no.	3	
iii	d	iiii no,	4	Francisci confes.Patris Reli, mino. dup. (& Petronij episcopi, ix. lect.
	e	iii no,	5	(harum,ix.lect.
x	f	pridie no.	6	Octa,Abraham , Isaac & Iacob patriar-
	g	Nonis.	7	Sergi,Bachi,marcelli & Apulei martyrũ. ix.lect. (vidit,ix. lectio.
xviii	A	viii idus	8	Simeonis prophetæ qui xpum infantem
vii	b	vii idus	9	Dionisij,rustici & eleuthe,mar,ix lect.
	c	vi idus	10	Cerboni epi & confess, memo.
xix	d	v idus	11	Firmi episcopi, ix.lect.
iiii	e	iiii idus	12	
	f	iii idus	13	
xiii	g	pridie idus	14	Calxti papæ & mar, semiduplex.
i	A	Idibus	15	Theodori confes.ordi.carmelita dup.
	b	xvii cal.	16	Nouembris Futieij conf. Prioris montis
xix	c	xvi cal.	17	(carmeli duplex.
	d	xv cal.	18	Sancti lucæ euangeliste duplex.
xvii	e	xiiii cal,	19	Geraldi confes,aureuacem, ix. lect.
vi	f	xiii cal.	20	Maximi martyris. ix.lect.

	g	xii	cal. 21	Vndecim mil virg,dup, Dasij & so. mar. (memo,
xiiii	A	xi	cal. 22	Hylarionis pa,nostri carme. duplex. Maccharij epi & mart. ix. lectio.
iii	b	x	cal 23	Theodori,filiæ & Pollionis mar, dup Romæ conuentu.
	c	ix	cal. 24	Asterij presb,& mar,dup. Romæ in con.
xi	d	viii	cal. 25	Crispini & Crispiniani mar. ix, lect.
xix	e	vii	cal. 26	Euaristi papæ & mart. semiduplex.
	f	vi	cal. 27	Vigilia,
viii	g	v	cal. 28	Sanctorũ aposto simonis & iudæ dup,
	A	iiii	cal. 29	Cyrillæ virginis.& mar,dup, Ro, in con, Narcisi epi memo.
xvi	b	iii	cal. 30	Serapionis epi carmelitæ dup, Germani epi capuæ, ix. lectio.
v	c	pridie	cal. 31	Quintini mar,memo. Vigilia

Aureus numer. **KL** Nouember habet dies.xxx. Luna. xxix. Nox habet horas.xvi.dies vero. viii.



	d	Nouemb.	1	Solennitas omniũ Sanctorũ,totũduplex,
xiii	e	iiii	no. 2	Cõmemora.omniũ fidelium defunctorũ.

ii	f	iii no	3	
	g	pridie no	4	
x	A	Nonis	5	Zachariæ prophetæ patris Io. Bapti.
	b	viii idus	6	Leonardi confessoris. iii. lect.
xvii	c	vii idus	7	Prosdocimi episcopi Paduæ. ix. lec.
vii	d	vi idus	8	Octaua omniũ sanctorũ dup. Quatuor coronatorum martyrum. memo.
	e	v idus	9	Theodori martyris. ix. lect.
xv	f	iiii idus	10	Tiberij & sociorum marty, memo.
iiii	g	iii idus	11	Martini epi & con.& mẽnæ.mar.memo
	A	pridie idus	12	Martini papæ & mar. dup.& infra octa uam memo.ex capitulo Romæ,
xii	b	Idibus	13	Bricii epi & confessoris.ix.lec.
i	c	xviii cal.	14	Decembris.
	d	xvii cal.	15	Fælicij episcopi & martyris.
ix	e	xvi cal.	16	
	f	xv cal.	17	
xvii	g	xiiii cal.	18	Octaua. S Martini episcopi.semiduplex
vi	A	xiii cal.	19	Octa,S. Martini papæ & mar. semi. Pontiani papæ & mar. duplex Helisabet reginæ ix. lec.
	b	xii cal.	20	Eadmundi regis & mar. ix.lect.vigi.
xiiii	c	xi cal.	21	Præsentatio beatæ Mariæ vir. totũ.
iii	d	x cal.	22	S.ceciliæ virgi.& mart. ix. lect.
	e	ix cal	23	Clementis papæ & marty. semidup.
xi	f	viii cal.	24	Grisogoni martyris. ix. lect.
xix	g	vii cal	25	Catherinæ virg.& mar.dup, Petri episco pi & martyris memo.
	A	vi cal,	26	Lini papæ & martyris,memo,
viii	b	v cal.	27	Nicandri & Crescentiani mar. dup. Romæ in conuentu.S. Martini.
	c	iiii cal	28	Iacobi intercisi martyris.ix.lect.
xvi	d	iii cal,	29	Saturnini mar. ix.lect. Vigilia
	e	pridie cal.	30	Sancti Andreæ apostoli duplex.

Aure..s numer. KL December habet dies.xxxi.Luna.xxix.
Nox habet horas.xvi dies vero.viii.



x	f	Decemb.	1	Eligij epi & confessoris. ix,lect.
xiii	g	iiii no.	2	Bibianæ martyris. memo.
ii	A	iii no.	3	Claudij & sociorum eius mar. memo.
x.	b	pridie no.	4	Sanctæ Barbaræ virg.& mart. ix. lectio.
	c	Nonis.	5	Sabbæ abbatis. memoria tan.
xv	d	viii idus.	6	Sancti Nicolai epi & confess. duplex.
	e	vii idus	7	Octauæ.S.Andreæ. memo. Vigilia.
vii	f	vi idus	8	Conceptio glorio.virg.Mariæ totum duplex.Euticiani papæ & mar. semi.
	g	v idus	9	
iiii	A	iiii idus	10	Melchiadis papæ & mar.semidup.
	b	iii idus	11	
xii	c	pridie idus.	12	Epimachi & alexandri marty: memo.
i	d	Idibus.	13	Luciæ vir.& mar.du .pp: denot. popu.
	e	xix cal.	14	Ianuarij spiridonis epi ord, carme. dup.
ix	f	xviii cal.	15	Octa conceptio.semidup. Valeriani episcopi, memo.
	g	xvii cal.	16	
xvii	A	xvi cal.	17	Lazari episc. & marty:ix.lect. O Sapi.
vi	b	xv cal.	18	Rufi & Zosimi martyrum. memo.
	c	xiiii cal.	19	Clementis presbite.& confess. memo
xiiii	d	xii. cal.	20	Iulij martyris. memoria. Vigilia.
iii	c	xii cal.	21	Sancti Thomæ apostoli duplex.
	f	xi cal.	22	
xi	g	x. cal.	23	

xix	A	ix	cal.	24	Vigilia.
	b	viii	cal.	25	Natiuitas domini nostri Iesu christi totū duplex.& .S.Anasta.vir.& mar. ix. lecti.
vii	c	vii	cal	26	S. Steph.prothomar.totum dup.
	d	vi	cal	27	S. Ioannis apost.& euange.totū duplex.
xv	e	v	cal	28	Sanctorum Innocentium semiduplex
x	f	iii	cal.	29	S. Thomæ archiepi & mar . ix.lec .
	g	iiii	cal.	30	Dauid Regis & prophetæ, ix.lec. Sabini epi & mar.& sociorum eius . me.
xiii	A	pridie.	cal.	31	Siluestri papæ& confesso.duplex.Romæ in conuen.S. Martini in mon .

Finis Calendarium ordinis Carmelitarum.

F. LEANDRI FRANCO-
nij Licienfis Lectoris Theologi vniuerfi ordi
nis Scribæ quorundã geftorũ enarratio.

IN Comitijs generalibus. M.D.LXIIII. In festo Pentecoftes Romæ celebratis, affuerũt quingẽti fratres, omnes a Reuerẽdiffimo Patre tũc Vicario Generali, benignè recepti in cõuẽtu. S. Martini & circũ, Dũ autẽ omnes cõuenerant, fingulis diebus quatuor doctores Theologi, Baccalaurei itẽ egregij fimul prædicabãt in ecclefijs quatuor primarijs almæ Vrbis, Reuerendi itẽ Magiftri Prouinciales, focij & Priores Hifpaniarũ prædicauerunt in ecclefia tum. Diui Iacobi Hifpanorũ, tum diuæ Mariæ de Monferrato, & viciffim id in omnibus ecclefijs prædictis fiebat femper alijs atq; alijs prædicatoribus.

Difputationibus & literarijs cõcerrationibus intẽdentes, nouies cathedras afcenderunt alij & alij Doctores Theologi, Quibus et in reaffumendis rationibus & primò extricãdis confidebãt: vel Magiftri vel ad doctoratũ admiffi. Et huiufmodi exercitationibus laudabiliffimis pluries interfuerũt Illuftriffimi & Reuerendiffimi S.R.Eccle. Cardinales, doctoribus Gymnafij Romani & Religionũ, obijcientibus ac literarié cõtrouertentibus, Dictis autẽ cõgreffibus affidebat Reuerẽdifs. Pater Generalis.

In electione pro Reuerendiffimo patre ordinis faciẽda. R. Patres Diffinitores horas octo plus minufue infumpferunt: ordine quo in actis, Eligentes veró fuerunt quattraginta duo.

In die Pentecoftes ab ecclefia Diui Martini in montibus Reuerẽdiffimus pater, & omnes Carmelitæ qui cõuenerant, exceptis illis qui cappas albas fecũ nõ detulerãt et Predicatoribus, ijsq; qui rebus

fami-

familiaribus erãt addicti, progressi sunt ordinatim seu(vt loquuntur) processionaliter, maximo vrbis gaudio & applausu,ad ecclesiam Diui Petri,vbi cõgregatis omnibus fauore Illustrissimi &amplissimi protectoris nostri Caroli Borromei.S. R E. Cardinalis presbiteri,præmõstratus fuit Sãctissimus Domini nostri Iesu christi vultus,seu facies,Deinde ad Diuã Mariã Transpontinã omnes dicto ordine se receperũt,post prandiũ exosculaturi pedes Sãctiss. Domini nostri pij,diuina prouidẽtia Papæ quarti.

Demũ hora.XX.eiusdẽ Illustrissimi,& reuerẽdissimi protectoris gratia,omnes religiosi nostri & reuerendissimus pater Generalis ordinatim(vt dictũ est)Sacrũ adiuerunt palatiũ,in quo apud aulã Constãtini summus Põt.prædictus residẽs expectabat, expectauit et sustiruit fratres nostros, qui bini et bini ad eius sãctissimos pedes prouoluti, eos deosculati fuerunt.

Ante cuius pedes:exhibito osculo reuerẽdiss.Pater ordinis paucis cõmẽdauit Sãctitati suæ vniuersam Reipub.Carmelitanæ familiã,vtq; illius priuilegijs bẽdicere atq; illa firmaret.Summus Põt benignè annuit illius votis & plurimũ Illustriss.& Reuerendissimo Protectori ordinẽ nostrum commendauit. A die vigiliæ electionis facũdæ ad Actorũ publicationẽ quindecim dies interiecti fuerũt magno sumptu,& dispẽdio, quamuis vltra ad octo dies maxima Patrũ et religiosorũ multitudo in cõuentu. S. Martini perstererit sicut & antea ad mensem cũ dimidio frequens fuerat religiosorum concursus. Traditæ nõ fuerũt typis cõdemnationes,absolutiones cõtrouersarũ direptiones,taxæ ordinariæ pro reuerendissimo patre Generali,& sentẽtiæ ad iustitiam pertinẽtes.Hæc omniã (vt fuit iudicatũ) satis fuit in libro ordinis fuisse conscripta.

F I N I S.

Hæc est tabula omniũ quæ in sacris constitutionibus Antiquissimi carmelitarũ ordinis continẽtur, ordinatæ quæ fuerunt dictæ constitutiones a. R. M. P. M. Ioanne Soreth M.G. totius carmelitanæ familiæ ac examinatæ, et approbatæ, et publicatæ a diffinitoribus capituli generalis Bruxelensis. Anno. 1466.

ec unda pars. Tabulę.

Tertia pars. Tabulæ.

Quarta pars tabulæ.

Quinta pars tabulæ. Primū membrum

Secundum membrum.

Tertium membrum, Quintæ partis.

Finis totius tabulæ ſacrorũ conſtitu,R.P.G. Soreth.

Expliciunt constitutiones sacræ, ordinis antiquissimi dæi paræ virginis de Monte Carmelo, ordinatæ a. R. P. M. Ioanne Soreth totius carmelitici instituti. G. et publicatæ a Diffinitoribus capituli generalis Bruxelensis, et approbatæ. Anno. D. 1466. Et aurea atq; saluberrima statuta in cap. G. Venetijs celebrato eiusdem ordinis, atq; acta, et sanctiones cap. G. Romæ. Anno dñi. 1564. in carmelo sancti Martini in montibus. Summa diligentia atq; studio typis tradita omnia eæ fuerunt jussu. R. P. Magistri Augustini suarez Prouincialis Prouinciæ Bethicæ, tẽpore quo gerebat generalatus officium. Reuerẽdissimus. P. Magister Ioannes baptista Rubeus, a Rauennis. G. Excelẽtissimus. et correcta, atq; examinata, per. R. Patrẽ Hieronimũ Ferrer valẽtinũ Theologũ, atq; lectorẽ celeberrimi cõuentus Hispalẽsis., de mandato sui. R. Prouincialis. Anno. dñi. 1573. die. 2 9. mensis Iulij eiusdẽ Anni, et si aliqui suntdefectus vitio calcographorũ, est tribuẽdũ. Hispali ex officina Ferdinãdi diaz typographi, in via serpẽtina.

Cum licentia.

Errata tam sacrarũ constitutionũ quam actorum Capituli Generalis, Romæ.

Lege procurator.p.1.pag,49,lege a nullò patre.1 p.pag.50.lege si celeriter.1.p 5.1.lege inuenire.i.p.pag.52 lege si licet.1.pag. 53. lege permittenti.i.pag.53. lege extreme.p.p,pag.59.¶ 2.leg. inuenerint eadem pag.lege prehemant.p.1.pag.5 2.sustineant lege.eadem pagi.lege defectuum. p.3. 93. himnum. 2.p.pag. 85. virtutum.i.secunda.pars.pag,85.priore. 2.pars. pag,8. Regulæ constitutionum.p.ii.pag. 88. predecessoris.2,p.pag.8 8. in presentia.ii,p.pag. 88.lege liberare.p.3.pag.93.lege apostasia,p. 3. pag 94.lege gradum.p.3.pag.94.lege rationabile.p.3.pag. 94. lege generali.p.3.pag.94.lege maiorum.p.3.pag. 94. lege tuis. p.3.pag.95.lege condemnando,p.iii,pag.95.lege salutarẽ. p. iii. pag.96.lege correctione.p.iii.pag.95.lege defectuum. p.iii.pag. 97.lege fratres.p.iii.pag.98.¶.4.lege clauso.p.iii.pag.99.¶.2.lege acusauerit.iii.p.pag.100.¶,3.lege aut.iii,p.pag.101. ¶.1. lege sit.p.iii.pag.103,lege intelligitur.p.4.pag,105.¶.3.lege parisiensem.4.p.pag,107.¶.1.lege ieiunent.4.p,pag.108. ¶.2.lege mancipetur.p.4,pag.110.¶,1,lege capitulo.5,p.pag,111. lege priore. 5.p.pag.112.lege dictus,5.p.pag,112.¶.1.lege electio.p.5.pag.112 ¶.1.lege facta electione cõmuni.5.p. pag.115. ¶.1, lege socius. p.5.pag,117.¶.3.lege virtuti. pag.118. 5,p . lege famulos tuos pag.118.p.5.lege electo.p.s.pag.118 ¶.1.lege quis,s.p. pag. 120 ¶.2.lege quam.s.p.pag.123.¶,1.lege festo.s.p pag.123. ¶,1.lege generalis.pag,128,s.p.¶.2.generalis eadem pag.lege prouinciale eadem pagina,lege quam.pag.125.p.s. ¶.2.lege junctũ.pag. 127 lege prioris generalis prouincialis.l. vicarij. s. p. pag.128. ¶. 2. lege deum.s p.pag.131.lege virtuti.s. p. pag.137. lege quid quid petis s.p.pag.138. lege paginam in calce Regulæ.pag,143 lege eligentium in actis cap,G.R.pag.152.lege euoluebat. pag. 152. lege diffinitorij, inactis.pag.154.lege isto in actis . pag. 156. lege vaccent pag.160.


.F. .D.